C quitates quib. in æternum ardeat. Iustus bona opera,quib. æterna mercede donetur.
Simile Vidisti mercatorē, qui ad Indos properat,& multos annos in negotiatione posuit,& quid demū lucratus est? fasciculū lignorū,quo ipse cōburatr. An non hunc insanum diceres? Auis dr̄ phœnix id agere; congregat multa ligna, quibus ipsa cōburitur. Laboras miser peccator, congregas subiam multā,delicias plures quid hæc oīa esse putas, nisi fasciculum lignorum,quo in inferno ardeas in æternum? Sed ais. Nunc saltē,cum rideo delector,& gaudeo,u.s nosse,quid nunc ubi sit? Similis,est aīa tua principi mulieri,quæ domum patris egreditur cū Aethiope seruo nequam,& ille eam ducit in montem, ibiq; carbones multos cōficit, & illa denigrata est super carbones,tam vili,& abiecto muneri seruiens. An nō miseram illam iudicares? Huic similis aīa tua est,q̄ Dei domum egressa operibus abiectissimis incumbit,in quib. denigrata est super carbones facies illius. Thr. 4.

Non intelligebant Discipuli,quid hoc modicum eēt,& iō Christum interrogare voluerunt: Peccati effectus ignorantia est,cuius remediū interrogatio est,sic interrogant discipuli Magistrum,& vię inscius sciētē. Ad hoc venit in mundum Chr̄s veritas,ut eum interrogemus hinc oēs illum interrogāt. Cum puer esset, in Lu. 20. templo interrogatus à doctorib. est. Di B scipuli eum sæpius interrogant, qūo orādum esset? quando Iudicii dies ueniet? quod est mandatum magnum: quomodo salutem consequi possent æternā? Et Dęmones eum interrogauerunt, an esset filius Dei? & Angeli interrogant eū. Es. 63. Quare rubrum est vestimentum tuum? & tu ergo interroga eum,disce ab eo.

Quid est hoc quod dicis modicū? Rñdet cęlestis Magister,plorabitis,& flebitis u os mundus aūt gaudebit. Sed nō iō ifęlices dicas iustos,q̄ plorāt. Quia Bea- Mat. 5. ti,q̄ lugent,q̄m ipsi consolabuntur. Non hic loquitur Christus de lachrymis,quę funduntur pp amissionem tpalium, uel mortem amicorum, hæ. n. lachrymæ, beatæ non sunt,quia si nimiæ sunt, ostēdunt inordinatū affectum ad tpalia, & de hac tristitia scriptura ait. Quod exsic- Pro. 17 cat ossa, & mortem citius venire facit. C Et cordi est,quod tinea panno,& impedimento esse solet multis bonis, & Dei etiam obsequio. Vnde cum Moyses carperet Aaron,q̄ non obtulisset Deo sacrificia,propter filiorum mortem, respondit Aaron. Qūo placere potui Domino, Le. 10. in ceremoniis mente lugubri? Quis ergo iustorū fletus est? Certè iusti edocti à Deo sunt. Mundū istum vallem esse lachrymarū,locum exilii,locum pęnitentię,& doloris. Norūt gaudiū nō esse fructū huius tpis,sed uēturi. Et dicūt. Musi

ca

A ca in luctu importuna narratio. Iō hic consolari renuunt, & plorant; tum pp peccata præterita, tū pp negligētias præsentes, quod vident se parū proficere. Et licet S. S. testimonium eis reddat, quod sint filij Dei, & eo testimonio illos cōsolatur, sed alia parte hic idē spiritus, tristitiā infundit: efficit.n. ut in cœlum suspirēt, ut Deum desiderent, & affectum in anima ponit. Similē affectui sponsæ, quę sponsum absentē hēt, ponit ergo in corde gemitus inenarrabiles. Et cum Deū nunc cōsequi non valeant, verum habet
Ps. 41. in eis illud Ps. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, die, ac nocte dū dr̄ mihi quo
Ps. 136 tidie vbi est Deus tuus? Et illud. Sup flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Sup
B flumina Babylonis iusti sedēt, quæ sunt delectationes sæculi huius, quæ tāquam fluuius percurrunt, non ab illis rapiunt, sed eas rapido cursu fluētes aspiciunt, & recordati Sion, plorant. Simul ēt videntes aliorum peccata, dolent, quia Deum offendi vidēt ipsis dilectissimum. Sicut
Ps. 118 filius dolet, cum pater læditur. Hinc Ps. Vidi præuaricantes, & tabescebam, quia mandata tua non custodierunt.

Hæ sunt iustorum lachrymę, quæ Angelis vinū sunt, eos lætificant. Sūt mare,
Ex. 14. in quo Pharao, & Aegyptij pereunt. Sūt aqua extinguens ignem concupiscentię.
Can. 3. Hæ lauāt animā, ut sit similis columbæ, quæ lacte lota est. Hæ animā irrigant, vt sit fæcunda terra fructum proferens. Et
C eris, quasi hortus irriguus, cuius nō defi-
Esa. 58 ciēt aquæ. Sed aquæ istæ in solitudine inueniuntur, sicut inuenit Anna aquas ca-
Ge. 36. lidas in solitudine, quia oportet à corde pijcere terrenas cogitationes, & delectationes, ut hæ aquæ inueniantur, & iō iusti oēm terrenam fugiunt delectationē,
Ps. 76. & afflictiones quærūt. Hinc Ps. Renuit
Ge. 8. consolari aīa mea. Sicut.n. columba noluit quiescere super cadauera putrida, vt coruus, & ideo in arcam remeauit, sic iusti nolunt affici, & infici creaturis, ne de
Osee 9 eis dicat illud. Facti sūt abhominabiles
Simile sicut ea, quæ dilexerunt. Et sicut turtur uidua fugit arbores virides, & aquas puras & limpidas, & sola ac tristis cōmorat, &

gemebunda, ita iusti gemunt suscipiētes A cœlū, & quasi peregrini mūdum percurrunt, non inhærentes his, quæ mundi sunt, vt ciues eius, nihilque dulcedinis hic capere volunt, Beati, qui sic lugēt, de quib. Xp̄s ait, plorabitis & flebitis vos.

Sed nunc hi sine consolatione manebunt ēt hic? absit, ipsi consolabuntur, & tristitia vestra vertetur in gaudiū, qui terrenam reliquit consolationem, cęlestem accipiat, non in altera vita tātum, sed & Ps. 76.
in hac. Hinc Ps. qui dixerat, renuit consolari anima mea, subiungit. Memor fui Dei, & delectatus sum, & quo plus terrę consolationes reijciunt, plus diuinas pcipiunt. Hinc Ps. Scd̄m multitudinem do Ps. 39.
lorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animā meam. Et Paulus: Sicut abundāt passiones Xp̄i B
in nobis, ita & per Christū abundat con 2. Co. 1
solatio nostra. Si ergo cœlesti non abundas consolatione, causa est, ꝙ terrenā nō reliqueris. Quis coronā miles à Rege petet, q certū cū ipso aggredi recusat? Si farina nobis Aegypti nō esset, māna de cœlo nobis adesset, ieiunos nos ire nō patitur, & qui ea q̄ mundi sunt, respuit, cœlestia suscipiet. Beatus hō, q nō manducat Mat. 15
in mensa mundi, quoniam manducabit panē regni Dei, in dulcedine, & gaudio.

De hoc vero gaudio dicitur, quod, nō auferetur à uobis. Quod ostēdit differentia huius gaudij, à gaudio mundi, & carnis. Quod hoc gaudiū mixtū est amaritudine, sicut mirrhatum vinum, qd̄ bibere Christus noluit, nec & nos bibere vult, C
qm̄ morsibus cōscientiæ plenum est. At consolatio spiritualis pura est, nec habet amaritudinē conuictus sapientiæ, neque tædium vllum. Et deinde gaudiū mundi infirmū est, & facile deficit, & leuis aura illud tollit. At gaudium sp̄us fortissimū est, nec illud auferre valēt flagella, tormēta, crux, exilia, psecutiones. Efficit ē prunis rosas, ē lapidibus gēmas, ē carcerib. aulas regias. Et adeo dulce est, vt oīum amarissimā mortē dulcē reddat, & cum eā inuenit, dicit se inuenisse thesaurum & ē carcere exire, quia tunc audit. Quie Hie. 31
scat uox tua à ploratu, quia est merces operi tuo. O beatæ lachrymæ, quas Dei

A manus absterget. En gaudiũ spũs, qđ nemo tollet à nobis, sed & gaudiũ æternũ manifestè nõ auferet à nobis, qa si semel audierimus itra in gaudiũ dñi tui, nunq̃
Ma. 25 inde egredietur. Ecce ergo vera gaudia vbi sint. Qui ergo gaudiũ q̃ris, disce, quo in loco illud reperies, disce vbi sit Sapiētia, vbi lumē oculorũ, & pax. Accede ad illũ q ait. Venite ad me oẽs, q laboratis
Ma. 11 & onerati estis, & ego reficiã uos, tollite iugũ meũ sup vos, & discite à me, q a mitis sũ, & humilis corde, & inuenietis requiē ... vris. Qua ergo rõne trahet, te poti⁹ mundi gaudiũ infirmũ, & inane, q̃ Dei gaudiũ maximũ, & forte? Est ne minoris pretij, & æstimationis gaudiũ hoc, qa manu Dei ẽ: O cęcitas sanguineis lachrymis deplorāda. Mũdus clamat. Ego deficio. Caro, ego inficio, Dęmõ, ego deci-
B pio. Deus, ergo reficio, & plures sequunt deficiētē, inficiētē, decipiētē, & pauci reficientē. Nescis ò miser decipi te à Dæmone, q quasi infidelis mercator, ppõnit tibi aliquid dulcedinis initio, vt post amaritudines æternas infundat? Deus vero oñdit initio aliqđ arduũ: sed deinde ęternã dulcedinē: In vestibulo virtutis lachrymæ sũt, i uestibulo pctĩ dulcedo, sed q̃ sũt diuersa, q̃ intus sũt? Nã post paruã virtutis asperitatē, dulcedo est maxima.
Ecc. 24 Iõ Sapiẽtia clamat. Trāsite ad me oẽs, q cõcupiscitis me, & à gñationibus meis adimplemini, spũs. n. me⁹ sup mel dulcis, & hẽditas mea, sup mel, & fauũ. Iõ simile dr thesauro abscõdito. Quid. n. magis abscõditũ, q̃ gaudiũ sub lachrymis?
C requies sub labore? Hoc gaudiũ spũs est cẽtuplũ, qđ pmittit i hoc mũdo relinquē-
Ma. 19 tibus ... Et est regnũ Dei, qđ intra nos ẽ, estq; gaudiũ & pax in Spũ sancto. Nouerint ergo, qui mundo & carni inseruiũt, plus eos laboris ex hoc obsequio, q̃ gaudij pcipere. Et q Deo iseruiũt, plus gaudij, q̃ laboris, atq; adeò plus laboris, in viti...ũ, q̃ in uirtutis uia esse, & dulciores esse lachrymas iusti delectationibus
Ecc. 36 iniquorũ, ex bono. n. opere letitia oritur,
Ecc. 14 & ex prauo tristitia. Hic Sapiēs, Cor prauum dabit tristitiã. E iterũ. Beatus vir, q nõ est lapsus verbo ex ore suo, & nõ est stimulatus in tristitia delicti. Felix, q nõ habuit animi sui tristitiam, & nõ excidit
A à spe sua. Quia nõ conturbabit iustum,
Pro. 12 quidquid acciderit ei, vbique enim gaudet: gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Licet enim foris tristes videantur, sed intus semper gaudentes.
Phil. 4. Hoc uero & nãli rõne colligere possumus. Hoc. n. hẽt sola natura intellectiua & rõnalis fm Aris. vt reflectat sup act⁹
Arist. suos, hine est qđ licet pctõr delectetur de obiecto delectabili, nõ tñ est solida lætitia illa, quia nõ lætat cũ reflectit sup illã. Lætatur, cum malefecerint, sed cũ postea cõsiderãt, q̃ fecerunt, tristant. Et tunc implet illud sapiẽtis. Risus dolore miscebi-
Pro. 14 tur, & extrema gaudij luct⁹ occupat. Et illud. Nouissima eius amara sicut absinthiũ. Cõtra uero iustus si laborē sustinet in aliquo bono opere, cõtinuo cũ reflectitur sup illud de labore gaudet, si uero cõsolationē pcipit à Deo, cũ reflectit sup il-
B lã de illa gaudet, & sic efficit, ut gaudiũ sit plenũ, ac solidum, Hoc est illud Ps. Et
Ps. 80. Sctĩ eius exultatione exultabũt. Quia de exultatione exultãt. Hinc Sapiēs: Sapiē-
Eccl. 6 tia doctrinæ, scdm nomen eius est, sapida, & dulcis. Cõtra pctõr tristatur de rẽporali amissa. Et deinde de tristitia tristatur, uidens eã fuisse uanã. Tristatur iu-
Mat. 5. stus de peccato, deinde gaudet de tristitia, uidens optimam fuisse. Beati ergo q lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
C Preterea plorabitis & flebitis vos, mũdus autem gaudebit. Plorat iustus tanq̃ exul, quia dum sumus i hoc corpore peregrinamur à Dño. Cum absens à Deo sis, quo non ploras? Fudisti lachrymas hac de causa. Nõ uidisti Deum, nihil boni vidisti. Et ptere a sicut tristatur uiam agens, & nesciens an recta incedat uia,
Eccl. 1. sic nos nescimus, an odio uel amore digni simus. Vanissime ut rõ in tẽporalib. pctõr lætatur. Risum reputaui errorē, & gaudio dixi, quid frustra deciperis; id est Ridentem reputaui errare, & gaudẽti dixi, qđ deciperis? Est. n. eius gaudiũ simi-
Simile le gaudio auis, q̃ laqueo detinet, & esca illius potitur. Et gaudio piscis escã traijciẽtis cũ hamo. Sic ille est, qui delectat cõtinuo morte afficiendus æterna. Hinc
Esa. 59 Esaias, Cõceperunt laborē & pepererũt iniqui-

A iniquitaté, oua aſpidũ ruperunt, & telas araneę texuerunt. Qui comederit de ouis eorũ morietᷣ, & qd confotũ eſt erũpet in regulũ. Telę eorũ non erunt in veſtimentũ, nec operientᷣ operib. ſuis. Opera eorũ opera inutilia. Conceperunt, ait, doloré, id eſt, decreuerũt peccare, dolor.n. peccatum eſt, qa cõtra naturã, cõtra rõnem, vnde dolorẽ ingenerat. Et pepererũt iniquitem, i. opere impleuerunt peccatũ. Oua, ait, aſpidũ ruperũt, oua illa alba ſunt, & exterius pulchra, intus vero veneno plena, q̃ qui rumpunt, & comedunt percũt miſere. Huic ſimilis oĩs peccatorum delectatio eſt, exterius pulchra, intus ueneno plena mortifero. Aſpis paruus eſt ſerpẽs
B ſomniculoſus appellatus qđ ſomnum lethiferum percuſſis immittat. Hoc vero mũdi delectatio efficit. Mire verò peccatorum conſilia cõparat telis araneæ, quæ miro fiunt artificio, ſed infirmæ ſunt, & ab aere facile tolluntur, & ad nihilum deſeruiunt, ſic ſceleratorum cõſilia, & delectationes licet ĩgenioſa, & ſubtilia uideãtur, vana tñ ſunt: cor humanum textrina eſt, ubi hæ tellæ ſtruuntur, homo telã orditur, ſed Deus eã reſecat. Quot telas ordi-
Simile
ditur ſuperb. diues, ſed mors eas omnes facile ſcindit. Videbis ĩ papyro depictas turres, vrbes, regna, maria, vniuerſũ denique orbem terrarum deſcriptum, ſed aquæ gutta papyrum cum uniuerſa mundi deſcriptione corrumpit, uel puer paruulus ea delet, & rumpit. Videbatur tibi
C mũdus magnus, ſed parua papyrus erat. Quid eſt ſuperbi hoĩs cor, niſi quædam mappa mundi, quædam orbis deſcriptio in papyro depicta? Sed facile omnia illa percũt, id voluit fortaſſe ſignificare. Orõtius inſignis Mathematicus, qui orbis deſcriptionem, in corde quodam depicto in papyro collocauit, ne ergo delectationum ſpecie fallaris, vide quid intus ſit, & dices, non emo tanti pœnitere.

Sed ais. Optimũ eſt precioſa ueſtis, nimius ciborum apparatus, ampla domus. An non erubeſces, cum rationis ſis particeps, corporalia magni ducere? quid amplius habes quam beſtia, ſi hæc dicis? nũ ſpiritualem animum hæc decent? num iſ cibus eius? Cum Deũ videris, intelliges nihil prçter ipſum tibi deligẽdũ, & tunc
A ſi confuſiõ eſſe nobis poſſet de hac re confunderemur, q̃ aliud præter ipſum dilexerimus. Nupſit Rex infimæ ſortis mulieri, & cum per aliquod tps ab ea diſcedat, ait illi. Dum abſens vir eſt, agnoſcit Simile mulieris fides, & caſtitas, alium ergo prę ter me nõ diligas. Si illa plures dilexiſſet, qua fronte regem aſpicere poſſet poſtea? Quot creaturas dilexiſti inordinata dilectione, tot fornicationes feciſti, nihil tibi placere Deus vult præter ipſum, in nulla te niſi in ipſo, te delectari vult. Sed ais. Durum hoc eſt, imo durum nõ eſt, tu durus es. Si eum uideres, diceres nihil aliud amore, & viſu dignum, pter ipſum, nõ vidiſti Dei infinitã pulchritudinẽ, & iõ alia B tibi placent. Infœlix, ait Augu. qui diligit Augu. nutus tuos pro te. Mittit ſponſus plura Simile dona ſponſæ, Armillas inaures, murenulas, ſed vt quid hęc ille mittit? certè dicet, vt mei recordetᷣ, me diligat. Scis qđ ſponſa tua faciat? Dona ſuſcipit, ea complectitur, & oſculatur, diligit, & tui obliuiſcitᷣ, quid ſtultius, quã pp dona obliuiſci dantis? & quod memoriæ, & dilectionis fomentum eſſe debuit, ſit obliuioniscauſa? Hoc ipſum tu præſtas. Ideo Sapiens ait creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in Sap. 14 tentationem aĩæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Sed qui id fieri potuit? an nõ creaturæ Dei donaria ſunt? ſunt plane, ſed inſipiẽti muſcipula ſunt. Vir inſipiẽs nõ cognoſcet, & ſtultus Pſ. 91. non intelliget hæc. Vidiſti pulchritudinẽ C mulieris, concupiuiſti, illaqueatus es, vidiſti aurum, deſideraſti nimium, captus es, ne ergo vane in his iacteris, ne de te dicatus, mundus autem gaudebit.

Et illud tandem nobis cõſiderandum eſt. Oĩa quæ nunc ſunt, modicũ eſſe, modicum, tribulatio iuſti eſt, modicum delectatio pctõris, ne ergo modica, magna iudicemus. Vis hoc videre modicum? Audi Petrum. In quo exultabitis, modicum 1. Pe. 1 nunc ſi oportet contriſtari in uarijs tẽtationibus. Et iterum, Deus aũt omnis grę, 1. Pe. 5 qui vocauit nos in ęternam ſuam gloriã, in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet confirmabit, ſolidabitque. Auguſtinus. Sumus nunc in hoc modico, nec Augu. æterni-

A æternitatem videmus, & iô longum nobis apparet hoc modicum. Sed cũ in æternitate fuerimus, videbimus, quam breue hoc modicum sit, instar puncti. Modicũ ergo dicitur tristitia iusti, & gaudium peccatoris, quia solum durat per hanc vitã, quę vere modicum est, instans est, Iacob, quæ est.n. vita vestra, vapor est, ad modicum parẽs, & deinceps exterminabitur. Et Sapiens, numerus dierum hominum, vt multum cẽtum anni, quasi guttæ aquæ maris deputati sunt, & sicut calculos arenæ, sic exigui anni in die æui. Si cum æternitate conferatur vita nostra, gutta aquę est mari collata, & exigua quædam arena, bene eam dixit guttam maris quę parua est, sed amara, ita vita nostra, parua, et amara. Breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Hinc facile colligitur, omne mundi gaudium, omnemq; tristitiam ad instar puncti esse. Hinc Sapiẽs. Parum dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus cõseres, vt quiescas, & veniet tibi quasi viator egestas, & mendicitas quasi vir armatus. Breuem hanc vitam fecit Deus, vt quasi rem modicã parum curaremus de ea. Et tamẽ uideas homines, qui sic in ea radicari uolunt, ac si perpetua futura esset. Breuiauit etiam eã, quia cũ plena sit laqueis, doloribus periculis, & malis, oportuit eam breuẽ esse. Sicut aspera uia, si breuis sit, non ita affligit. Et tandem eam breuem fecit, quia se quasi solum reputat, donec nos secum in cælo habeat, tanto nos amore prosequitur, quia deliciæ eius esse cum filijs, hominũ, sicut Tobias dũ sine filio erat. Hinc orat Christus Dominus patrem, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illic sint mecum, vt uideant claritatem meam, quam dedisti mihi. Sicut ergo Ioseph aliquam diu fratres suos dure tractauit, quasi exteros, sed tandem scriptura ait. Nõ se poterat ultra cohibere Ioseph, eleuauitq; vocem suam cum fletu, & ait. Ego sum Ioseph frater vester, & amplexatus, & osculatus est eos. Ita Christus Dominus licet nũc dure nos tractet, sed non diu non poterit se cohibere, quin infinitæ charitatis uiscera nobis ostendat, infinita largiatur in cælo bona.

Augu. Iac. 4. B Iob. 9. Pro. 24 C Ioã. 17 Ge. 45.

DOMINICA QVARTA post Pascha.

Them. Vado ad eũ, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, &c. Ioan. 16.

OStenditur hodierno Euãgelio Christi Domini maiestas, & authoritas, & simul Spiritus S. Christi quidem dum promittit se missurum Spũm sanctum, mittendi vero authoritatem solum hẽt persona producens aliam in diuinis. Vnde si Christus mittit Spũm sanctum, eum spirat, sicut, & pater. Sed Spiritus sancti maiestas simul apparet. Primò, in eo, quod a patre, filioq; procedit ad intra quod est solius Dei. Nihil.n. in Deo est, quod non sit Deus. Secundò, in eo, qđ hodie dr̃, expedire Christi discessum, ut Spiritus sãctus ueniat. Qđ ostendit, ut ait Chrysos. hom. 77. Spiritus sancti diuinitatẽ, contra Macedonium, non.n. expediens esset recessus Christi, qui filius Dei est, si Spiritus sanctus Deus nõ esset, nec cõpensaretur eius absentia aduentu creaturæ, necesse ergo est Spiritum sanctum hic pmissum Deum esse. Inter puras creaturas quæ summe hunc Spiritum sanctum pcepit Maria est, quæ tẽplum eius dr̃, & spõsa eius peculiari rõne. Spiritus sãctus superueniet in te, ait ad eã angelus. Ipse astitit eius cõceptioni, eã sanctificans, nunquamq. ab ea recessit, & tam eã reuerenter tractauit, ut cum opus uiri ille suppleuerit in Christi cõceptione, patris tñ nomen sibi non usurpat, sed Marię, relinquat matrẽ oĩno Christi dici, ab ea petamus, vt hunc bonum Spiritum nobis obtineat p grãm.

His dominicis ante ascensionem, proponuntur ab ecclesia Euangelia, quibus Christus Dñs suos consolatus est, volens discedere ab eis, quib. ostendit eximium in suos amorem, qui quasi naturalis motus eo uelocior, quo fini propinquior. Simul ostendit Christi magnanimitatẽ, ac animi constantiam in aduersis, cum.n. morte plectendos alii consolari soleant, nunc contra Christus acerbissimis supplicijs proximos suos consolatur. De Catone refert Senecã, tam fuisse erecto, & cõstãti aĩo, ut cum in Romana republica

B Chrys. Luc. 1. C Senec.

A ca deiectus esset a throno, & a ptāte sua, signum afflicti animi nō dederit, sed placido fuit vultu, ac si in ampliorem ascendisset ptātem. Vmbra sola virtutis nō uera virtus in infidelib. est, ait Aug. cap. oē 28. q. 5. sine fide. n. & charitate nulla est vera uirtus, si ergo vmbra virtutis sic stabiliebat eos, q̄d faciet vera uirtus? tpalia mala iustū non conturbant, q est veluti arbor magna altissimas radices habēs q̄ aer non mouet, licet folia tollat, ædificauit. n. sup petram, & iō nec flumina, nec venti domū eius diruēt, Prou. 12. Nō cōturbabit iustū, q̄cquid acciderit ei, impij aūt replebunt malo, quia cum mala impij patiunt, exterius, & interius turbant, vn malo replent. Hinc Ps. non sic impij, non sic, sed tanq̄ puluis quē proijcit ventus a facie terræ. Greg. Naz. in orōne 26. cum reuerteretur ex agro, hanc se accepisse philosophiam ait in littore maris, vbi vidit rupes, in quas pcellæ insurgebāt, sed immobiles erāt, sed conchilia, & paleas, & alia leuia maris vnda huc illucq; iactabat p libito, hæc pctōres illa, iustos significant. In eodē igne ait. Aug. aurū est; & palea, hæc consumitur, nigrescit, & perit, illud rutilat, & puri⁹ reditur. In eadē tribulatione iust⁹ est, & pctōr, hic miserè discruciatur, ille uerò ut aurum rutilat, quasi aurum in fornace pbauit electos dñs, & inuenit eos dignos se. In fornace laudant tres pueri dñm, & ministri igne absumunt. 2. Cor. 4. In oībus tribulationem patimur, sed non angustiamur, aperiamur, sed non destituimur, psecutionē patimur, sed nō derelinquimur, humiliamur, sed nō confundimur, deijcimur, sed C non perimus. Et Ps. non confundent in tpe malo. Et iterum. Cū ceciderit, nō collidetur, quia dñs supponit manum suā. Exo. 3. uidebat, q̄ rubus arderet, & non combureretur, dixit ergo Moyses, vadā, & videbo visionē hāc magnā, quare nō comburat rubus, Magna profectò visio, & digna q̄ conspiciatur, rubus ardēs incombusta, quia in ea Deus est: sed maior planè iustus in medio ignis, in medio tribulationis integer perseuerans. Hinc Esai. In oī tribulatione eorū non est tribulatus. Cuius rei pclarū nobis fuit exēplum sanctę memoriæ Ignatius pr noster, qui cum tot persecutionibus, & doloribus sit agitatus, ut vniuersa eius vita persecutio vna, & dolor ppetuus fuerit, nunq̄ tñ signum afflicti animi dedit, & a medicis rogatus, ne se mestitiæ daret, cogitare cępit posset ne quippiā ei accidere, q̄ eum contristaret, nihil tale inuenit. Verè de pfectis dictum est. Gaudiū vestrum nemo tollet a uobis q̄n ergo virtus in nullum aliud commodum tibi esset, nisi ut malis tpalibus non pmereris, maximè eā amplecti dēs. Sicut qui torquēdi sunt, solent potiones, & grana incensi sumere, ne tormentis nimiū uexentur. Multæ tribulationes iustorū, & oīū hoīum, qa graue iugū sup filios Adā. Vnum è duob. tibi remedium est, uel tribulationem non esse, vel te sic confortari, ac confirmari, u teas rideas, in vastitate, & fame ridebis, dicit Iob. Primū, q̄ est tribulationem nō esse, quā affligatis, huius uitæ non est, sed futuræ. Secundū verò, q̄ est gfa stabiliri cor, virtute cōfirmari, ne deficiat, hoc tibi cu randum oīno est. Hac gratia Christus dominus sic roboratus est, ut cum ab alijs consolari debuisset, eos ille solatur dulcissimis verbis, quæ qui dem sunt quæ sequuntur.

Vado ad eū qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me, quo vadis. Amice eos obiurgat, q̄ cū ad patrē pficiscat, nō eum interrogent multa de hoc discessu, quo vadat, & quā ob cām, amicorum . n. est, similia multa q̄rere a proficiscentib. amicis, quæ si illi perquirerent, consolarent, & tristitiam leuarēt. Sed cōtra esse vr, q̄ Paulo ante c. 14. Petrus hoc interrogauerat, dicēs dñe quo uadis? Et Thō. dñe nescim⁹ quo vadis. Rndet Euthim. interrogatus quidē fuerat Xps dñs, sed non rnderat, iō debuissent illum magis vrgere. Vel melius, ait idē Euthi. & Cyril. lib. 10. c. 38. ut quo vadis non significet solū terminū quo it, sed potius quid facturus uadis, q̄ negotiū pacturus huic consonat, q̄ Christus adiungit, non scilicet quo vadat, sed quorsum, quā ob causam, hoc ergo illi non interrogauerāt, & hoc illos maxima cōsolatione afficeret. Tantus enim est fructus passionis Christi.

Margin notes: Augu. — Simile — Mat. 7. — Psal. 1. — Naz. — Simile — B — Augu. — Dan. 3 — C — Psa. 36 — Esa. 63 — A — Ioā 16. — Simile — B — Iob 6. — C — Io. 14. — Euthi. — Cyril.

A sti, vt ex eo maior letitia, q̃ ex morte tristitia colligi possit, de quo alibi multa vide fer. Dominicæ in Ramis.

Sed q̃a hæc loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrũ. Sed dñe quid n. i rũ, in te uno cũia habentes, si te amittunt, cũia amittunt. Sũma profecto beatitudo apostolorũ Xp̃i conuiuentiũ cũ eo, quẽ si de agnoscebant; Deũ esse, & tot expimẽtis miraculorũ, & quẽ summa charitate
Luc. 10 prosequebant. Beati oculi, qui vident, q̃ vos uidetis, & beatæ aures, q̃ audiunt, q̃ vos auditis, multi. n. reges, & prophetæ desiderauerũt videre, q̃ vos videtis, & nõ viderunt. Viderunt Xp̃m Pharisæi, sed solũ oculis carnis, idõ beati non dñr, videmus nos oculis mentis solũ, & beati dicimur a Christo. Ioã. 20. Beati qui nõ uiderunt, & crediderũt. Sed potissimũ beati Christi Apostoli, qui & viderũt oculis
B mentis, & crediderũt, & viderũt oculis carnis. Licet. n. dici non possit illa beatitudo, beatitudo patriæ perfecta, fuit tñ illi ualde similis, exuperabat oẽ mũdi gaudium, dũ ppetuo cũ eo erãt hoĩe, quẽ verum Deũ sciebant, qui eis erat pater, medicus, rex, & cũa. Si de Salom. 3. Re. 7. ait Sabba regina. Beati viri tui, & beati serui tui, q̃ astant coram te sp̃, & audiunt sapientiã tuã. Quid dicendũ de his, qui corã Xp̃o astant, & audiunt sapientiam eius? Ecce plus q̃ Salomon hic Eccl. 48. de Elia ait. Beati sunt, qui te viderũt, & ĩ
Lu. 11. amicitia tua decorati sunt. Auget maximẽ hanc beatitudinẽ amicitia, q̃ ad Christũ discipuli habebant. Erat discipuli etiã
Psa. 44 corpore beati, dũ Xp̃o fruebantur. Erat
Can. 2. n. ille speciosus p̃ filijs hoĩum, & diffusa
C grã ĩ labijs ei⁹, mel, & lac sub lingua tua, adeo ut ij, qui ad eũ, capiendũ venerãt, reuersi dicerẽt, nunq̃ sic loquut⁹ est hõ. Et
Ioan. 6 Petr. Quo ibimus? verba vitę ęternę hẽs. Absorbuerat discipulos tanta dulcedo. Nũc ergo cũ discessũ eius audiunt tristitia, implet eorũ cor. Quæ maximẽ nobis ostẽdunt, quã essemus absorbẽdi tristitia cum Deus ab aĩa discedit p pc̃tũm. Verẽ sicut Deus solus cor ĩplet, sic eius discessus cor tristitia implere dẽret, cum tristitia sit de bono absenti, quo maius est bonum, q̃ amisisti, eo magis doles, si ergo infinitum posset hõ hẽre dolorẽ, q̃ Deum amiserit, eũ hẽre debere. Sunt uerõ q̃ tp̃aliũ amissionẽ sic dolẽt, vt lachrymis irremediabilib. lugeãt, ut ẽt sensum p̃ dolore amittant, q̃ verõ Deũ pdiderint, nõ dolent, nec ex eo tristant amplius, q̃ si perdidissent nihil. Quorũ insaniã explicat Deus Ezech. 24. Fili hoĩs, ecce tollo a te desiderabile oculorũ tuorũ in plaga, & nõ p̃anges, neq; plorabis, neq; fluent lachrymæ tuæ, & mortua est vxor mea, feciq; sicut pceperat mihi dñs Et dixit populus. Quare nõ indicas nobis quid ista significẽt, quæ tu facis? & dixi. Hæc dicit dñs. Ecce ego polluam sanctuariũ meũ, & superbiã imperij vestri, & desiderabile oculorũ vestrorũ, & facietis sicut feci;
B ora amictu nõ uelabitis, & cibos lugentiũ nõ comedetis, coronas habebitis ĩ capitibus uestris, non plãgetis, nec flebitis. Mira hæc hoĩs stultitia, nõ plorare cum ab eo sanctuariũ Dei tollitur. 1. Re. 5. audito nuncio, quod Israel victus est, q̃ filij mortui, tacet Heli, sed cum audit, arca Dei capta est, concidit & morit. Hoc. n. summe hoĩe dolendũ, quod Deũ amiserit. Non sic tu, sed sicut puer dolet, qd ei Simile eripitur pomũ, uel domus lutea, quã cõposuit, dissipet, non tñ dolet, si ei maiori carus eripiatur, quia puer est. Sic de tp̃alium non de gr̃e. Deiq; amissione doles.
1. Cor. 14. Nolite, ait Paulus, pueri effici sensibus. Si nosses quid pmiseris, cũ Deum pdidisti, p̃ dolore perires. Qua rõne a Deo factum id est diuina sua pudẽtia, ut cum primum viue agnoscis Deum, continuo illũ recuperes, si. n. sic agnosceres, & eũ non hẽs, deficeret in dolore vita tua, & anni tui in gemitib. Tristitia implet cor
C discipulorum, ut ne ueris cõtristari, cum
Psa. 41 Deus tibi nõ adest, & dicas. Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?

Sed ego veritatẽ dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam. Q. d. Vos putatis vobis incõmodam meam absentiã, sed verissimẽ, & certisimẽ uobis illa expediẽs est, illud, sed, si cõnectat cũ expedit, hoc significat q̃ dixim⁹, si vero cũ eo, ue
Chryf. ritatẽ dico vobis, ut Chry. & Cyri. dicũt,
Cyril. sensus est, licet contristemini, tñ veritatẽ dictu-

A dicturus sum expedit uobis me discede re. Quo docemur, utilia amici dicere nõ iocũda. Sed dñe qũo expedit te discedere amor.n. unionẽ nõ discessum petit? Sed qui hoc loquit̃, similiter ẽt, dicit, ecce ego vobiscum sum oĩbus diebus usq; ad con summationẽ sęculi, oĩ.n. affectui amoris rñdit, oẽm impleuit, mãnens in sacro, de quo supra sermone in cęna Domini.

Math. ult.

Si nõ abiero paraclit⁹ nõ ueniet ad uos. Multa uobis dixi de Spũ sancto in cuius aduentũ summa bona uobis reseruata sunt, p illũ efficienda, hic ãt spũs venire non põt me pñte, sed cũ abiero, ego vo bis mittã. Sed dñe q tu es impedimẽto, ut Spiritus S. veniat? non impedit caro nr̃a, & impedit caro tua? Rñdet primo Spũs sancti maxima plenitudo dãda nõ erat nisi mundo p Christũ reconciliato in cruce, & hoc significat, si non abiero, .i. per mortẽ recessero à uobis, licet.n. p Christum data sit grã à mundi initio, tñ eius copia data non fuit, donec pareret.

B

Simile Sicut cũ ̹pcedit dux in bellũ difficile, ali qua ei donant̃ à rege, & sibi, & suis, sed copia donorũ reseruat̃ in tps illud, cũ vi ctoria obtẽta ad regẽ redeat, triumphãs. Hoc est ꝙ Xps dñs loquit̃ Io. 7. nõdum erat spũs datus, quia Iesus nõdum erat glorificatus, quasi dicat, Ante mortem meã dabat̃ spũ, sed paucis, & inuisibili ter, & ad paucos effectus. Sed postea da bit̃ noium oĩ generi, & uisibiliter, & ad plures effectus, & miracula. Ioel. 2. Ef fundã de spũ meo sup oẽm carnẽ, & pro phetabunt filii vestri, & filiæ vr̃ę. Verbũ effundã, abundantiã significat, glorifica tionẽ verò passionẽ esse dicunt Chrys. Theophilactus, & Hieron. De qua ẽt re loquitur. 1. Pet. 1. De qua salute exquisie runt, atq; scrutati sunt Prophetę, qui de futura in uobis grã prophetauerũt, scru tantes in ꝙ, uel quale tps, significaret in eis Spũs Xp̃i, pnunciãs eas, q in Christo sunt passiones, & posteriores glorias, q bus reuelatum ẽ, quia non in semetip sis, uobis ãt ministrabant ea, q nunc nũ ciata sunt nobis Spũ sancto misso de cæ lo, quasi dicat cum ̹pphetis fuerit reue latum salute mundo uenturam, & grã copiã, illi maxima diligentia pquirebãt

C

Chrys. Theo Hiero.

à Spũ S. vel ab Angelo, q eis hæc reue labat, qñ hæc futura erant, qñ Christus passurus, qñ ẽt gloriæ Christi. s. resurre ctio, ascensio, & Spũs sancti missio (quæ sequi debebant passionẽ) futuræ erant. Quibus dictũ est, nõ suo tpr, sed nostro hæc implenda esse, quia præcessuræ erãt Christi passiones, & statim sequuturæ eius glæ, ut Xp̃i passioni hæc oĩa tribue rent. Vel scdo accipĩ sic põt. Si ego non abiero, in cęlum s. paraclitus nõ ueniet ad uos, prius enim quam Spũs S. mitte retur, non solum passurus Christus erat sed resurrecturus, & in cęlũ ascensurus, & sic intelligunt Aug. et Beda illud Ioã. quia Iesus nõdũ erat glorificatus, .i. non dum cælum cõscenderat, non.n. mẽbra tanta erant grã ornanda ante capitis glo rificationẽ. Et id cõuenietissimẽ. Primo vt Spũs sancti diuinitas ostẽderet̃, q ma nifestãda erat miris signis, & operib. ex ternis, & internis, q effecturus erat, q in pñtia Christi, illi, non Spiritui sancto tribuerent̃. Scdo quia veniente Spũ san cto discipuli iam perfecti in mũdi magi stro eligendi erant, & per mundũ disper gendi, ut eum docerent, & sic iã Christus corporaliter adesse eis non debebat. Rñ detur secũdo. Christi discipuli humano amore Christũ diligebãt, non oĩno spũa li, qui amor licet contrarius non sit Spi ritui sancto, quia malus nõ erat, sed erat diuersus ab spũali amore, & conuerten dus ille erat in spũalem, ut discipuli pfe ctissimi euaderẽt, & Spũ sancto replerẽ tur, & oĩs humana consolatio ab eis to lenda erat, ẽt illa, quã de Christi humani tate habebant 4. Reg. 18. inter Ezech. re gis pia gesta dr̃. Confregitq; serpentem æneum, quẽ fecerat Moyses, siquidẽ usq; ad illud tps filii Israel adolebant ei incẽ sum, uocauitq; nomen eius honestã, s. ęs eorum. Tã grati esse uoluerunt Israelitæ serpenti ęneo, p quem salus est eis reddi ta, ut illum tolerent quasi Deũ, qua rõne ab eis ablatus est. Illum Christi figuram gessisse Christus ostendit. Sicut Moyses exaltauit serpẽtem in deserto, &c. Sicut illum, ut Deũ colebant, sic Christi huma nitati, nimio humano affectu adhæserãt Apostoli, qua rõne ab eis tollenda fuit, vt

Aug. Beda.

B

C

Ioã. 3.

A vt in spūalē affectū mutaret. Sicut factū ostēdit Pau. itaq; nos ex hoc nemine cognouimus ſm carnē, & ſi cognouimus ſm carnē Xpm, sed nunc iam non nouimus, ſ. ſm carnē. Vbi D.Th. ait Nemine nouimus ſm carnē, i. non sequimur aliquo mō carna e affectu circa aliquē., Sic De. 33. Qui dixit patri suo, & matri suę, nescio uos, & addit in pſona oium Apostolorū (ait D.Th.) Et si aliqñ adhęsim⁹ Christo ſm carnalē affectionē, sicut amico carnali solemus adhæreret. ꝙ ait Au. hic, impedire aduentū plenū Spūs S. in corda Apostolorū, sed iā non nouimus ſm carnē, i. iā affectus humanus cōmutatus est in diuinū. Licet.n. hic human⁹ affectus oppositus non sit Spiritui S. tñ est alius affectus à spūali, vnde impedit

B totū uoluntatis conatū in Deum. Ex quo infertur, quā sint cōsolationi Spūs S. impedimento terrenæ consolationes. Ber. ser. 6. de ascensione dñi. Mens occupata carnalibus desideriis grām Spūs sancti nō speret. Audiat, qui sterquilinio carnis uę adhæserit, & q in carne sua seminat, quia Apłi non potuerunt accipere illam cum ipsa uerbi carne. Errāt ergo qui balsamū illud, et in chrisma spirituū, & dulcedinē salutis huic cineri, huic ueneno, & morti miscere putāt, eiice ergo ancillā & filium eius, non.n. erit hęres filius ancillę cū filio liberæ, qui ergo in Deo plenè delectari cupit, dicat cum Ps. Renuit consolari aīa mea, ſ. in creatura, tunc efficiet ꝙ sequit. Memor fuit Dei, & delectatus sum. Dicat, ꝙ mihi est in cælo, & a te quid uoluit sup terrā: q̄a ut Pau. ait: Nō potestis mensæ Dñi participes esse, & mēsæ dæmoniorū. Et aius uolās, et natans immunda iudicatur. Et manna nō dat nisi cum Aegypti farina deficit. Hic soluit multorū obiectio dicentiū, innumera in scriptura, & sanctis dicta sunt de diuina dulcedine, & cōsolatione, & q̄ humanā fidē superār, sed ea nunq̄ expertus sum. Dico tibi, plenum est cor tuū humana affectione, inhias terrenis consolationibus. En obicē, quo impediris a Spiritus sancti cōsolatione noli regib. dare uinū, ò Emanuel, dare sinceriā merētib. & uinū his, qui amaro sunt aīo, bibēs, &

Margin notes: 2.Co.5 — D.Th. — De.33. — D.Th. — Aug. — B — Berna. — Ps. 76. — Ps. 72. — C — 1.Cor. 10.

abluiscant egestatis suę, & Esa 28. Quē A docebit dñs sciētiā? & quē intelligere faciet auditū? ablactatos à lacte, auulsos ab uberibus. Iō in ablactatione Isaac grāde fecit conuiuiū Abrahā. Vis ergo experiri diuinā dulcedinē? hoc age quā adhibuisti curā in eo, ut in terrenis consolareris, adhibe, ut oēm mundi a te repellas consolationē, renuo cōsolari, crucifigere, sēper mortificationē Iesu Christi in corpore tuo circunferēs, tūc diuinā tibi aderit cōsolatio. Hæc sanctorum fuit cura, oēm humanā fugere cōsolationē, ut cęlesti implerent. Si tibi nunc diceret, ꝙ de terra piceeris à domo tua, auro replebit, quis nō uniuersā terrā proiiciat? Quātū ē terrenis cōsolationib. eieceris à te, implebe ris Spū sācto, & eius dulcedine, qs tanta pmissione domū cordis nō oīno uacuā reddet terrenis affectibus? vacuū non datur in natura, minus illud Deus patietur in corde, Deus descēdet, ut illud repleat.

Et cū uenerit ille, arguet mūdū de peccato, quia nō crediderūt in me. Arguet, id est, cōuincet, & rōnibus efficacib. ostēdet, quibus nō sit subterfugiū. Luc. 21. dabo vobis os, & sapientiā, cui nō poterūt resistere oēs aduersarii uestri, nec contra dicere. De pc̄tō Aug. & Chry. intelligūt de pc̄tō infidelitatis, quia Christo nō credunt. Cyril. lib. 10. c. 40. de pc̄tō uniuersaliter intelligit, quasi dicat cōuincet mūdum esse in pc̄tō, quia in me nō credidit, sine qua fide impossibile est à pc̄tō liberum esse hoiem, quia nō est aliud nomen sub cęlo, in quo oporteat nos saluos fieri Acto. 4. Sed de hoc arguere me nō poterit dices, ego.n. in Christum credo. Sed uide an in Christū credas, uel Chr̄o credas, et Christū credas, hæc.n. diuersa sūt Aug. lib. de verbis dñi, ser. 62. & sup Ps. 77. & ser. 118. & sup Io. tract. 29. & Cyp. in expositione simboli. & D.Tho. 2.2.q. 22. art. 2. dūt. Cum dr̄. credere in Chrm illud, in, importat finem, ut. ſ. credes, tēdat in Christum ut finem ultimum, & in eum speret, eum super oīa diligat, ꝙ si tu Christo credis nec tñ eum diligis arguēris a Spiritu sancto, quia non credidisti in Christū, argueris de pc̄tō. Primus effectus Spiritus S. est, mundū de peccato ar-

gu ere

Margin notes: A — Ge. 21. — Simile B — Aug. — Chrys. — Cyrill. — Aug. — Cypri. — D.Th.

A guere, summũ Dei odium cõtra pctũm, illud sustinere nõ põt. Vnde, cũ pcti mẽtio fit in scriptura verba vsurpãtur peregrina,& quę Deũ turbatum,& contristatum sonãt, Eph.4. Nolite cõtristare Spiritum S. Dei, in quo signati estis. Sed nũ pctõ potest contristari Spiritussanctus, qui Deus est? audi Esa.63. Ipsi aũt id iracundiam prouocauerunt eum,& afflixerunt Spiritum S. eius,& cõuersus est eis
Deu.32 in inimicum. Et excitatus est tanq̃ dormiens dñs tanq̃ potens crapulatus a uino. Sed fieri ne põt Deũ amaricari? Deũ contristari? Deum ebrium fieri? infinita dulcedo qũo põt amara reddi? infinita mĩa qũo põt ira inebriari? pctũm id efficere dr, quia si in Deum tristitia,& amaritudo cadere posset, de solo peccato eã summam haberet. Vide Dei dulcedinẽ, una eius gutta satis est, ut oẽ martyrium dulce fuerit, ut craticula esset Laurentio
B dulcis, lapides Stephano, crux Petro.
Lu. 16. Imò una Dei gutta, si in infernum ueniret, illum redderet dulcẽ. Vna sola gutta cęli contentus diues erat, ut oẽm refrigeraret dolorem, tam dulcem Deum quis amaricabit? peccatũ. Sicut ergo malorũ pelagus vna Dei gutta dulce reddit, sic Deum dulcedinis pelagus, peccatũ reddit amarũ, dulcissima mellis gutta, quæ pelagus amaritudinis dulce reddit, amarissima fellis guttaq; sufficeret mare dulcedinis amaricare, tale est peccatum, ꝙ Deum amarum reddere dicitur, quia si amaritudo in eo esse posset, peccatum eã efficeret. Et cum potuit in natura assumpta contristari, vsq. ad mortem de pecca
C to contristatus est, mirum, ac stupẽdum
Dan. 2 peccati malũ. Mira statua Danielis erat, & valde mirum ꝙ paruus lapis eam cominuat. Sed multo magis mirũ, uidere Deum hominem excelsum, sublimem, cuius caput aurum optimum diuinitas, & tamen pomum unum ab Adam surreptum, quod illum tetigit, eum comminuit,& humiliauit in crucis mortem.

Hinc primũ ꝙ Spũs sanctus peragit, est, mundum arguere de pctõ, nec quis-
Ps. 88. quam est Deo tã charus, cui dissimulet
Leu. 10 pctũm, terribilis super oẽs, qui in circuitu eius sunt, sanctificabor in his qui appropinquãt mihi, ille ait, occisis Nadab, A
& Abiu. Cõtinuo ergo peccãtẽ arguit,& castigat, licet ei sit ꝓximus, imò hũc amplius. Si auerterit se iustus a iustitia sua, Ez. 18
oẽs iustitię eius non memorabunt amplius. Qđ videre licet in Moyse. Loqtur Exo.3.
ad eum de rubo, ducem populi facit, constituit Deũ Pharaonis, vim ad innume- Exo.4.
ra miracula tribuit, sed continuo quia filium nõ circonciderat, voluit eum occidere angelus,& id fecisset, in cõtinuo circunciso filio placaretur Deus. Nihil dñe parcẽdũ tanto duci? nihil oino. Iõ Psa. Moyses,& Aaron ĩ sacerdotib. ei⁹,&c. Ps. 98.
Deus tu ꝓpitius fuisti eis, & ulcišcẽs in oẽs adinuẽtiones eorũ. Dubitat uenialí Nu. 20
pctõ, ad aquas cõtradictionis cũ Aaron. Ma. vl.
En vltionem diuinã nõ introducetis populum in terrã ꝓmissam. Christus Apostolos continuo arguit, si delinquunt, tũ ante mortẽ, tum ante ascensum in cęlũ, exprobrans incredulitatẽ, nõ põt uidere pctũm, quin cõtinuo arguat illud. Petrũ B
beatũ dicit, dat ei regni claues, sed cũ statim affectu humano dicit, absit a te hoc, Ma. 16
dicit eũ Sathanã,& lauari recusanti, ait: Non habebis partẽ mecũ. Qñ nõ Deus Io. 13.
volens iniquitatẽ tu es. Hinc iusti, cũ in Psal.5.
orõne coram Deo apparẽt, ne a Deo arguant, ipsi se arguũt. Iustus in principio orõnis accusator est sui, sap ẽs ait: Deus Pro.18
.n. arguit nõ arguẽtẽ se, nã si nos iudicaremus, nõ utiq. iudicaremur. Arguit ergo infideles de pctõ ifidelitatis, q a Chri- 1.Co.11
sto non credunt,& fideles, ꝙ in Christũ non credãt, in eum tendendo vt finẽ ultimum. Si.n.merito arguendus est infidelis Christum non credens, quia tot testimonijs rebellis est, qũo non arguendus, & conuincendus fidelis, q fidei credens, C
operatur quasi non crederet? Quid respondebis peccator arguẽti Spiritui sancto, credidisti infernũ æternum pro pctõ vno mortali, & tã facile illud admisisti? Credidisti beatitudinẽ infinitã seruanti tã facilia mãdata,& id non ꝓtitisti? Credidisti Deum pro te crucifixum, & tãto amori, ac beneficio ingratus fuisti? verè Dei argumẽtis oĩs iniquitas opilabit os suum. Et ille obmutuit. Etsi voluerit cõ Ps. 109
tẽdere cũ eo nõ rñdebit ei vnũ ꝓ mille. Iob 9.
De

A Aug. De iustitia vero, qa ad patrē vado, & iā nō videbitis me. Locus est difficilis, Aug. ait, de iustitia mundum conuincendum, dum cōparatione fideliū iustorum infideliū pctūm declarat, Chrys. & Euthimius dicunt, de iustitia cōuincēdum Xpi, & de eius innocētia, qa. n. mundus Xpm, vt malefactorē tractauit, ostēdet S. S. eum iustum, & sanctum, quia à patre in æternum receptus est in cęlum, & hoc est, quia ad patrē vado, & iā nō videbitis me, id est, ppetuo ibi manebo cum eo. Dicebāt. n. illi, nō est hic hō à Deo, & si nō esset hic malefactor, & Samaritanus es, & dæmonium hēs. Sed sensus aptior ille est. Scdum qd S. S. in mundo

B p pdicationem declarauit apostolorum, est Xpi iustitia, qua oīs iustus sanctificatˀ eā participādo fide, & dilectione. De qua Rom. 3. Iustitia Dei p fidē Iesu Xpi in oēs, & sup oēs, q credunt in eum. Iudæi ex lege iustitiā qrebāt, de qua Rom. 10. Ignorantes iustitiam Dei, & suam qrentes statuere, iustitię Dei nō sunt subiecti. Gentes ex operib. moralib. iustitiā sufficientem sibi esse putabāt. Sed neutra vera est iustitia, quia à pctō nō liberat, nec Deo hoiem conciliat. Sola Christi iustitia nos liberat à nobis participata, d qua mundus conuincendus est contra iustitias ab eo ptensas De quo Psal. reuelauit

Ps. 96. in conspectu gentium iustitiam suā. Qd verò addit. Ad patrem vado, & iam nō videbitis me. Significat, vna oblatione,

C pfecisse, iustitiā, nec amplius necesse esse ad hoc in mundum iterum descendere.

Aug. De iudicio verò qa princeps huiˀ mūditiā iudicatus est. Aug. tractatu 95. conuincet mundū p iudicium, & dānationē diaboli, quia si Angelo peccāti nō pepercit, nec homini parcet. Chrys. Iudæi con

Chry. uincendi sunt de dæmonis iudicio, vt iā nō possint Christi opera dęmoni tribuere. Cyrill. li. 10. c. 40. cōuincet mundum, si dæmonē nunc sequitˀ, & ab eo vincitˀ, cum iā diabolus iudicatus est, & expulsus à regno, ut in hoies ptātē nō habeat. Qui eripuit nos de ptāte tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ Coloss. 1. Luc. 11. hoc Christˀ explicuit, Cū fortis armatus custodit atriū suū, in pace sunt oīa, q possidet, si aūt fortior illo supueniēs vicerit eum, uniuersa arma eius, ī quib. confidebat auferet, & spolia eius distribuet. Iā ergo mundo nulla relinquitˀ excusatio, cū priceps mundi iudicatˀ ē, & foras pulsus à Xpo facillimeq; a nobis superari possit, hoc vero S. S. per Apostolos mundo declarauit.

Hinc ipse diabolus. Antonio dixit, post Xpm nullas esse ei uires cōtra fideles, alligatus. n. nobis ē fortis armatˀ p Chrm, ut Chrs, dixit Luc. 11. nisi priˀ alligauerit fortem factūq; illud est, qd Apoc. 20. dr. Vidi Angelum descendentem de cęlo habentem clauem abyssi, & cathenā magnā ī manu sua, & apprehendit draconē, serpentē antiquum, qui est diabolus, & Sathanas, & ligauit eū per annos mille, & misit eū in abyssum, & clausit, & signauit sup illū, vt nō seducat ampliˀ gentes, donec consumentˀ mille anni. Et post hæc oportet illū solui modico, tpe, hoc toto grę tpe, qd mille annis signatˀ, ligatus est dæmon, ne nos seducat, modicū verò tps, quo soluēdus est, tps est Antichristi. Tēpore ergo legis solutˀ dæmō erat, regnabat ī filios diffidētiæ, princeps mūdi erat, cui oēs subijciebantˀ, tantaq; erat potentia pp grę minorē abundātiā, & ipsius plurimas uires, ut quasi uim hominib. inferret, unde clamat Esa. dñe uī patior, rñde p me. Et eripe me de inimicis meis fortissimis. Perambulabat tunc terrā, & circuibat eā, oīa cōculcās. Sed iā factˀ est similis Sampsoni, ligato cū quo pueri ludunt, iā exorcistis traditur eijciēdus, q minor gradus, & puerorum est in ecclesia, pueri. n. in illum facile pualent, vt notat Iust. mart. Hoc est illud Esa. 9. Iugum. n. oneris eius, & uirgam humeri eiuˀ, & sceptrum, exactoris eius superasti, sicut in die Madiā. Iā ergo dęmone superato, tyrāno de regno expulso, nullus dicat uim patior, arguetˀ. n. à S. S. q tale, q dixerit. Iudicaberis ergo, & argueris, si expulso à te dæmone p Chrm, iterum eum recipis, iterum in principem eum eligis, iterum potestati eius te subderis. Erutus de potestate dæmonis es, noli iterum eum in principē sumere. Si filius regis Hispaniæ nūc diceret, malo esse seruum

Right margin: A; B; Es. 38.; Iob 1. C; Iustin.; Simile

A uum Turcæ laborantē in triremib. eius quā filiū regis,& eius hæredē,an nō hūc dementatū diceres? & regi summā inferre iniuriā? Christianæ,q nūc dicis,malo dęmonis esse mancipiū, & in vilissimis ei deseruire,& summo cū labore, q Dei esse & filiū,& hrdē, an non demētatus es? an nō Deo summā irrogas iniuriā? an nō gloriabit pp te dęmon cōtra Deū,dicens,pluris hō facit me q te, pelegit seruus esse meus,quā filius tuus? Psal. Propter hoc inimicus improperabit dño, & populus insipiens irritabit nomen tuū. Osee 3. Diligit Dñs filios Israel, & ipsi respiciunt ad Deos alienos,& diligūt vinaria vuarū,vere tales dæmones sūt,vinaria,s.vuarū,à qb.nulla vtilitas capi pt

Ps. 73.

B Glossa,& Toledo aliter exponunt, arguet mundū de iudicio, i. ondet mundo Xpm iudicē esse viuorū,& mortuorum oportet.n.nos ante tribunal Xpi manifestari,vt referat vnusquisq; propria corporis,prout gessit,siue bonū, siue malū. Onditur Xps redemptor in redargutione de iustitia,nūc iudex in redargutione de iudicio,qd per apostolos Spirit^o S.fecit,ut patet Acto. 10.ipse est,qui cōstitutus est à Deo iudex uiuorū, & mortuorū,&sic implet illud Ps.71. Deus iudiciū tuū regi da,& iustitiā tuā filio regis,& Iere.17. Et faciet iudiciū, & iustitiā terra, iustitiā qua nos pri recōciliauit, iudiciū quo oēs iudicabit,mūdus verò de hac recouincendus erat qa putabat iudicē nō esse operū,& sic libere in vitia prolabebat Tre. 3. Quis est iste,q dicit, ex ore altissimi nō egrediet neq; bona neq; mala? Sed ē ne nūc aliqs, q hac egeat redargutiōe? ō vtiq;q libere peccat,ac si iudex

C nō esset,Soph. 1. Visitabo sup viros defixos in fęcibus suis , qui dīt in cordibus suis,nō faciet bene dñs,& nō faciet male,in fœcibus ait Hiero.in corporib. uel in peccatis,uel ēt in diuitiis, & oi opulētia,in corde vero id dīt,qm ore nō pferunt,sed ita uiuunt,ac si id dicerent, qd maximè Deū irritat,unde Ps pp quid irritauit impius Deum? dixit.n.in corde suo non requiret, de qua re multa Malachias c. 2. Laborare fecistis dñm in sermonib. vestris,& dixistis i quo fecimus

Hiero.

Psalm.

eū laborare? in eo qd dicitis oīs,qui facit malum bonus est in cōspectu Dñi:& tales ei placent,aut certe vbi est Deus iudicij? lętare ergo ò iuuenis in adolescentia tua,& ambula in viis cordis tui,& scito quod pro his oīb.adducit te Dñs in iudicium Eccl.11. Hoc Spiritus S.in mundo maxime ostendit per apostolos,rōnē vero subnectit dicens,quia princeps huius mundi iam iudicatus est,i.iam est dānatus,& suo dominio priuatus,vnde homines translati in Christi dominium, eius iudicio subduntur. Colos. 2. eripuit nos de potestate tenebrarum,& transtulit in regno filij dilectionis suæ. A

Multa habeo uobis dicere,quę nō potestis portare mō,i. modo capere nō potestis multa,q̄ vobis hēo dicere. Quę hæc sint,aliqui sancti inquisierunt Greg. Nazianzenus orone 5. Theo. dicit horum vnū esse Spūm S.tertiā esse psonā distinctā vnius naturæ cū patre,& filio , nā in lege pris diuinitas manifeste dicta erat. Xps suā ondit,Spūs S.aduentu suo suā manifestauit,quæ non fuerat ita ante cōperta. Iustinus Martyr in expositione qstionum Gen.rñsione 112. aliā ostendit s.putabant Apostoli, regnū tpale Israeli restituēdū p Christum,ideo Act. 1. interrogant,dñe si in tpe hoc restitues regnū Israel? sed Xps id explicare nolēs Spiritui sancto reseruat,dicēs. Nō est vestrū nosse tpa,&c.accipietis virtutē Spiritus sancti in uos. Tertiā ostendit Orig. lib. 2.cōtra Celsum,& Didymus li.2.de Spiritu sancto,s.cessationē legaliū,nā & Petr. Act 10.id ignorat. Sed dices eis, cur Xps eos capaces non fecit horū mysteriorū cū posset, sicut Spiritus S. Rndet, poterat quidē,sed conuenietissimū fuit, aliqua Spiritui sancto seruare,quibus se Deū onderet,ostnderat se patrem Deū in testō ueteri,filius miraculis, S.S.declaratur suis operib.ita Chrys. hom.77.

B Naziā.

Iustin.

Orig. Didymus.

C

Docebit vos oēm veritatē,non.n.a se metipso loquetur. Sicut filius nō dr facere aliquid nisi quod viderit patrem facientē,quia,potentiā habet a patre sicut & essentiam,ita Spiritus S. audire dicitur, quæ loquitur, & non a se ipso loqui,quia essentiam, & scientiam habet

Chrys.

A à filio,& patre,& vnum cum ipsis est,& ea loquitur,quæ à patre, & filio accepit.
Chrys. Sed Chrys.hom.2. de Spiritu S. de hac re optime loqtur,cuius verba sunt. Qúo Spiritus sanctus à semetipso non loquit, si uerus Deus est? Audi verum Deum,ét dicentem Ioan. 14. ego à meipso non loquor, filius ergo ét a se non loquitur, sicut nec Spiritus S. quid hoc? Dicamus primum de filio,sed timeo,scio.n. quod in profundum me ipsum dedi, imo tremo,ne immensum abyssum abeat nauicula,& desit Spiritus sancti uentus. Da .n.mihi nauem paratã,gubernatorẽ,vela,funes,nautas,si ventus desit,nihil habet,ita oĩa humana,si non adsit Spiritus
Ge.37. teſtatẽ conceſſit Pharao Ioſepho in terra Aegypti, dicens: Terra Aegypti in cõſpectu tuo eſt, i optimo loco fac habitare fratres tuos, & trade eis terrã Geſsẽ. Qđ ſtatim Ioſeph fecit. Hanc vero traditã Chriſto dño poteſtatẽ a patre i cęleſti regno, oſtẽdit ipſe dicens. Data eſt mihi omnis
Mat.vltim. poteſtas in cęlo, & in terra, vt regna illa fratribus diſtribuat. Dicit vero X̃ps dñs ſe ire, ad præparandũ hunc locum, quia morte, reſurrectione, & aſcẽſione ſua cęli iter clauſum aperuit, & in cœleſti regno
B cõſiſtens miſit Spũm S. quo diſcipulos, & fideles dignos effecit ſedib cęleſtibus.
Simile Sed nunc interrogo. Si nũc pauper eſſet, & exulãs, qui hæc audiret frater tuus Hiſpanię rex factus eſt Vocatq; te, vt cũ illo regnes, ut partẽ maximã regni ſui tibi largiat̃. Nũ hoc nũciũ negligeret? Nũ in Hiſpaniã non properaret? Audi ergo miſer, & ærumnoſus hõ. Frater tuus, primogenitus in multis fratribus, cœli culmina tenet. Vocat te, vt cũ illo regnes, an vocationẽ hanc negliges? Videte vocationẽ veſtrã fratres, in regnum ęternum vocati ſumus, vt vbi Chriſtus eſt, & nos ſimus. Raptus in cęlũ Elias erat, & cũ filij
C Prophetarum vellẽt eũ q̃rere, ait Eliſeus, nolite mittere. Non ſic nos dicamus de
4.Re.2 Chriſto noſtro, ſed potius cum in cęlum conſcenderit, quęramus eum, dicamuſq; Eccleſiæ, quod ſpõſæ ſodales aiunt. Quo
Can.5. abiit dilectus tuus ò pulcherrima mulierum, quo abijt dilectus tuus, quæremus eum tecum? Q̃m̃ abijt dilectus ex dilecto Chriſtus dñs? Dilectus, ait, meus abijt in hortum, vt lilia colligat, in cælum migrauit, vt martyrum lilia, roſas virginũ, flores confeſſorum decerpat. Quæramus ergo nos illum, in cœlum migremus, vt eũ inueniamus, implentes illud, quod nunc Eccleſia orat. Vt qui hodierna die vnigenitũ tuum ad cælos aſcendiſſe uidimus, ipſi quoque mente in cœleſtibus habitemus. Cõuerſatio ergo noſtra in cælis ſit. Illic theſaurus noſter eſt, illic & cor nr̃m ſit, illuc oculi, & deſideria dirigantur.

IN ASCENSIONE CHRISTI. A
Sermo Secundus.

The. Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, Mar. vltim.

DE conuenientia Aſcenſionis Chriſti Dñi, ratio eſt dubitandi, poſtquã.n. Deus uiſcera miſericordiæ, ac dilectionis mundo oſtendit, & hæc infinita, omne illud, qđ non tantã Dei erga nos beniuolẽtiã, ac amorem oſtendit, non æque cõueniens, & opportunũ eſſe uidet̃, huiuſmodi uero Chriſti Dñi aſcenſio apparet. Ex parte quidẽ patris, qui dedit nobis filium ſuum, cũ nunc eũ ad ſe aſſumat, uidet̃ donationẽ reuocare, & donũ ab ingratis re B petere. Et ſicut donatio ſignũ fuit ſũmi amoris, dicẽte filio. Sic Deus dilexit mũdũ, ut filiũ ſuum unigenitũ daret: ita ſub Ioan.3 tractio filij a nobis irę ſignũ eſſe videtur, nec ſine magno incõmodo uniuerſi id fieri poſſe apparet. Si.n. nunc ab Hiſpania Simile tolleret̃ uniuerſum aurũ, & argentũ, qđ ex Indis ad eã uenit, vt in Indiã iterũ deferretur, miſera, ac pauper Hiſpania maneret. Si repeteret mare a terra vniuerſa flumina, quæ ex illo proficiſcunt̃, & emanant, vt irrigent ſuperficiẽ terræ, arida, et miſera terra relinqueret̃, q̃ illis irrigata Gen.2. aquis fœcundat̃. Fons ille, qui egrediebat̃ C de loco voluptatis, ad irrigãdum uniuerſam ſuperficiem terræ, Chriſtus dñs eſt, Ioã.15 qui exiuit à patre, & uenit in mundum, Ecc.24 ſed nunc iterum relinquo mũdum, & vado ad patrẽ: ipſemet ait, aridus mundus erit, hmõi irrigationibus deſtitutus. Tu Dñe dixiſti, ego ſapientia effudi flumina, ego quaſi trames aquę immenſæ, ego quaſi fluuius Dorix: ego quaſi aq̃ ductus exiui de paradiſo, dixi, rigabo hortũ plantationum mearum, & inebriabo partus mei fructum: erit ergo nunc mundus abſque te, quaſi hortus ſine aqua.

Auget vero dubitandi rõnem dictum Ro.12 illud Pauli. Sine pœnitentia ſunt dona Dei, qua ergo ratione donum, quod mũdo dedit, nunc repetit?

Ex parte ẽt filij nõ tm̃ uidetur in eccleſiam dilectionem oſtẽdere, cum ab ea diſcedit

A scedit. Cum.n. sponsa præcipuè desideret sposi sui pñtiam, Ecclesia Chri sponsa hanc super oés sponsas cupit, & exoptat, & merito, quia in eo uno oia habet. Vñ ait. Dilectus meus mihi, & ego illi.
Cãt. 1. Et iterum. Quid mihi est in cœlo, & à te
Ps. 72. quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Qua ergo rõne ò sponse dulcissime ecclesia relicta in terra, in cœlum ascendis? an nõ melius, dulciusq; esset, nobiscum manere usq; in cõsummationẽ sæculi, nos regere, nos docere, & tũc demum, assumpta vniuersa ecclesia tecum, in cęlum cõscendere? Te pñte, ac cõsolatore oia tormenta, ac persecutiones facile ecclesia tolleraret, in tribulationibus, & tentationi
B bus non deficeret in omni scrupulo ad te confugeret. O diuine pastor, qui ouẽ errantem uenisti quęrere, qño eam inter crudelissimas bestias relinquis, & tu ad cę'estia tutus nigras? an nõ rectius foret, in humeros imponere, tecũq; deportare? Hanc querelam proponit propheta
Hie. 14 Chro Dño, dicẽs. Quare sicut colon⁹ futurus es in terra, & sicut uiator declinãs ad manendũ? q verba Vatablus in hũc modum vertit, Saluator Israel cur fieres vt peregrinus in terra, & sicut uiator, q ad pernoctandũ diuertit? quo loco Hie-
Hero. ronymus ait, hæc uerba nostri de futura Christi dispensatione dici putãt: quod futurus sit peregrinus in terra, & paruo tẽpore terrę u surus hospitio, & quasi vir p transiens, ac robustus. Quasi ergo pphe ta dicit, Ciuẽ te volebamus, non colonũ
C nobiscum commorantẽ, non uiatorem tam cito transeuntem. Quam transitus velocitatem explicat Ps. exultauit ut gigas ad currendam viam. Has dubitan-
Ps. 18. di rõnes preuiderat Christus Dominus. Et ideo multis verbis cum discipulis egit de conuenientia sui discessus, & ostẽdit, quod sicut accessus ex amore processit, ita & discessus, & proximis his Dominicis Euangelia proposuit nobis Ecclesia, in quibus de hac re agitur.

Ostendendũ nobis est, Chro Dño, & nobis conuenientẽ eẽ eius ascensum. Et de Christo id facile patet. Si. n. de aliqui
Heb. 11 bus sanctorum Pau. ait. Quib. dignus non erat mundus, qd diceret de sancto A sanctorũ? Corpus quidẽ illius, licet vere humanũ esset, non cęleste, sed in multis cæleste, imo diuinũ erat, qa Deo hypostaticè vnitũ. Vñ à tota natura sursũ pelleret, qa tanq̃ diuinũ sup oia corpora esse oportebat. Hunc.n. ordinẽ elementa inter se seruãt, vt inferius locũ capiat inferiorẽ, & superius eleuet super se, aqua descẽdit, & sursũ eleuat aerẽ. Vñ si pars cęli à Deo scinderet, & in terrã pijceret, à tota natura sursũ pellet. Sic ois creatura se subdit diuino corpori, & sub eius pedib. se collocat. Hic Ps. Cęlũ cęli dño. Ps. 113
Et Pau. Ascẽdit sup oés cęlos Et oia subiecit sub pedib. ei⁹. Et tãtæ qdẽ Christi Eph. 1
Dñi humanitati tanta rñdere debuit exaltatio. Sic accipiendum est illud Apoc. B
Ego sum primus, & nouissimus, Alpha, & ω. Id est. Sum primus quia fui Apo. 1.
nouissimus virorũ, qa sup oẽs deiectus, super oia exaltatus. Impletumq; in Christo Dño est illud Esaiæ. Reuersus est sol Esa. 38
decẽ lineis per gradus, quos descẽderat. Sol iustitiæ Christus in horologio hui⁹ mundi lineis decẽ, dũ minoratus ab Angelis in incarnatione, nouẽ lineis descẽderat, pp nouẽ Angelorũ ordines. Sed Esa. 53
in passione 10. descendit linea, factus nouissimus virorũ. Nunc ergo perfecta hominis salute, ac cõsummata, rursum abscendit sol decem illis lineis, exaltatus super oẽs hoies, & Angelos. Quia gloriã Pro. 15.
præcedit humilitas, ut Sapiens ait.

Nobis uerò conueniens Christi Dñi ascẽsio fuit. Primo in fidei, spei, & charitatis augmentũ. Fides qdẽ aucta in nobis est, dũ de illis sumus, de qb. Dñs ait C
Beati, q non viderunt, & crediderunt, & Io. 20.
Petr. In quem nunc quoq; nõ uidentes 1. Pe. 1
creditis. Cum.n. fides sit de nõ uisis, quo minus res aliqua vr, eo fides in illã maior est: vt ergo auctior fides ecclesiæ eẽt, ablatus ab ea spõsus est. Vt sicut Abrahã credidit Deo, & exiit nesciẽs, quo iret ita nos credamus eũ, quẽ non vidimus.
Spes ẽt nr̃a mirũ in modũ aucta ẽ Christ ascensione, Christus.n. Dñs in capur & exẽplar hominib. datus est, quẽ in oĩbus imitemur: vnde sicut passioni ei⁹ debemus conformari, ita resurrectioni, & ascen- Heb. 11

A verba intelligunt de gloria cęlesti, q̄ in Dei faciali visione consistit. De hominis vltima, ac suprema fęlicitate, in quo sita esset, tot fuerunt antiquorum opiniones vt ducenta, & octoginta fuerint Philosophorum placita, ut refert Aug. 19. de Ciuit. quidā eam dicebant in sapientia, alij in uirtute, alij in diuitijs, alij in uoluptate sitā. Error uerò finis maximus est, & periculis plenus, est. n. finis prim⁹ in intentione, & principium operum nrorū. Paruus verò error in principio fit maximus in fine, ut Aritoteles ait, vt i errore viæ publicæ, pet q̄ iter carpimus patet.

Aug.

Arist.

Erráti uerò homini circa finē suū, ac cidit, qđ regis filio, qui tenellus infans captus à barbaris est, q ab infantia seruus est, & in extero nutrit⁹ regno, hinc ignorat quis sit, & quanta eū bona expectant in patris domo, si ī eā venerit à barbaris erept⁹. Huic similes nos sumus ab utero serui, in pctis concepti, nescimus, unde sumus, nec quo tendim⁹, nec infinita cęlestis regni nostri bona. Hic multi adeo viles, & abiecti in cogitatione sua sunt, ut similes fiant bestijs, reputātes nō aliā esse fęlicitatē suā, quā bestiarum, nec aliquid excellentius quærentes quam illæ.

Simile

B

Fides nra supremā hominis fęlicitatē ostendit in sæculo futuro. Aliud quidem homini sæculum esse, multi philosophi agnouerūt, qui aīæ nobilitatē, & immortalitatē intellexerunt. Quemadmodū cū principē uirum vides vilibus indutū pānis, ais, aliæ vestes huic principi seruatæ sunt multo præstantiores. ita planè, immortali, & nobilissimæ aīæ, aliud corp⁹ præstantius, quam qđ nunc induit, seruatum est. Sed hi philosophi non attigerūt eam, quam fides docet, fœlicitatem.

C

Sed q̄ nam illa? ais, certè, hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerum Deū, & quē misisti Iesum Christum. Visio Dei manifesta, & eius fruitio beatitudo nra est. Cognitio, & fruitio oīum creaturarū satiare hominem non pōt. Sicut. n. si tibi campus ostenderetur, in cuius termino hortus esset amœnissimus, clausus tñ cum ad illum deuenires deambulans, eū videre cuperes. Ita ostensa tibi creaturarum uniuersitate, cū ultra illas oēs Deus sit, eum uidere desiderabis, eo uerò uiso, nihil restat desiderādū, quia ultra eū nihil est. Auget uerò desideriū Deū uidendi, qđ oīs creatura prædicat diuinam bonitatē, & pulchritudinem quā Deus eminenter hr̄e debet, ut eā creaturis largiri possit, unde uisis creaturarum perfectionibus, excitatur aīus, ut desideret uidere eum, unde illæ oēs emanauerunt, sicut uiso riuulo desideratur uisio fontis, unde pmanat. Et sicut q uideret mille hortos, & in eorum quolibet unum genus floris, si audiret, hortū esse unicū, a quo uniuersi illi flores processerunt, eum uidere desideraret, ita omnino uisis pluribus perfectionibus creaturarum, desideratur uisio Dei, à quo illæ omnes processerunt, in quo per essentiam ea omnia sunt, quæ in creaturis per participationem. Conueniens maximè, & rōni consonum, ēt erat, ut infinita Dei pulchritudo, & bonitas conspiceretur à creaturis, ut eum perfecte cognoscerent, ac diligerent. Cum tibi res est pulcherrima, & p̄tiosissima, nō satis tibi esse iudicas, si eā solus uideas, & possideas, nisi illam amicis ostendas, ut eam magnifaciant, & te glorificent, eam possidentem: satis quidē esset ad infinitam Dei gloriam, si ille solus se uideret, seque frueretur, ut ab æternitate fuit: consonum tamen rationi, ac diuinæ bonitati fuit, ut intellectualibus creaturis tanta bonitas, & pulchritudo manifesta fieret.

Simile

A

Simile

B

Simile

Christianorum ergo beatitudo consistit, in Dei uisione manifesta, eiusq; dilectione, ac fruitione. Sic enim possidetur Deus, sic ille se possidet, dum se uidet, diligit, fruiturq; se ipso Porphirius, & alij philosophi putauerunt, delirium esse Christianorum, hanc Dei faciē ad faciē uisionem sperantium, tanta enim gloria Dei solius est, creatura uero Deum uidere non potest, sed radium ab eo procedētem. Hæc Porphirius. Sed non attenderunt hi philosophi, hanc gloriam ex gratia Dei homini concedi, & lumine gloriæ illustrato intellectu. Sed quantum bonum sit, Deum uidere ac possidere, & quanta ex hoc delectatio procedat quis cogitare sufficiat? Sed ut aliqua coniectura

C

A iectura illud inuestigare ualeamus, notãdũ est. Omne gaudium, & delectatio procedit ex apprehẽsione, & unione boni cõuenientis, & quo bonũ est excellẽtius, & unio maior, eo etiã maior erit delectatio. ex quo sequitur Dei uisionem, & inde ortum gaudium esse oẽ bonum. Hinc dñs Moysi ait. Oñdam tibi oẽ bonum, quia Deus, qui possidetur, oẽ bonum est, & sic oĩs delectationis cã. Finge nunc, oẽ gaudium, quod ab initio mundi vsque in finem eius a creatura acceptum est, in unũ congregari, maximũ profecto illud esset, innumera.n. & maxima fuere hominũ gaudia ex diuitijs, deliciis, uoluptatibus, dignitatibus, honoribus, uictorijs, et festiuis gaudijs, gustu ciborũ, musica, & oĩb. reliquis, quę hominibus uoluptatem attulere. Si ergo uniuersa hæc gaudia in u-

Ex.33.

B num conuenirent, & ex oĩb. unum conficeretur, vere maximũ esset, et si tibi concederetur. beatũ te diceres, sed uere nõ esses, illud etenim licet magnum esset, tñ si cum eo conferatur, quod ex Dei uisione procedit, minimum, uel nullum appareбit. Cum.n. illud gaudiũ à creatura procedat, conferri nequaq̃ põt cũ eo, quod à Deo, sicut nec creatura Deo æquari põt, aut conferri. Excedit Deus creaturã oẽm infinitè excedit & gaudiũ, q̃ a Deo clare uiso procedit in immensum. Quid est uidere Deũ? planè Deũ fieri, philosophi aiũt, ex cognoscẽtẽ & cognitio fieri unũ, hoc uerò maximè in Dei uisione, pcedit, vbi Deus beato unitur in rõne ſpei, unde optime Ioães ait. Similes ei erimus, qa videbimus eũ sicuti est, hæc est uita æter-

C na, beata, ĩ qua cumul⁹ bonorũ oĩum est.

i. Ioã. 2 Orans patrem Xps dñs addit. Ego te clarificaui super terram, opus cõsumaui, quod dedisti mihi, ut faciam. Id est. Ego manifestaui nomen tuũ hominibus, ego honorificaui te, sicut dixit. Ego honorifi-

Ioã. 8. co patrẽ meum, opus uero consummasse dicit, tũ pp certitudinem, tũ quia mors instabat, qua consummãdũ erat, & quod ppe est, factũ reputat, ita Aug. & Chrys. hic, qui addit. Opus dicit consummatũ,

Aug. quia iã radix oĩum erat plantata, iã Euan-

Chrys. geliũ pdicatũ Apostoli electi, Xpi mors decreta uoluntate ipsius, & inimicorum.

A In his uerò uerbis nobis cõsiderandũ est diuinũ ingenium, quod est, opera sua perficere, nec enim perfectissimus artifex Deus opera sua informia, & imperfecta relinquit: Dei enim perfecta sunt opera ut Moyses, ait. Et sicut initio mundi perfecit cælum, & terram, & oẽm eorum ornatum, ita redẽptionis opus perficit. Vñ ait: Opus consummaui, quod dedisti mihi, & in cruce iterum ait. Cõsummatum est, nec enim caudam deesse patitur (ut Bernardus ait) sacrificio vespertino. De. 32. Ioã. 19 Bern.

Quo facto nos docet, opera bona nr̃a perficere, ac consummare, nec inchoata relinquere, ex quo cõtra pstare solemus, dum bona opera inchoata relinquimus, praua uero in finẽ perducimus. Hoc uero inter iustos, & iniustos discrimen est, q̃ iustus bona opera in finẽ usque perducit, praua uerò opera nõ sic, sed inchoata relinquit ut in plurimũ. Contra uerò reprobus, mala opera cõsummat, bona dũtaxat inchoat. Exemplũ iustorũ in Dauid nobis præsto est, qui cogitauit arcam in domum suam ducere, non illud perfecit, quia in uia uidit percussum Ozã, quia arcam tetigit, sed non quieuit, donec tandem arcã in domum reportauit. Sed hic qui somnum nõ dedit oculis suis, donec bonũ perficeret, mala, quæ cœperat, non perfecit. Vindictam in Nabal reliquit, & cum abscidisset oram clamidis Sauli, percussit cor suũ, pænituit eum, quod vindictam de Saule cępisset sumere. Et hac ratione Deus impedimẽta iustis obijcit, ne malum inceptum perficiant. Iurauit Dauid interficere Nabal, sed ne id opere cõpleret, misit illi obuiam Deus Abigail, quę eum impediuit, dicens, caue, ne quid facias, quod tibi futurum est in scrupulum. Et intelligens ipse Dauid hanc in se collatam à Deo misericordiam, benedixit Abigail, dicens. Benedicta tu, quę prohibuisti me, ne irem ad sanguinem. Et benedictus dominus, qui hac de causa misit te in occursum meum, sic benedicere iustus eum solet, qui eum a malo auertit. Contra uero reprobus omnem adhibet curam, nullum non mouet, lapidem, ut malum perficiat. Hinc dominus ne ædificantibus Babylonicam turrim, B 2. Re. 7 1. Re. 6 C

A ait. Opus cœperunt facere, nec desistent
Ge. 11 à cogitationibus suis, donec eas opere
Ioã. 12 compleant. Sic etiam Pharisæi dicunt. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. Et cum nouerit Deus obfirmatam in malo iniqui voluntatem, nec vnquam ei cessandum, donec malum consumet, solet aliquando obuius fieri itineri ipsius eumque impedire, & uertere turres illius, quæ super firmam petram extructæ non sunt, ne intolerabiles fiãt iustis. Hinc Psalm. Non dimidiabunt dies
Ps. 54. suos. Aliquando vero cum ipsi reprobi solum inchoare peruersum opus velint, permittit Deus in eorum supplicium, vt illud consumment. Sicut qui solum uoluit vulnus inimico infligere, & eum occidit, Dei iusto iudicio id effectum est, vt
B tanquam homicida suspendatur. Cum ergo uideamus, Christum ea opera perficere, quæ ad nos spectant, & nobis vtilia sunt, discamus nos ea ad perfectum adducere, quæ gloriæ ipsius sũt, & in quibus ei placemus, ac obsequimur.

Prosequitur orationem suã Christus dominus dicens, & nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quã habui priusquã mũdus fieret apud te. Quasi dicat. Ego te clarificaui in terra, & opus perfeci tuum. Tu ergo iam clarifica in cęlo humanitatem meam, quæ dispensatorie sine claritate in terra fuit, donec opus redemptionis perficeretur, quo perfecto tempus adest, quo eam clarificari opor-
C tet. Et hęc mea claritas sit talis, qualis decet filium Dei, qui tecum Deus est ab æterno, illa ergo gloria diuinitatis meæ extendatur usque ad corpus meum. Claritas ergo nostra ab extrinseco est, claritas vero, & gloria corporis Christi a diuinitate est, quæ intus latet. Et hac ratione gloriam corporis suum ille appellat, cum ait. Oportuit Christum pati, & resurge-
Lu. 24. re à mortuis, & ita intrare in gloriã suã: nos vero nõ in gloriã nřam intramus, sed in alienã, qa ab extrinseco nobis accidit.

Sed hinc nobis discendũ est, illud corpori mystico Christi a Deo seruatũ esse, quod vero corpori tributum est, & quod præcessit in capite in membris suo tempore efficietur: Christus patrem clarificauit, opere ipsius mandatum consumma- A
uit, iusta ratione petit sui clarificationẽ. Si ergo nos similiter fecerimus, similiter etiam clarificabimur. Laborãtibus merces fidelis retribuetur. Quemadmodum ergo dux strenuus, cui rex bellũ aliquod Simile
difficile committit eo ex uoto regis confecto, iure petit regiam in se liberalitatẽ ostendi. Ita si strenue nos gesserimus in bello spirituali, implentes illud Pauli. Labora sicut bonus miles Christi Iesu, coronã immarcescibilem percipiemus. 1. Ti. 2.
Pugnemus ergo viriliter, quia non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Eximio cum gaudio venit fortis dux in conspectum regis sui bello fœliciter confecto. Si vero infœliciter gestum sit, regis conspectum erubescit. Ita iustus, qui fœ- B
liciter pugnauit, alacer in mortem venit, quia sperat iustus in morte sua, vt sapiẽs ait. Sed quid sperat? coronam profecto, quam ei reddet iustus iudex. Nec enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur laboris Pro. 14
illius, pugnemus ergo, vt glorificemur, socij Xpo simus i passione, vt socij simus in regno, vt cũ Ioan. dicere possimus. Par Apo. 1.
ticeps in tribulatione & regno cęlesti, scilicet, quod nobis donet Deus noster, &c.

IN ASCENSIONE.
Christi Domini. Sermo Primus.

The. Et Dominus quidem Iesus post quã locutus est eis, assumptus est in cælum. Mar. vlti.

ILlud plane ecclesiæ accidisse cum Ie- C
su, & Maria eius matre, merito dicemus, quod vniuerso cũ sole, & luna. Cum sol mundo adest, in eum uniuersorum oculi conuertuntur, de luna vero parum curant, quæ sole præsente minus lucis, & pulchritudinis habere videtur. Cum vero sol in alterum hemisphærium recedit, Simile
continuo lunæ lux, & pulchritudo apparet, & omnium hominum oculi in eã feruntur, ita certe, cum Christus dñs mundo aderat oĩum fidelium oculi in eum respiciebãt, beatiq; erant qui videbãt Deũ hominem, & eius uerba audiebant. Erat ille sol, de quo propheta ait. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ.

A Sed illo de mundo sublato hodierna die, continuo uniuersæ ecclesiæ oculi in Maria,quæ luna est,conuersi sunt,ad eã uniuersi fideles accedebãt,ut lumen reciperent. Quemadmodũ rege absente ad reginam,quæ uices regis gerit, omnes ueniunt,ut ab ea beneficia petant. Accedamus ergo ad eã,ut nobis grãm impetret.

Hodierna festiuitas ultima ẽ Verbi ĩcarnati,finis oĩm festiuitatũ ipsius,& fœlix terminus itineris illius. Hodie in pa-
Lu.24. triã suã peruenit ille q solus peregrinus erat in Hierusalẽ,postq̃ uotum impleuit suum, & peregrinationem fœliciter absoluit,in ueste defert peregrinationis suę insignia, de quib. mirati Angeli dicunt.
B Quæ sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum ? Hodie ultimã imposuit manũ operi redẽptionis. Quia mortuus est pp
Esa.63 delicta nra, resurrexit pp iustificationẽ nram, ascendit pp glorificationẽ nostrã. Et quemadmodũ egregius pictor,donec imaginẽ oĩno perficiat, atq; cõsummet,
Simile eã ostendere non vult, nec ho um oculis cerni,cum uerò eam perfecerit, in oĩum proponit oculis. Ita vsq; ad ascensionem suam noluit mũdo uniuerso proponi redemptionẽ,sed iam nunc ait. Euntes do-
Ma.vl. cere omnes gentes,unde Ps.exaltare dñe
Psa.20 in virtute tua,cantabimus,& psallemus virtutes tuas,q.d.cũ ascenderis,& exaltatus ad cęlos fueris, tunc manifestabimus toti mundo redemptionem tuam. Hodie ingreditur triumphans in regnũ, quod violentus rapit. Et.n.ille homo nobilis,qui,abijt in regionem longinquam
Lu.19. accipere sibi regnum. Ingreditur, vt or-
C netur diademate,& afficitur corona illa altissima,cui uniuersæ cęli,& terræ coro-
Apo.4. næ subijciantur: Antequam uiginti quatuor seniores deponãt coronas suas. Qd
Dan.7 multis retro sęculis puiderat Daniel,qui ait. Aspiciebã in uisione noctis, & ecce ĩ nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat,vsq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatẽ,& honorem,& regnũ, & omnes populi trib. longæ seruient ei.
Acto.1 In nubib. cœli dr̃ uenisse, quia ut Lucas
Ps.102 ait,nubes suscepit eum ab oculis eorum, & Psalmus. Qui ponis nubem ascẽsum tuum, qui ambulas super pẽnas uẽtorũ, A quæ uerba Aug.ad Christi ascensionem refert. Et demum de Christi regno Psa. ait dominus in cœlo parauit sedem suã, Ps.10; & regnum ipsius oĩbus dominabitur.

Sed quanta cum lętitia a Patre & uniuersa curia cęlesti exceptus Christus do- Lu.15. minus sit,quis loquatur? dissipator filius tanta cum lætitia excipitur reuersus ad domum patris, quãta excipietur fidelissimus,obediens usq; ad mortem filius, & qui bona paterna recuperauit, & auxit ? Cyprianus in sermone huius festi ait. Cypr. Quãta in eius susceptione in cęlis iucunditas fuerit, nemo sufficit enarrare: rei huius magnificẽtia oẽm superat intellectũ,quæ patris in reditu filij hilaritas fuerit,dicat quis ?aut si forte illud sempiter- B nũ gaudiũ aliquod tunc admiserit incrementum,si stabilitatis æternæ se aliquomodo mutare posset immobilis magnitudo, scrutator ille maiestatis opprimet a gloria,ut uerendum est,nedũ uehemẽtius exprimit verba,quã oportet, sanguinẽ pro lacte emungat. Attñ inuisibilem Deum uisibilẽ filiũ recepisse ad dexterã suã, manifestũ est hæc Cyprianus, Gaudiũ quidẽ diuinum crescere nequaq̃ potuit,sed exteriora in cęlo signa gaudij,& in beatis ipsum gaudium auctum mirũ in modum est. Hinc Psa. Ascendit Deus Ps.46. in iubilatione,& dominus in uoce tubę.

Sed dubium est,an cęlorum duntaxat hæc iubilatio sit, an ẽt terræ ? Cœlorum quidẽ gaudium, & gaudij cã manifeste patet. Quia solẽ suum recipiunt,qui plus cęlestes illustrat,q̃ oẽs stellæ. Lapidẽ pre- Simile tiosum,qui plus ornat annulum q̃ aurũ, & vniuersa,quæ ĩ eo elaborata sunt. Sed C terra quo pacto gaudere hodie põt,cum sole orbetur,eã illustrante?cum sol adest nostro hemisphærio,cũcta lætant̃,lumine ab eo recepto,sed eo recedẽte in aliud hemisphęriũ quæ in eo sunt lætari incipient. At quæ in nostro sunt, obducũtur tenebris, & caligine atque mærore teguntur.Cũ reducta est arca Dei in Beth- 1.Re.6 sames,hoc est in domum solis,uituli uaccarum eam portantium reclusi in domo erant,& mugiebãt,quod matres recedebant,a quibus lactabantur. Hodię redu-

A citur Arca, quæ in mũdo capta erat, i cœlum domum solis. Nos vituli sumus, qui in mũdi huius domo clausi manemus, q lactabamur ab vberib. & vulnerib. Christi. Quo non mugiemus, & dolebimus?

Ostendendum nunc nobis est, quib. de causis hęc Christi domini ascẽsio conueniẽs sit Christo domino, cælesti curię, & nobis etiam, ut inde colligamus omnibus hodie communem esse lætitiam.

Primum oĩum Xp̃o dño conueniens fuit. Quia vt dicit D. Th. 3. p. q. 57. ar. 1. locus dẽt esse proportionatus locato, Xp̃s aũt per resurrectionẽ uitã immortalẽ, & incorruptibilem inchoauit: locus aũt in quo nos habitamus, est locus gñationis & corruptionis: sed locus cęlestis est locus incorruptionis. Et ideo non fuit conueniens, ꝙ Christus post resurrectionẽ maneret in terris: sed cõueniens fuit, qd ascenderet in cęlum, hæc D. Tho. Diuersa loca diuersis reb. a Deo cõcessa sunt, vt quæque res sibi conuenientem locum habeat. Hinc elementa symbola sunt, ut locus, & locatum coaptentur. Locus est etiam alius auibus, alius piscibus, alius animantibus terrestribus. Gloriosi ergo corporis locus incorruptibile cęlum est.

D. Th.

B

Conueniens ẽt hic locus erat Christo dño, eo ꝙ in mundo se deiecerat, atque humiliauerat. Qui. n. descẽdit, ipse est & qui ascẽdit, ut Paul. ait. Fontis aqua tñ iterum ascendere solet, quantum descenderat prius. Exiui a patre, & ueni in mũdum, iterũ relinquo mundũ, & vado ad patrem, loquitur fons noster Christ⁹. In statera si lanx ista deprimit̃, illa eleuat̃, & quo hæc inferior, eo illa altior erigit̃.

Eph. 4. Simile

Ioã. 15

C Ad hunc modum se habent vita pręsens & futura, quo hæc p humilitatẽ depræssior, eo futura altior est, & sublimior. In libris rõnũ solet summa, colligi totius pagine, & in fine illius collocari, & illa ipsa summa in sequentis paginæ capite collocatur. Sic cõdens Deus mundũ, sexto die hominem cõdidit, qui summa & collectio totius mundi est, & factus ipse hõ ĩ ultimo oĩum loco se posuit dicente propheta. Desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum. Ecce illũ in fine paginæ collocatum in hoc mũdo. Sit ergo in capite alterius paginæ, factus in caput anguli. Vt illud ampleat̃. In capite libri scriptũ est de me. Aequũ est, ut qui Benoni fuit, sit Beniamin, qui filius doloris, filius dexterę. Qui a tribunali in tribunal duct⁹ est, sit iudex viuorũ & mortuorũ. Cuius nomẽ irrisum & blasphematũ est, nũc adoretur, & ei genuflectat. cęlũ, & terra. Qui sub oĩum fuit pedibus qui Barabbę post habitus est, nunc super oĩa exaltetur. Impleaturque illud Pauli. Cõstituẽs illũ ad dexterã suã in cęlestib. sup oẽm principatũ, & ptãtẽ, & uirtutẽ, & dominationem, & oẽ ꝙ nominatur, nõ solũ in hoc sæculo, sed ẽt in futuro, & oĩa subiecit sub pedibus eius. En arcam Noe iactatã aquis diluuij, requiescit hodie sup mõtes Armenię. En Arcã a Philistæis captã, q̃ magna strage hostiũ facta reuertitur ad domum solis. En arcã testamenti, q̃ prius in papilionibus habitauerat, & in tentorijs; nunc in magnificẽtissimo Salomonis templo collocatur cum summo gaudio. En impletũ illud Ps. surge dñe in requiẽ tuã; tu, & arca sanctificationis tuę. Hodie audiuit peregrin⁹ nr̃ illud, ꝙ olim Iacob, reuertere in terram natiuitatis tuæ. Sũmo uero cũ gaudio reuertitur, s. n. exultauit ut gigas ad currẽdã uiã, an non exultabit uia cõsummata.

Gen. 2.

Esa. 53

A.
Ps. 39.
Ge. 35.

Act. 10

Eph. 1.

Gen. 8

1. Re. 6

B

3. Re. 8

Ps. 131

Ge. 31.

Psa. 44

Ex his uero, quę hucusq; dixim⁹, duo nobis colligenda sunt. Primum, de tanto Christo bono gaudere. Amabile qdẽ ꝓprium bonũ, & nobis delectabile ualde. Sed qñ bonum aliquid est uniuersale, nõ possumus nõ de il o gaudere. Sicut cum audimus uictoriã maximã de inimicis fidei partam. Quãtum gauderes, audiens vniuersum mundum Xp̃i fidem suscepisse? Quãtum gauderes, audiens uniuersos hoies in cœlum migraturos, nullũq; dãnandum esse? Eximia de hac re afficereris lętitia. Maiori vero affici te oportet de Xp̃i dñi gloria, quia illum plus diligere debes q̃ reliquos omnes, & eius gloria plus est, & pluris cẽsenda, q̃ reliqua oĩa: quia uero nostri amãtissimi sumus, summe de hoc gauderes, si diuina reuelatione agnosceres, eẽ te de numero electorũ fęlici, & ꝓculdubio æterna fęlicitate donandũ, tunc exultares, tunc gestires præ gaudio.

C

A gaudio. Exulta ergo nũc, & lauda magis de Christi gloria, charitate.n. teneris pl⁹ Xp̄m diligere quam te ipsum, & iō plus de eius gloria gaudere dēs, quām de tua.
Apo. 5. Audi lætantes sanctos de agni gloria, cū suam ipsorum non commemorent. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorē, & gloriam, & benedictionem. Nobis ergo similiter dicendum est, vt Ioānes continuo ait. Et omnem creaturam, quę in cęlo est, & quę super terrā, & subtus terram, & mare, & quæ in eo sunt, oēs audiui dicētes sedēti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorū.

B Secundū vero hinc colligendū nobis
Eph. 4. est illud Pauli. Qui ascēdit, ipse est, & qui descendit. Vis ascendere cum Christo, descende cum eo, humiliare, ut exaltaberis, ad hoc ille venit in mūdum, vt nobis viā nouā ascendēndi ostenderet p humilitatē, de qua re multa in primo concionum nostrarum Tomo, Dominica in Quinquagesima, in illud: ecce ascēdimus, &c.

Ostendimus Xp̄o domino conueniēs fuisse ascendere. Nunc facile ostēdemus,
Simile cœlesti ēt curiæ id cōueniens fuisse. Cum Rex maximus regnum suum reliquit, & peregrē pfectus est, re aliqua grauissima id exigente, confecta iā re, & absoluto ne
C gotio iust ī rōne regnum petet à rege, vt in curiam, & regnum suum reuertat. Descenderat Xp̄s è cœlesti curia in terram, vt hoīum regnum Pr̄i, sibiq; acquireret. Perfectum iā hoc opus est, consummata redemptio, merito cœlestis curia petit, vt in eā reuertat, (i.n. Angeli optāt, vacuas sedes impleri, potiori iure desiderant uacuā capitis sedē repleri. Plus.n. uacuum cælum est, si uacua sedes capitis est, quā si oēs sedes Angelorū: uacuę essent, est uero Xp̄s dominus nō hoīum solum caput, sed, & Angelorū, fuit vero lętissimus hic dies, & festiuus cœlo multo plus quā dies
Simile glorificationis Angelorum. Sicut.n. cum inclito Regi offert carbunculus pciosissimus, curat uel in annulo suo, uel in re altera ex auro confecta illū collocare, annulū vero vel opus aliud ex auro cōficit, ornat, & in uarias effigies efformat, ut cō veniēs locus sit carbūculi: sed cū carbunculus apponit, & coaptat loco suo, plus splēdoris pretijq; pstat, quā reliqua oīa, quę in illius ornamentum sculpta erant. A
Ita planè cælestis curiæ carbūculus Xp̄s Dn̄s est. Lucernam in cœlesti Hierusalē non uidit Ioannes. Quia agnus lucerna eius est, reliqua omnia, quę in cœlis sunt, Ap. 21
à Deo condita sunt, vt ornamentū, & locus huius carbunculi sint, & in immensum superat carbunculus hic illa oīa, un de plus cęlestē curiā ornat, perficit, atque illustrat Xp̄s Dn̄s, quam omnes Angeli, & homines. Lætissimus ergo hic dies cœlesti curię est. Hic certè est gemula carbunculi in ornamento auri. Quātum ergo splendoris, & decoris adduxerit cœlesti curię Xp̄s dominus dici non pōt. Sol B
est irradiās uniuersas stellas. Adest iā facies illa plena gratiarum, in quam desiderant angeli prospicere, in cuius circuitu, vt Ioan. ait. Iris est in circuitu sedis similis uisioni smaragdinę. Hoc autē pretiosus smaragdus singulare habet, ut oculos attente eū intuentes lętificet potius, & recreet, quam aliqua ex parte offendat, vel offuscet. Pręcipuo ergo gaudio exultauit hodie cęlestis curia rege suo suscepto. Vt ea vero, quę dicta sunt, in rigore verum contineant, attende hodie festum agi diē uniuersę Xp̄i Dn̄i glorię quam suscepit, in anima in incarnatione, in corpore, in resurrectione, quę gloria maior potiorq; est, & plus cęlestem patriam illustrans, quam gloria omnium beatorum. Apo. 4. C

Angelorum ēt gaudium in hodierna festiuitate colligere possumus ex eorū in natiuitate lætitia. Si.n. lætati sunt uidentes regem suum in bellum intrare, quā lætitia excipiēt è bello victorē reuertentē? tunc Euāgelista memoret apparuisse militiā cœlestē, qa militanti regi militia cælestis adiungit, nunc triumphatori adstāt in uestibus albis, sic.n. eos hodie apparuisse testat Lucas. Qn̄ præliū, ꝙ inter duas ciuitates, aut regna committēdum erat, ex eorum pacto cōmittit inter duos pcipuos viros, eligente ciuitate vel regno virū vnū fortissimū robore, q eius agat partes: Cū commissū bellū est inter hos duos, & alter victor euadēs ad suos reuer Luc. 2. Acto. 1 Simile

A titur reportata tum victoria, tum oĩmoda gloria,& ptãte. Quo gaudio excipitur à suis? Ingressus est Xp̃s dominus ꝑ vniuerso hoium gñe in bellum aduersus dæmonẽ,nec pro hoibus tm̃, sed vt Patr s, & angelorũ oĩum partes ageret. Victor euasit,fortẽ superauit,eius di ripuit, spolia Angelis tradidit. Quis diceet,quo gau
Iud. 13 dio ab eis excipiat? Excipit sicut Iudith
1. Reg. amputato Holofernis capite, sicut Da-
18. uid superato Goliat, porro cũ reuerteret percusso Philistæo Dauid,& ferret caput eius in Hierusalem : egressę sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel captantes chorosq; ducentes,&c. Contigit hodier-
Esa. 9. na die Angelis,illud Esaiæ. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant uictores capta præda, qñ diuidunt spolia. Seminauerant olim Ange
B li,dum hoĩes custodierant,sed nihil hucusque messuerant,triticum in horreũ cęli non congregauerant, sed nunc lætant coram Christo, tanquam in messe, quia nunc quos seruauetunt, metunt, & in cœlum ducunt nunc spolia hostium diuidunt. Summa ergo lætitia exultant.

Vidimus Christo dño,& cælesti curię cõuenire Christi ascensionem. Restat videndũ, qño nobis conueniẽs esse posfit. Et sine dubio nr̃a intereṙat,vt ascenderet ille noster est ille totus,& oĩa q̃ illi⁹ sunt, nr̃a sunt,& sicut pp nos descendit,ita,& ascendit. Et hic vr̃ congruus sensus verborum illorum,qui ascendit,ipse est, & q descendit,sicut idem est in persona,qui
Eph. 4. ascendit,& qui descendit, ita idẽ est affe-
C ctu,dulcedine, ac amore, i. quo affectu, ac dilectione descendit ad nos è cœlis, eo ascẽdit pp nos ad cœlos, nec mutauit ingenium suũ,idẽ ipse est. Hoc vero,& qui hoĩes a quib. discedit ascendens,ostẽdũt, dũ petunt eius ascensum, qui olim perie-
Psal. 7 rant aduentũ,hinc Ps. Exurge Dñe De⁹ meus in præcepto,ꝙ mandasti, & Synagoga populorũ circundabit te, & pp hãc in altũ regredere, i. Veni Dñe ad nos in charitate tua magna, q̃ dicis præceptũ est tuum. Vt diligatis inuicem sicut dilexi
Io. 15. vos. Ercũ ad nos hac tanta ostensa charitate veneris,ex vniuerso mũdo cõgregabit tibi ecclesia,cuius cã,vt ei benefacias, in altum in cælum iterũ conscende. Audi A
etiam sponsum ipsam amorẽ flagrantem sponsi,qd dicat. Vocat spõsum suum,di- Can. 2
cens,dicẽs veniat dilectus meus in hortũ suum,videt eũ veniẽtẽ,& ait. Ecce iste venit saliens in mõtib. trãsiliens colles, sed cito eum recedere petit,dicẽs. Reuertere Can. 8
similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloq; ceruorũ sup mõtes Bethel. Et iterum. Fuge dilecte mi,& assimilare capreæ hinnuloq; ceruorũ sup montes aromatũ. Quid hoc ò spõsa,nũc vocas:iã reijcias rogasti, vt veniat?iã rogas. vt redeat?certe vtrum que ei expediebat. Expediens ergo nobis ascensio Xp̃i est,hinc ille ait, expedit vobis,vt ego vadam. Hinc Apostoli reuersi sunt in Hierusalem gaudentes Xp̃o Do- Ioã. 16
mino in cælum sublato,ut Lucas ait. Act. 1.

Primo ergo nobis expedit,vt ascẽdat. Mic. 2.
quia. Ascendit pãdẽs iter ante eos,vt pro- B
pheta ait. Fuit nobis primus parens Adã, q descendit, pandens nobis iter mortis, qd ante clausũ erat. Sed scds Adã ascendit,pãdẽs iter vitę,qd clausum erat. Quia sicut in Adã oẽs moriuntur, ita in Chr̃o 1. Co. 15
oẽs viuificabuntur. Accidit aliqñ,iter in Simile
curiã impediri niue multa, q̃ in montem descendit, q in via est, tunc viatores oẽs detinent in ꝓximo castello, aut hospitio ꝓpe montẽ,donec tẽpestate cessante, viator viæ gnar⁹ iter carpit,& semitã aperit, p q̃ reliqui viatores eã sequunt,& sic pandit iter oĩbus sic vitæ æternæ iter impeditum erat pc̃tó hoĩum,nullis humanis vestigijs tritum venit Xp̃s dominus, & no- He. 10
tas fecit nobis vias vitæ, quam initiauit C
nobis viam nouã,& viuentem,per velamẽ,in carnẽ suã,vt Pau. ait. En ascendit, pandẽs iter ante nos. Sicut Iosue 3. Arca Iosue 3
testĩ ꝓcedens aperit viam per Iordanis alueũ Israel,vt ingrediat in terrã ꝓmissã.

Si ergo nobis via in cœlum aperta est per Iordanẽ,trãseamus cum Arca Dei ꝓcedente nos. Nec efficiamur similes illis qui trans Iordanem,manere voluerunt, Nu. 32
quia Pascua vberrima gregibus repererunt,an nõ his similes plures hodie reperies, qui in hoc sæculo neq̃ ꝑpetuo manere vellẽt,si posset, qm̃ sentib. brutis delectationes inueniunt. Ascendit ergo Chri- De. 32.
stus,ut aquila ꝓuocãs, ad uolãdũ pullos suos,

A suos,& sup eos volitãs,vt nos post se trahat,sicut Magnes facit ferrũ ascẽdere,hęc
Pro.30 est via illa aqlæ ĩ cęlo, q̃ se ignorare Sa-
Iob 39. lomõ ait,eã uerò explicat Iob dicẽs,ad pceptũ tuum eleuabitur aquila, & ponet in arduis nidũ suũ,vbi rex est,& curia ẽ, Xps rex in cęlum transmigrauit, sic de curia dici uolumus,illuc corda nr̃a trãsferamus,vt conuersatio nr̃a in cęlis sit, alias namq; de terra terreni dicemur.

Scdò,nobis expedit hæc Xpi ascẽsio, & de ea nobis gaudẽdũ est Qm̃ spes nobis magna dat cõsequẽdi id,qd caput nostrũ possidet, sine mẽbris.n. caput nõ erit,& quo caput pcessit,mẽbra sequent.
Eph.2. Qua rõne Paulus ait, q conresuscitauit
B nos,& consedere nos fecit,in cęlestib.in Xpo,iã.n.quasi in cœlestib.sumus,dũ ca-
Simile put nr̃m ibi est.Cũ debita pportio, mẽbrorũ in corpore est,si caput intrat pforamen aliqd, vniuersum corpus intrare põt.Iã ergo caput nr̃ũ cęlos penetrauit,si mẽbra ei apta,& cõueniẽtia fuerimus, itrabimus illuc,& nos hñtes ergo põtificẽ, q penetrauit cęlos, Iesũ, teneamus
Heb.4 spei nr̃æ cõfessionẽ,ut Paul.ait. Cũ clas-
Simile sis in mari periclitat,si uideat,nauẽ aliq̃ portũ conscendisse,resumunt uires reliquæ,sperantes ẽt,eundẽ portũ se cõsecuturas,& milites videntes ducẽ murũ cõscendisse inimicorũ,& arcẽ possidere ciuitatis,licet illi ĩ cãpo sint,sperãt,se illuc peruenturos.Ois aũt, q habet hanc spẽ, sanctificat se,sicut ille sanctus est,vt Io-
1.Io.3. annes ait,accendamur ergo ad pugnam, uiriliter agamus fortes in fide.

Tertiò expediebat nobis Xpi ascẽsio,
C vt ĩ cęlo nobis esset aduocatus,q cãs nostras cũ pře ageret uniuersas. Hinc Pau. Nõ.n.ĩ manufactis sctũs Iesus introiuit
Heb.9 exẽplaria verorũ,sed ĩ ipsũ cęlũ, ut appareat nũc uultui Dei p nobis,& Ioan. Si
1.Io.2. qs peccauerit,aduocatũ hẽmus apud Patre Iesũ Xpm iustũ,& ipse est ppitiatio p pctis nr̃is. O mirabile aduocati patrociniũ,ĩ quo aduocatus iꝰ tribuit cliẽti, & q nõ hẽt ih negotio suo iustitiã,ille pstat, verã,& inhærentẽ. Nõ tales hodie hoïb. aduocati esse solent. Ius.n. cliẽti tribuit nullus, & plures in curia sua ius, quod cliẽs hẽt,defendere nesciũt. At Xpi dñs aduocatus,hoïum sic ait. Si iustꝰ õ hõ es, si ius hẽs ĩ regnũ cęlorũ,ego iꝰ addã, ego iustificabo amplius,si ius nõ hẽs,ego dabo,ne cã excidat. Mirabilis pfecto aduocatus,ppquẽ,dicere possumus illud Pau
li.Si Deꝰ pro nobis,quis cõtra nos. Quis Ro.8.
accusabit aduersus electos Dei? Deus q iustificat, qs est,q cõdẽnet? Xps Iesus q mortuus est,imò q & resurrexit,q & est ad dexterã Dei q ẽt interpellat pro nobis. Sũma hinc nobis fiducia est. Est.n.causę nr̃ę aduocatꝰ, q postea futurꝰ est iudex. Cuius cã cadit,si talẽ habuerit patronũ? Quid nõ obtinebimus a Patre tanto mediatore? cui de iustitia debita exauditio ẽ.
Exauditꝰ ẽ p sua reuerẽtia. Si cõspiceres Heb.5
nũc, aptis cęlis, uniuersã cęlestẽ curiã pte orantẽ,& cãm tuã agentẽ,q̃ta tibi fidu
cia esset? Sed hoc nihil est,si cum Xpo ad B
uocato cõferat. Potẽtior multo ille solus
est,q̃ vniuersa cęlestis curia. Hic Ps. Pro Ps.31.
hac orabit ad te oïs sanctus in tpe opportuno. Verũtamẽ in diluuio aquarũ multarũ ad eũ nõ approximabunt. Q.d. Sancti orant, ut nobis diuinam impetrent miam,sed in tpe opportuno. Sed cũ Deũ maxime iratum vident pp peccatorũ diluuiũ,non audent petere. Hinc Noe nõ orat,ne diluuio desolet terra, & dñs ait.
Si steterint Moyses,& Samuel corã me,
non exaudiã eos. Sed non eo tpe diffidet Hie.5.
homo? Nequaquam,ideo subdit Psa. Tu es refugium meũ a tribulatione, quæ circundedit me,i. Deserentibus omnib.sanctis,cum illi petere non audent,ad te cõfugiam. Tibi.n.omne tempus opportunum est, cui semper exauditio debetur,
cui merita tanta sunt,ut nulla possint so C
lutione uacuari, quia infinita sunt.

Quarto expediebat nobis Chři ascen
sio,ut impleret illud quod ipse dixit. Va- Io.14.
do parare uobis locũ,& si abiero,& præparauero uobis locũ,iterum uenio,& accipiam uos ad me ipsum,ut ubi sum ego, & uos sitis. Quẽadmodum.n.regni Hispaniæ Præses ẽ sublimi ea dignitate cõ-
spicit vniuersa officia, ac munera opti- Simile
ma,q̃ in regno sunt, & uocat cõsanguineos,ac notos,ut illos exaltet,inter eos pclara munera distribuens, at dignitates præstãs, ita Xps dñs sedẽs a dextris Dei

vacuas

A vacuas angelorũ sedes cōspiciens, in eas homines disponit grã sua,& illos dignos effectos ad eas assumit, vnũquemq; collocās in ea sede, q̃ illi apta est. Hác olim po
Ge.37. testaté concessit Pharao Iosepho in terra Aegypti, dicens: Terra Aegypti in cōspectu tuo est, ĩ optimo loco fac habitare fratres tuos,& trade eis terrã Gesse. Qđ statim Ioseph fecit. Hanc vero traditã Christo dño potestaté a patre ĩ cęlesti regno,
Mat.vltim. ostēdit ipse dicens. Data est mihi omnis potestas in cęlo,& in terra, vt regna illa fratribus distribuat. Dicit vero Xp̃s dñs se ire, ad præparandũ hunc locum, quia morte, resurrectione,& ascēsione sua cęli iter clausum aperuit, & in cœlesti regno
B cōsistens misit Spũm S. quo discipulos, & fideles dignos effecit sedib cęlestibus.
Simile Sed nunc interrogo. Si nũc pauper esset,& exulās, qui hæc audiret frater tuus Hispanię rex factus est Vocatq; te, vt cũ illo regnes, ut partē maximã regni sui tibi largiat. Nũ hoc nũciũ negligeret? Nũ in Hispaniã non properaret? Audi ergo miser,& ærumnosus hõ. Frater tuus, primogenitus in multis fratribus, cœli culmina tenet. Vocat te, vt cũ illo regnes, an vocationé hanc negliges? Videte vocationē vestrã fratres, in regnum ęternum vocati sumus, vt vbi Christus est, & nos simus. Raptus in cęlũ Elias erat, & cũ filij
C Prophetarum vellēt eũ q̃rere, ait Eliseus,
4.Re.2 nolite mittere. Non sic nos dicamus de Christo nostro, sed potius cum in cęlum conscenderit, quęramus cum, dicamusq;
Can.5. Ecclesiæ, quod spōsæ sodales aiunt. Quo abiit dilectus tuus ò pulcherrima mulierum, quo abijt dilectus tuus, quæremus eum tecum? Qm̃ abijt dilectus ex dilecto Christus dñs? Dilectus, ait, meus abijt in hortum, vt lilia colligat, in cælum migrauit, vt martyrum lilia, rosas virginũ, flores confessorum decerpat. Quæramus ergo nos illum, in cœlum migremus, vt eũ inueniamus, implentes illud, quod nunc Ecclesia orat. Vt qui hodierna die vnigenitũ tuum ad cælos ascendisse uidimus, ipsi quoque mente in cœlestibus habitemus. Cōuersatio ergo nostra in cælis sit. Illic thesaurus noster est, illic & cor nr̃m sit, illuc oculi,& desideria dirigantur.

IN ASCENSIONE CHRISTI. A
Sermo Secundus.

The. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, Mar. vltim.

DE conuenientia Ascensionis Christi Dñi, ratio est dubitandi, postquã. n. Deus uiscera misericordiæ, ac dilectionis mundo ostendit,& hæc infinita, omne illud, qđ non tantã Dei erga nos beniuolētiã, ac amorem ostendit, non æque cōueniens,& opportunũ esse uidet, huiusmodi uero Christi Dñi ascensio apparet. Ex parte quidē patris, qui dedit nobis filium suum, cũ nunc eũ ad se assumat, uidet donationē reuocare, & donũ ab ingratis re- B petere. Et sicut donatio signũ fuit sũmi amoris, dicēte filio. Sic Deus dilexit mũdũ, ut filiũ suum unigenitũ daret: ita sub- Ioan.3 tractio filij a nobis irę signũ esse videtur, nec sine magno incōmodo uniuersi id fieri posse apparet. Si.n. nunc ab Hispania Simile tolleret uniuersum aurũ, & argentũ, qđ ex Indis ad eã uenit, vt in Indiã iterũ deferretur, misera, ac pauper Hispania maneret. Si repeteret mare a terra vniuersa flumina, quæ ex illo proficiscunt, & emanant, vt irrigent superficiē terrę, arida, et misera terra relinqueret, q̃ illis irrigata Gen.2. aquis fæcundat. Fons ille, qui egrediebat C de loco voluptatis, ad irrigãdum uniuersam superficiem terræ, Christus dñs est, Ioã. 15 qui exiuit à patre, & uenit in mundum, Ecc.24 sed nunc iterum relinquo mũdum,& vado ad patrē: ipsemet ait, aridus mundus erit, hmõi irrigationibus destitutus. Tu Dñe dixisti, ego sapientia effudi flumina, ego quasi trames aquę immensæ, ego quasi fluuius Dorix: ego quasi aq̃ ductus exiui de paradiso, dixi, rigabo hortũ plantationum mearum, & inebriabo partus mei fructum: erit ergo nunc mundus absque te, quasi hortus sine aqua.

Auget vero dubitandi rõnem dictum Ro. 12 illud Pauli. Sine pœnitentia sunt dona Dei, qua ergo ratione donum, quod mũdo dedit, nunc repetit?

Ex parte ēt filij nõ tm̃ uidetur in ecclesiam dilectionem ostēdere, cum ab ea discedit

A scedit. Cum.n. sponsa præcipuè desideret spõsi sui pñtiam, Ecclesia Chri sponsa hanc super oẽs sponsas cupit, & exoptat, & merito, quia in eo uno oĩa habet. Vñ ait. Dilectus meus mihi, & ego illi.
Cãt. 1. Et iterum. Quid mihi est in cœlo, & à te
Ps. 72. quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Qua ergo rõne ò sponse dulcissime ecclesia relicta in terra, in cœlum ascendis? an nõ melius, dulciusq; esset, nobiscum manere usq; in cõsummationẽ sæculi, nos regere, nos docere, & tũc demum, assumpta vniuersa ecclesia tecum, in cęlum cõscendere? Te pñte, ac cõsolatore oĩa tormenta, ac persecutiones facile ecclesia tolleraret, in tribulationibus, & tentationi
B bus non deficeret in omni scrupulo ad te confugeret. O diuine pastor, qui ouẽ errantem uenisti quęrere, qũo eam inter crudelissimas bestias relinquis, & tu ad cęlestia tutus nigras? an nõ rectius foret, in humeros imponere, tecũq; deportare? Hanc querelam proponit propheta
Hie. 14 Chro Dño, dicẽs. Quare sicut colonꝰ futurus es in terra, & sicut uiator declinãs ad manendũ? q verba Vatablus in hũc modum vertit, Saluator Israel cur fieres vt peregrinus in terra, & sicut uiator, q ad pernoctandũ diuertit? quo loco Hie-
Hero. ronymus ait, hæc uerba nostri de futura Christi dispensatione dici putãt: quod futurus sit peregrinus in terra, & paruo tẽpore terręnu suis hospitio, & quasi vir p transiens, ac robustus. Quasi ergo pphe ta dicit, Ciuẽ te volebamus, non colonũ
C nobiscum commorantẽ, non uiatorem tam cito transeuntem. Quam transitus velocitatem explicat Ps. exultauit ut gigas ad currendam viam. Has dubitan-
Ps. 18. di rõnes preuiderat Christus Dominus. Et ideo multis verbis cum discipulis egit de conuenientia sui discessus, & ostẽdit, quod sicut accessus ex amore processit, ita & discessus, & proximus his Dominicis Euangelia proposuit nobis Ecclesia, in quibus de hac re agitur.

Ostendendũ nobis est, Chro Dño, & nobis conuenientẽ eẽ eius ascensum. Et de Christo id facile patet. Si. n. de aliqui
Heb. ii bus sanctorum Pau. ait. Quib. dignus non erat mundus, qd diceret de sancto A
sanctorũ? Corpus quidẽ illius, licet vere humanũ esset, non cęleste, sed in multis cæleste, imo diuinũ erat, qa Deo hypostaticè vnitũ. Vñ à tota natura sursũ pelleret, qa tanq̃ diuinũ sup oĩa corpora esse oportebat. Hunc.n. ordinẽ elementa inter se seruãt, vt inferius locũ capiat inferiorẽ, & superius eleuet super se, aqua descẽdit, & sursũ eleuat aerẽ. Vñ si pars cęli à Deo scinderet, & in terrã pijceret, à tota natura sursũ pellet. Sic oĩs creatura se subdit diuino corpori, & sub eius pedib. se collocat. Hic Ps. Cęlũ cęli dño. Ps. 113
Et Pau. Ascẽdit sup oẽs cęlos Et oĩa subiecit sub pedib. eiꝰ. Et tãtæ qdẽ Christi Eph. 1
Dñi humanitati tanta rñdere debuit exaltatio. Sic accipiendum est illud Apoc. B
Ego sum primus, & nouissimus, Alpha, & ω. Id est. Sum primus quia fui Apo. 1.
nouissimus virorũ, qa sup oẽs deiectus, super oĩa exaltatus. Impletumq; in Christo Dño est illud Esaiæ. Reuersus est sol Esa. 38
decẽ lineis per gradus, quos descẽderat. Sol iustitiæ Christus in horologio huiꝰ mundi lineis decẽ, dũ minoratus ab Angelis in incarnatione, nouẽ lineis descẽderat, pp nouẽ Angelorũ ordines. Sed Esa. 53
in passione 10. descendit linea, factus nouissimus virorũ. Nunc ergo perfecta hominis salute, ac cõsummata, rursum abscendit sol decem illis lineis, exaltatus super oẽs hoĩes, & Angelos. Quia gloriã Pro. 15.
præcedit humilitas, ut Sapiens ait.

Nobis uerò conueniens Christi Dñi ascẽsio fuit. Primo in fidei, spei, & chari C
tatis augmentũ. Fides qdẽ aucta in nobis est, dũ de illis sumus, de qb. Dñs ait Beati, q non viderunt, & crediderunt, &
Petr. In quem nunc quoq; nõ uidentes Io. 20.
creditis. Cum.n. fides sit de nõ uisis, quo 1. Pe. 1
minus res aliqua vr, eo fides in illã maior est: vt ergo auctior fides ecclesiæ eẽt, ablatus ab ea spõsus est. Vt sicut Abrahã credidit Deo, & exiit nesciẽs, quo iret ita nos credamus eũ, quẽ non vidimus.
Spes ẽt nr̃a mirũ in modũ aucta ẽ Chri Heb. 11
st ascensione, Christus.n. Dñs in caput & exẽplar hominib. datus est, quẽ in oĩbus imitemur: vnde sicut passioni eiꝰ debemus conformari, ita resurrectioni, &
ascen-

A vacuas angelorū sedes cōspiciens, in eas homines disponit grā sua, & illos dignos effectos ad eas assumit, vnūquemq; collocās in ea sede, q̄ illi apta est. Hāc olim po
Ge. 37. testatē concessit Pharao Iosepho in terra Aegypti, dicens: Terra Aegypti in cōspectu tuo est, ī optimo loco fac habitare fratres tuos, & trade eis terrā Gesse. Qd' ita tum Ioseph fecit. Hanc vero traditā Christo dn̄o potestatē a patre ī cęlesti regno,
Mar. vltim. ostēdit ipse dicens. Data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terra, vt regna illa fratribus distribuat. Dicit vero X̄ps dn̄s se ire, ad præparandū hunc locum, quia morte, resurrectione, & ascēsione sua cęli iter clausum aperuit, & in cœlesti regno
B cōsistens misit Spūm S. quo discipulos, & fideles dignos effecit sedib cęlestibus.
Simile Sed nunc interrogo. Si nūc pauper esset, & exulās, qui hæc audiret frater tuus Hispanię rex factus est Vocatq; te, vt cū illo regnes, ut partē maximā regni sui tibi largiat. Nū hoc nūciū negligeret? Nū in Hispaniā non properaret? Audi ergo miser, & ærumnosus hō. Frater tuus, primogenitus in multis fratribus, cœli culmina tenet. Vocat te, vt cū illo regnes, an vocationē hanc negliges? Videte vocationē vestrā fratres, in regnum ęternum vocati sumus, vt vbi Christus est, & nos simus. Raptus in cęlū Elias erat, & cū filij
C Prophetarum vellētē qrere, ait Eliseus,
4. Re. 2 nolite mittere. Non sic nos dicamus de Christo nostro, sed potius cum in cęlum conscenderit, quęramus eum, dicamusq;
Can. 5. Ecclesiæ, quod spōsæ sodales aiunt. Quo abiit dilectus tuus ò pulcherrima mulierum, quo abijt dilectus tuus, quæremus eum tecum? Qm̄ abijt dilectus ex dilecto Christus dn̄s? Dilectus, ait, meus abijt in hortum, vt lilia colligat, in cælum migrauit, vt martyrum lilia, rosas virginū, flores confessorum decerpat. Quæramus ergo nos illum, in cœlum migremus, vt eū inueniamus, implentes illud, quod nunc Ecclesia orat. Vt qui hodierna die vnigenitū tuum ad cælos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cœlestibus habitemus. Cōuersatio ergo nostra in cælis sit. Illic thesaurus noster est, illic & cor nr̄m sit, illuc oculi, & desideria dirigantur.

IN ASCENSIONE CHRISTI. A
Sermo Secundus.

The. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, Mar. vltim.

DE conuenientia Ascensionis Christi Dn̄i, ratio est dubitandi, postquā. n. Deus uiscera misericordiæ, ac dilectionis mundo ostendit, & hæc infinita, omne illud, qd' non ta ntā Dei erga nos beniuolētiā, ac amorem ostendit, non æque cōueniens, & opportunū esse uidet, huiusmodi uero Christi Dn̄i ascensio apparet. Ex parte quidē patris, qui dedit nobis filium suum, cū nunc eū ad se assumat, uidet' do- B
natione reuocare, & donū ab ingratis repetere. Et sicut donatio signū fuit sūmi amoris, dicēte filio. Sic Deus dilexit mūdū, ut filiū suum unigenitū daret: ita sub- Ioan. 3
tractio filij a nobis irę signū esse videtur, nec sine magno incōmodo uniuersi id fieri posse apparet. Si. n. nunc ab Hispania Simile
tolleret uniuersum aurū, & argentū, qd' ex Indis ad eā uenit, vt in Indiā iterū deferretur, misera, ac pauper Hispania maneret. Si repeteret mare a terra vniuersa flumina, quæ ex illo proficiscunt, & emanant, vt irrigent superficiē terrę, arida, et misera terra relinqueret, q̄ illis irrigata Gen. 2.
aquis fœcundat. Fons ille, qui egrediebat' C
de loco voluptatis, ad irrigādum uniuersam superficiem terræ, Christus dn̄s est. Ioā. 15
qui exiuit à patre, & uenit in mundum, Ecc. 24
sed nunc iterum relinquo mūdum, & vado ad patrē: ipsemet ait, aridus mundus erit, hmōi irrigationibus destitutus. Tu Dn̄e dixisti, ego sapientia effudi flumina, ego quasi trames aquę immensæ, ego quasi fluuius Dorix: ego quasi aq̄ ductus exiui de paradiso, dixi, rigabo hortū plantationum meatum, & inebriabo partus mei fructum: erit ergo nunc mundus absque te, quasi hortus sine aqua.

Auget vero dubitandi rōnem dictum Ro. 12
illud Pauli. Sine pœnitentia sunt dona Dei, qua ergo ratione donum, quod mūdo dedit, nunc repetit?

Ex parte ēt filij nō tm̄ uidetur in ecclesiam dilectionem ostēdere, cum ab ea dis-
scedit

A scedit. Cum.n. sponsa præcipuè desideret spōsi sui pñtiam, Ecclesia Chri sponsa hanc super oēs sponsas cupit, & exoptat, & merito, quia in eo uno oïa habet. Vñ ait. Dilectus meus mihi, & ego illi.
Cāt. 1. Et iterum. Quid mihi est in cœlo, & à te
Ps. 72. quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Qua ergo rōne ò sponse dulcissime ecclesia relicta in terra, in cœlum ascendis? an nō melius, dulciusq; esset, nobiscum manere usq; in cōsummationē sæculi, nos regere, nos docere, & tūc demum, assumpta vniuersa ecclesia tecum, in cęlum cōscendere? Te pñte, ac cōsolatore oïa tormenta, ac persecutiones facile ecclesia tolerarer, in tribulationibus, & tentationi
B bus non deficeret in omni scrupulo ad te confugeret. O diuine pastor, qui ouē errantem uenisti quęrere, qūo eam inter crudelissimas bestias relinquis, & tu ad cęlestia tutus migras? an nō rectius foret, in humeros imponere, tecūq; deportare? Hanc querelam proponit propheta
Hie. 14 Chro Dño, dicēs. Quare sicut colon⁹ futurus es in terra, & sicut uiator declinās ad m[illegible]nendū? q verba Vatablus in hūc modum vertit, Saluator Israel cur fieres vt peregrinus in terra, & sicut uiator, q ad pernoctandū diuertit? quo loco Hie-
Hero. ronymus ait, hæc uerba nostri de futura Christi dispensatione dici putāt: quod futurus sit peregrinus in terra, & paruo tēpore terrę usurus hospitio, & quasi vir p transiens, ac robustus. Quasi ergo pphet[a] dicit, Ciuē te volebamus, non colonū
C nobiscum commorantē, non uiatorem tam cito transeuntem. Quam transitus velocitatem explicat Ps. exultauit ut gigas ad currendam viam. Has dubitan-
Ps. 18. di rōnes preuiderat Christus Dominus. Et ideo multis verbis cum discipulis egit de conuenientia sui discessus, & ostēdit, quod sicut accessus ex amore processit, ita & discessus, & proximis his Dominicis Euangelia proposuit nobis Ecclesia, in quibus de hac re agitur.

Ostendendū nobis est, Chro Dño, & nobis conuenientē eē eius ascensum. Et de Christo id facile patet. Si. n. de aliqui
Heb. 11 bus sanctorum Pau. ait. Quib. dignus non erat mundus, qd diceret de sancto A sanctorū? Corpus quidē illius, licet vere humanū esset, non cęleste, sed in multis cæleste, imo diuinū erat, qa Deo hypostaticè vnitū. Vñ à tota natura sursū pelleret, qa tanq̄ diuinū sup oïa corpora esse oportebat. Hunc.n. ordinē elementa inter se seruāt, vt inferius locū capiat inferiorē, & superius eleuet super se, aqua descēdit, & sursū eleuat aerē. Vñ si pars cęli à Deo scinderet, & in terrā pijceret, à tota natura sursū pellet. Sic oïs creatura se subdit diuino corpori, & sub eius pedib. se collocat. Hic Ps. Cęlū cęli dño. Ps. 113
Et Pau. Ascēdit sup oēs cęlos. Et oïa subiecit sub pedib. ei⁹. Et tātæ qdē Christi Eph. 1
Dñi humanitati tanta rñdere debuit exaltatio. Sic accipiendum est illud Apoc. B
Ego sum primus, & nouissimus, Alpha, & ω. Id est. Sum primus quia fui Apo. 1.
nouissimus virorū, qa sup oēs deiectus, super oïa exaltatus. Impletumq; in Christo Dño est illud Esaiæ. Reuersus est sol Esa. 38
decē lineis per gradus, quos descēderat. Sol iustitiæ Christus in horologio hui⁹ mundi lineis decē, dū minoratus ab Angelis in incarnatione, nouē lineis descēderat, pp nouē Angelorū ordines. Sed Esa. 53
in passione 10. descendit linea, factus nouissimus virorū. Nunc ergo perfecta hominis salute, ac cōsummata, rursum abscendit sol decem illis lineis, exaltatus Pro. 15.
super oēs hoïes, & Angelos. Quia gloriā præcedit humilitas, ut Sapiens ait.

Nobis uerò conueniens Christi Dñi ascēsio fuit. Primo in fidei, spei, & charitatis augmentū. Fides qdē aucta in no- C
bis est, dū de illis sumus, de qb. Dñs ait Beati, q non viderunt, & crediderunt, & Io. 20.
Petr. In quem nunc quoq; nō uidentes 1. Pe. 1
creditis. Cum.n. fides sit de nō uisis, quominus res aliqua vr, eo fides in illā maior est: vt ergo auctior fides ecclesiæ eēt, ablatus ab ea spōsus est. Vt sicut Abrahā credidit Deo, & exiit nesciēs, quo iret ita nos credamus eū, quē non vidimus. Spes ēt nr̄a mirū in modū aucta ē Chri Heb. 11
sti ascensione, Christus.n. Dñs in caput & exēplar hominib. datus est, quē in oïbus imitemur: vnde sicut passioni ei⁹ debemus conformari, ita resurrectioni, & ascen-

A ascensioni, vt oīa, q̄ in exēplari sunt, imitemur. Qui ergo cernimus Chri corpus sup cęlos exaltari, speremus, corpora ēt nr̄a exaltanda fore. Resurrectionē mortuorum aliqui ex philosophis suspicati sunt pp desiderium animæ implendum, quo naturaliter corpori optat vniri. Sed ascensum corporis sup cęlos, nullus philosophorum vel à longe assecutus est.

Cum tn̄ rōne naturali manuduci ad id possimus. Corpus.n. aī instrm̄ fuit in operib. virtutis, & iō præmio maximo donandū est, & altius efferendum q̄ sol, aut luna. Et cū socius fuerit aīo ad virtutem, oportet sit ēt præmij socius. Et cum solus Deus dignum virtuti pręmium cōferre possit, Dei opere illud corpori tri- B buendū erat. Quid ergo mirum, si dicamus, à Deo concedi corpori humano, ꝙ soli lunæq; concessis, cum tāto sit digni⁹ atq; excellentius, & in opere virtutū se exercuerit? vt ergo hanc corporis sublimitatem speremus, ascendit hodie Christus Dn̄s coram multis, ut impleat illud Ps. 76. Psal. uiderunt, ingressus tuos Deus ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto, hoc etenim viso, spes nr̄a roborat.

Sed libet, paruū in hac re cōsistere, dulcissima.n. hoī est. Prona etenim cū spectent aīalia cętera terrā, os homini sublime dedit, cęlūq; videre iussit, & erectos ad sidera tollere vultus, certe ut habitationem illam optaret, expectaret, & q̄reret, quę nos expectat, nobis cōdita à Deo est, & uacua est donec in eā ueniamus. C Si in desertum locum secedens, domum Simile inuenires regiam suprema elaboratam arte, oībus refertam bonis, & illam solam inuenires, sine ullo homine, doleres tantam domum sine habitatore esse, ac diceres, sine dubio tanta domus aliquē expectat principem, qui eam inhabitet. Sic inspectat cœlorum pulchritudine, ac magnitudine, agnoscimus, domum tātam sine habitatore, non futuram. Inspice inferiorem hunc mundum, innumeris ornatū reb. si eum sine hoīe uideres, an non solus tibi appareret? Nec satis esset. Angelos hic esse, qa illi proprie in loco nō sunt, & sine loco plerūq; sunt, nec loco indigent, & corporalia corporalibus coaptant, & queadmodū oculus co- A lores optat, auditus voces, gustus sapores, ita colores voces, sapores in oculos, aures est gust⁹ ordinati sunt. Si ergo mūdus hic breuis, & minimus sine hoīe habitāte solus esset, & otiosus, q̄to magis regia cęlorū domus, q̄ magnitudine ita terrā excedit, vt hæc punctū dicatā philosophis, & sicut magnitudine, ita excellētia superat uniuersa terrena, vt D. Tho. D. Th. ait? Inardescit aīus tanta domo visa, & Ps. 83. ait q̄ dilecta tabernacula tua Dn̄e virtutū, concupiscit, & deficit aīa mea in atria Baruc Dn̄i. O Israel q̄ magna est dom⁹ dn̄i, & 3. q̄ ingens locus possessionis eius: domus magnitudo oñdit dignitatē iusti inhabitatoris illius, nec.n. infimo de plebe do- B mus magna construitur. Hanc cęlestem domum, hoc habitaculum nō manufactum ingreditur hodie caput nostrum, ut nos illud ingredi speremus. Etiam si pauper, & abiectus uideare, si iustus es, cœlū penetrabis, stellas calcabis, inter Angelos sedebis, o dulcissimū hoī nūciū

Sed qm̄ hodie Xp̄i gl'ā celebramus, & nr̄am, in hac re diutius immoremur. Nec immerito, etenim sicut legis ueteris p̄dicatio fuit terror, minæ, flagella, ita Euāgelij p̄dicatio ꝓpria, ac cōueniēs est Dei misericordia, magnitudo bonorum q̄ nos ī cęlo expectat. Veteri legi timor, & pęna, nouæ verò amor, & gloria conueniūt. Et qm̄ tibi cor filii nō est, sed serui, ideo indiges p̄dicatione terribiliū, dicamus ergo nūc aliqd, ꝙ gratiā deceat, ꝙ ad filios pertineat, quod dulce sit.

Quid nā in patria illa beata parauit C nobis p̄r? q̄ in ea bona seruata sū nobis? Dic tu potius mihi, quænā desideras, q̄ vis ibi esse? vis amplā domū? cœlū dom⁹ tua erit, vis illustres socios? Angeli, & sācti tibi adiungentur, placet tibi sensuum delectatio, oīs ibi sensus delectabit', qd desideras? dilata os tuum, & implebo illud. Ibi uniuersa bona, & uera bona sūt quid in terris ea quæris? nō hic sunt, sed Ps. 80. in cęlo. Qd si in terra ea quæras, si'lis factus est catello, qui cū umbra, iocat', credens uerū aliquid vmbrā esse, cum nihil sit. Putas honores, voluptatē, & diuitias vera bona esse, nec tamen sunt, sed vm- Sap. 5. bra

A bra potius. Oia velut vmbra transierũt, impij aiunt. Satiari, aut ditescere vmbra non potes: vera ergo delectatio, & vera bona corpori in cœlo seruata sunt.

Sed hæc, q̃ diximus parua sunt, hęc.n. q̃ corpus respiciunt, sub mẽsa Dei sunt, non sup men sam, hæc.n. corporalia non gustat Deus, cib. illius nequaq̃ sunt: quid ergo ille cibus erit, q̃ sup Dei mẽsam est q̃ pcipuus cibus cęli est? de quo Saluator
Lu. 21. ait. Ego dispono vobis regnũ, ut edatis, & bibatis supra mensam meam ĩ regno
Iud. 1. meo. nõ ait sub mensa mea, vt Adonibezec reges tenebat, sed super mensã meã, ĩ eadẽ inqt, mensa sedebimus ego, & spõsa mea, eodẽ cibo pascemus. Sed dñe quo cibo tu pasceris? cib. Dei Deus est, vidẽs
B & diligens, fruens se pascitur Deus, idẽ tibi cib. erit, videbis Deũ, diliges eũ, frueris illo. Eo diuina largitas in hoĩes pcessit, ut non satis illi fuerit oĩa creata dedisse, nisi, & seipsum daret, tunc reuelabit faciẽ suã nobis, faciem plenã gratiarũ, ut eã uideamus, nõ p speciẽ creatã, sed se ipsa. Reliqua oĩa uidere possumus p speciẽ aliã à re q̃ uidemus, Deus verò sic videri clare nõ põt, sed seipso tãq̃ specie. Prætere a verbũ illud, sup mẽsã meã, aliud nobis inuenit cõsiderõne dignũ. In cœlesti regno charitas in Deũ, & amicitiæ dilectio ardet, & supremã lineã tangit. Hinc
Es. 31. propheta ait Dixit dñs, cuius ignis ẽ in Sion, & caminus in Ierusalẽ, Siõ speculã sonat, & Ecclĩã signat, in qua ignis est charitatis ut impleat illud, Ignis in altari meo sp ardebit, attñ caminus, q̃ ignẽ
Deu. 6 maximũ sonat, in Ierusalẽ est, ĩ uisione illa pacis, in cęlesti Ierusalẽ, q̃ sursũ est,
C q̃ est mr nřa. Cũ.n. beati diuinã bonitatẽ, infinitãq; illã pulchritudinẽ intuent, sic in amorẽ Dei rapiunt, ut caminus in corde illorũ accendat, & pro cõnnumera paterẽt tormẽta, si oporteret, & si Deo vel minimũ boni addere possẽt, se ipsos in nihilũ uerterẽt, ut id pstarent. Et tãto Deũ prosequunt amore, ut eorũ pcipuũ gaudiũ nõ sit ex eo, q̃ illi Deũ possident, Deoq; fruunt, sed potius ex eo q̃ uident Deũ infinita pditũ gloria, & bonitate, licet.n. beati sibi ipsis desiderẽt gĺiam, magnitudinẽ, & gaudiũ, sed pcipue hęc oĩa desiderã Deo suo, cui optãt infinita bo- A
na, cũq; beatus videat, illa in Deo esse, & oĩa, q̃ ei desiderare poterat. Deũ possidere, gaudet de hac re ampli⁹, q̃ de sua beatitudine. Et sic fit, ut beati sup mensam Dei sedeã, cũ pcipuus eorũ cib. pcipuum que gaudiũ sit, de Dei gloria, ac de eius gaudio, Dei ergo cibo, & Dei gaudio pascuntur, & hic est sensus illius Xpi dñi sñiæ. Intra in gaudium Dñi tui, non so- Matt. 25.
lũ q̃a Deũ videt btũs, & eo fruit, sed q̃a sicut Deus gaudet de bono suo, & gĺia sua, ita btũs pcipue lætatur de Dei gaudio, atq; gloria. Hæc gloria btĩ est super oẽm gloriã, paradisus super oẽm paradisum, dũ Deũ diligũt pp se ipsum, & seipsos, & reliqua oĩa pp Deum sũme dilectum. De qua re Propheta ait. Pars mea B
Dñs, dixit aĩa mea, ppea expectabo eũ. In illa die erit Dñs exercituũ corona glorię, & sertum exultationis iis, qui saluati fuerint ex Israel, quia gloria Dei eorũ ẽ corona. Qui ad tantã mensam vocati estis, ad tm inuitati cõuiuiũ, vt q̃d uanitatib. mundi huius satiari uultis? De⁹ cib. tuus erit, ieiuna ergo nunc aĩa Deo implenda, ut quid luto nunc impleatur.

Si hac uiua spe pditus esses, qua tanto bono frui sperares, nihil vana, & caduca mundi huius duceres, diuitias cõtẽneres dicens. Diues ero ĩ æternũ cũ Deo meo, laboribus ñ fatigareris, dicens. Requies opulenta, & æterna mihi seruata est. Audisti patientiam Iob? Perijt vniuersa illius subĩa, & cõmotus nõ est, sed ait. dñs dedit, dñs abstulit, &c. Tibi perit parum subĩæ, & sustinere non uales. Perierunt vniuersi filij Iob, & nihil stultum cõtra C
Deũ locutus est, tu unius filij mortẽ sustinere non uales, in corpore vniuerso ille plagas sustinuit, donec saniẽ testa raderet in sterquilinio, & patiẽter sustinuit, & Deũ bñdixit. Obsecro Iob, nobis dicito q̃d cogitabas, ut tãta patiẽter sustineres. Scio, ait, q̃d redẽptor meus uiuit, & ĩ nouissimo die de terra surrectur⁹ sũ, & rursũ circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ Saluat. meũ. Reposita ẽ hæc spes mea ĩ sinu meo. En firmã spei anchorã, quã ĩ tot fluctib. maris nauis iactata nõ ẽ. Hinc Paulus, In quo abũ- Heb. 6
tius

A tius uolẽs Deus ostendere pollicitationẽ hæredib. immobilitatem cõsilii sui inter posuit iusiurãdũ, ut per duas res immobiles, quib. impossibile est mentiri Deũ, fortissimũ solatiũ habeamus, q cõfugimus ad tenẽdã propositã spem, q̃ sicut anchoram habemus tutã, ac firmã, et incedentẽ usq; ad interiora uelaminis, ubi pcursor pro nobis introiuit Iesus. Audi nũc alios quos Apostolus memorat, eadẽ spe cõfirmatos ad sustinẽdũ dispendiũ substãtiæ.
He. 10. Et rapinã, ait, bonorũ uestrorũ cũ gaudio suscepistis, cognoscẽtes uos hẽre meliorẽ, et manẽtem substantiã. Vidisti ne uicinũ aliquẽ, q rapinã bonorũ cũ gaudio sustinuerit? Nõ id uidi, dices, sed potius mille murmurationes, mille lites, si alicui substãtia eripit. Quid in cã est? q a spes uiua ĩ nobis non est. Qui. n. certo sperat cras re
B gni hęredẽ esse futurũ, quo pacto tristabi
Simile tur hodie, & eiulabit, q argenteũ nũmũ amiserit? Iõ illi, de quib. Paul. cum gaudio sustinuerũt rapinã bonorũ, q a ęternũ sperabant cõsequi regnũ. Nihil arduũ, & difficile, nihil asperũ, & durũ ei, q in corde firmam, ac uiuã spem hẽt consequẽdi cęleste regnũ. Charissimi, nunc filij Dei
1. Io. 3. sumus, sed nondũ apparuit, quid erimus. Cũ ãt apparuerit, similes ei erimus, q a uidebimus eum sicut est. Omnis qui habet hãc spem, sanctificat se, sicut ille sanctus est. Quis hæc loquit? Ioannes, si illum dicẽtem audires, ei crederes, cogita ergo te eum audire loquentem, nunc filij Dei su
C mus, &c. Hanc ergo spẽ cęlestis regni uolẽs Christus Dñs firmare in suorũ cordibus, ascendit in cęlum, ut illud nos nobis
Mat. 5 speremus, q in capite uidemus impletũ.

Tertio expediebat nobis hæc Xp̃i dñi ascensio, ut charitas augeret, & uniuersa
Colo. 3 desideria nr̃a in cęlum transferẽtur, iuxta illud Paul. Quę sursum sunt, quærite,
Simile vbi Xp̃s est in dextera Dei sedẽs. Sicut .n. spõsa cuius dilectũ spõsus in Indis cõmorat, in indis ẽt est, si non corpore, saltem cogitatione, affectu, & uerbo, ita aĩa nr̃a in cælesti curia esse dẽt conuersatione, memoria, ac dilectione, quia ibi est amor, & desideriũ eius, Christi uerò ascẽsione aucta charitas est, dum purior est reddita, sublata Christi Domini presentia corporali. De qua re multa superius diximus Dominica Quarta post Pasca. A

Aucta uerò præcipuè charitas est Xp̃o dño ascendente, dum S. S. misit per quẽ diffusa est charitas in cordib. nr̃is. Hunc uerò diuinum spiritum misit ascẽdẽs in Eph. 4. altum. Vnde ait. Si ego non abiero, paraclitus nõ ueniet ad uos, si ãt abiero, mittã illũ ad uos, & sic ascẽdit, ut adimpleret Ioã. 16. oĩa, donis. s. Spiritus S. Et experiẽtia manifeste oñdit, plus abundasse in Ecclesia grãs, & dona eo absente, q̃ p̃sente. Sicut accidit persepe, plus patrẽ filijs prouiderẽ cũ absẽs in curia est, eorũ negotia agẽs 3. Reg. q̃ dũ cum eis cõmorat. Ascendit ergo si- 18. cut nubecula parua Eliæ, ut irrigatet ari- Ps. 67. dã terræ faciem ea pluuia, de qua scriptũ est. Pluuiã uolũtariã segregabis Deus hæ B reditati tuæ. Et iterũ Visitasti terrã, & inebriasti eã, multiplicasti locupletare eã, sicut. n. Verè sole ascendente super capitis Ps. 64. nr̃i zenith terra prius arida floret, & ger Simile minat. Ita Christo dño ascendente in cęlum, terra nr̃a dedit fructum suum. Tũc flores apparuerũt in terra nr̃a, flores martyrum, & uirginũ pullularunt. Quemadmodũ ergo cum rex regni possessionẽ su Simile scipit, pecuniã copiosã dispergit, atq; distribuit, ita Christus dñs ascẽdens in altũ, dedit dona hoĩbus, gratiam copiosam charitatem ignitã, ut diuites simus. Ex dictis ergo manifeste patet, nobis expedire eius ascẽsũ. Sed restat vt obiectionib. initio cõcionis positis, occurramus, quibus C oñdebamus, ad dilectionem pertinere, q nobiscũ Christus maneret. Abunde sane Xp̃s Dñs dilectioni fecit satis, dũ in diuinissimo eucharistiæ sacramẽto mãsit. Et q ait. Ego vado ad patrẽ, ait ẽt. Ecce ego uobiscũ sum oĩbus dieb. usq; ad consum Ma. vl. mationẽ sęculi. Aiebas, si in mundo Xp̃s dñs esset, ad eũ ego accederẽ, eum in domũ meã reciperẽ, ad eum oẽs tribulationes meas loquerer, in oĩ negotio, et necessitate ad eum accederem. Dico tibi. Hæc uniuersa nunc agere potes, Eucharistiã sume, & Christum Dominũ, non solum in domum tuã sed ẽt intra te ipsum suscepisti. In omni necessitate ad eum accede ac si cum oculis corporis cerneres, ibi adest, uere, & si nõ uides oculis corporis, beatior,

A beatior es, quia eum cernis oculis mētis. Aderit tibi i oib. sicut adesset, si uisibilis appareret, sicut adfuit oibus ad se accedētibus, dum in mūdo couersatus fuit. Sed ne hoc tibi difficile creditu sit, audi quid per simile. Viderat Elise⁹ Eliç pallio, dū
1. Re. 2 uiueret in terra, aquas Iordanis diuisas fuisse, & locum transeunti prophetæ dedisse. Discessit Elias, sed pallium suū Eliseo, reliquit quod ille tenens ad Iordanē accessit, ut eum similiter diuideret, cumque primo contactu diuisus non fuerit, ait Eliseus. Vbi est Deus Eliæ, etiā nūc? Quasi diceret. Etiā si Elias raptus ī cęlū sit, pallium tñ suū mihi dedit, nunc ergo eius pallio ea mira patrāda sunt, q̄ olim ab Elia patrata fuere. Et ita factū est, vt
B statim aquæ Iordanis diuiderētur. Audi nunc per simile. Indutus Deus est pallio corporis sui habitu inuentus vt hō, veste illa innumera in uita sua miracula p fecit, hominibus adfuit cōfugentibus ad
Act. 10 se, illis innumera bona cōtulit. Qui pertransijt benefaciendo, & sanādo ōēs oppressos a diabolo, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Recessit noster hic Elias assūptus in cęlū est. Sed reliqt nobis pallium suum, quo tegebatur, corpus suū nobis reliquit ī eucharistia. Inde uirtus exit, ut sanet oēs. Inde accedentib. ad se adest. Sume ergo palliū istud, & dic. Vbi est Deus Eliæ ēt nunc, etiā si Xps ascēderit, ego teneo palliū eius, imo ipsum reuera totū, vt est ad dexterā Dei, adsit ergo mihi ēt nunc, sicut adfuit his, qui eum uiderunt, adsit mihi, qui eum
C credo, & teneo. Aderit ille tibi, si hac ad eū fide accesseris, si tenueris, nec dimiseris si perseueraueris, ut Eliseus, diuidet Iordanis aquas, vt transeas. In tuū ergo commodum ascendit, & tuæ dilectioni, tuisque cōmodis in Eucharistia mansit.

Sed restat iā, ut modum ascensionis dicamus. Non ascendit statim post resurre
Act. 1 ctionē, sed prius, ut Lucas ait. Præbuit se ipsum uiuum post passionem suā in multis argumentis, per dies quadraginta apparēs eis. Erat. n. articul⁹ resurrectionis fidei fundamētum, & iō præcipua firmitate stabiliri oportuit. Et voluit præterea quadraginta dies consolationis tribuere discipulis pro quadraginta horis passionis, quibus tribulati fuerant. A

Iam ergo instante ascensionis tempore, apparuit discipulis in mōte Oliueti, & exprobrat eorum incredulitatē, ne mirentur postea, cum eis gentes nō cito credant. Præcepit deinde, ut Euangeliū vniuerso mundo prædicarent. Est. n. Euāgelium nuncium illud bonum, qd̄ si tacueritis, sceleris arguemini. Vę. n. mihi, ſ nō Euāgelizauero Paulus ait. His dictis benedixit eis præcipue Mariam, à qua veluti à matre facultatem eundi petit, & tunc paulatim ipsis cernentibus est eleuatus in cœlum non translatus ut Enoc, nec raptus ut Elias, nec assumptus, ut alii, sed ppria, & diuina sua virtute ascēdit, & ui corporis glorificati. Exaltare Dñe in uirtute tua, Psal. ait. Et Propheta. Quis est iste, qui venit de Edom? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine virtutis suæ? Ascendit quasi triumphator tanquam sacerdos. Dicente Paulo. Habētes pontificem, qui penetrauit cœlos Iesum, ascendit tanq̄ iudex in sedem iudiciariā.

1. Co. 9
Ps. 26.
B
Esa. 63
Heb. 4

Sed quo comitatu procedit? qua lętitia excipitur? Fuit oī nationi familiare, ut duces strenuos reuertētes parta uictoria honorifice exciperēt. Præcipue tñ Romę vbi triumphus dabatur ijs, qui difficiles obtinuissent uictorias, & hic illis erat supremus honos. Excipiebant triumphatorem uniuersi ciues, nobiles, & deniq; senatus. Vehebat magnifico curru, qui captiuis circundatus erat, & hinc inde milites ei fausta acclamātes. Nūc triūphus Xpi Dñi est, post tam insignem partam in cruce uictoriā, ascēdit diuina maiestate circunseptus captiuis. Quia ascēdens in altum captiuā duxit captiuitatē, certe, vniuersos sanctos patres, circundant eū vniuersi Angeli, qui in terris uersant, q aliqn̄ relinquunt eos, quos custodiūt, ut D. Th. ait, quod si aliqn̄, nunc præcipue, vt regi adstent suo, eumque comitent. Si . n. multus numerus curuum ignitorū, Eliseum circundant, quot Angeli Christum nunc circundabunt? Certe non est numerus militum eius. Hic impletur illud Ps. Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætātium, millibus Angelorum

C
Eph. 4
D. Th.
4. Re. 6
Ps. 67.

A tũ tribuat. Sitit valde Israel,& tũc aqua
Nu.20 de petra profluxit. Hinc ẽt sapiẽs ait, Op
Sap.4. taui,& dat⁹ est mihi sensus,inuocaui, &
uenit in me spiritus sapientiæ. Vt ergo ad nos ueniat hic spiritus,optemus illũ, inuocemus,& oremus, sic enim ab orantibus apostolis susceptus est.

Act.2. Vt uero hoc in nobis excitetur desiderium,miras,& imẽsas diuitias huius spiritus Xps dñs ostendit,dicens. Cũ uenerit paraclit⁹,quẽ ego mittã uobis a patre, spũm ueritatis qui a patre procedit. Paraclitus est cõsolator, & aduocatus, quod diuinus spiritus consolator sit,manifeste patet,qm̃ implet cor mira dulcedine. Sed nihilominus dubitari pt̃ qũo hic spiritus consolator sit, cum sit spiritus ueritatis, veritas.n.contristare hoiem solet,potius
Mar.6 q̃ consolari. Vt manifestum est in Herode,qui libenter Ioannem audiebat. Sed
B veritate audita,eũ decollauit. Quia sicut obsequium amicos,ita veritas odium pa
Gal.4. rit. Hinc Paul.ait. Factus sum uobis inimicus, verũ dicens. Referta spinis veritas est, nec eam capit auris hoium ẽt si a te petant,ut eis veritatem loquaris,nihi-
3.Reg.21. lominus eã audire recusant. An nõ iportunis precibus rogatus Micheas,fuit, vt veritatẽ diceret? Vtíť ille ironia. Et iterũ adiuratur,ut veritatem dicat, tandem eã dicit,& propterea a lapa cædit, in carcerem mittitur,ubi solum aqua,& panis ei
Simile datur. Simile quid hominib.in hac re accidit ijs,qui aqua benedicta se aspergi petunt,& cum in eos mittitur,oculos claudunt,& faciem auertunt. Ita ueritatẽ tibi dici uis,& importune petis, q̃ cum au
2.Ti.4 dis,faciem auertis. Hinc Paulus ait,a ueritate quidem aud tum auertent,ad fabulas autẽ cõuertẽtur. Qua ergo rõne fieri pt̃,ut spiritus ueritatis paraclitus sit,i.cõ
C solator? Respondeo. Qui male agit,odit
Ioã. 3. lucẽ,& hunc lux nõ consolatur,nec spiritus veritatis,sed spiritus mendacij. Epicurus philosophus suo tpe dict⁹ est solatium mundi,& uniuersi homines eius figuram,& effigiem depictam,aut sculptã habebant domi, & in annulis ẽt sculpebant,dicentes, eum leuasse mundum timore; & tristitia vana. Et huius rõ fuit quia docuit,nullũ Dei esse prouidẽtiam circa mortales, nullumque ab eo timendum esse supplicium, atq; adeò liberè homines,& pro arbitratu agere posse. Hęc insignis fuit falsitas, ne contra fidẽ solũ, verũ,& contra naturale lumen. Ostenditur uerò falsitas hui⁹ doctrinæ, in eo qđ improbos homines cõsolatur,veritas vero probis nõ iniustis solatio est. Sicut ergo Epicurus mundanorũ solatiũ fuit,ita Spiritus S.paraclitus iustorũ est,& con- Ro.15
solator eorũ,hos .n ueritas consolatur. Hinc Paul. Vt per patientiam,& consolationem scripturarum spem habeam⁹. Vniuersa scriptura diuina, & fides nr̃a, quæ a spiritu veritatis processit, consolatio est iustorum,dum eis æterna bona promittit,mala præsentia contemnere ostẽdit,& eximij fructus eis esse. Rectè ergo Spiritus S.paraclitus dicitur,id est, consolator,quia bonos consolatur. B.

Sed videndũ restat,qũo Spũs S.fit paraclitus.i.aduocatus D.Th.ait aduocatum D.Th.
dici pp illud Pauli. Ipse spũs postulat pro Ro. 8.
nobis gemitib.inenarrabilibus. Idest,postulare facit. Sed notãdũ est,verbũ Græcum paraclin.propriè signare adhortari ad aliquid,& patronũ agere,a quo verbo paraclitus dr̃,quasi adhortator,admonitor,& præceptor, ac patron⁹ in certaminib. virtutis,vt Euthimius ait. Hæc ve- Euthi.
ro oĩa Spiritus S præstat. Dr̃ ẽt,aduocatus, non quod pro nobis oret, id.n. ipsi non cõuenit. Sed quod nos doceat oĩa,q̃ facere oporteat,ut causam vincamus, & a iudice absoluamur quod ẽt est, munus aduocati. Et ad hoc pertinet,q̃ nos faciat postulare gemitibus inenarrabilibus.

Addit Christus dñs. Quem ego mittã vobis a Patre. Ostendit his uerbis, a se etiã Spiritum sanctum procedere. Perso C
na.n.in diuinis non mittit,nisi eam,quę ab ipsa procedit. Cũ uerò addit,a Patre, significat,q̃ est, apud patrem, tanquã illi cõsubstantialis. Theophilac.ait. A patre, Theophi.
idest,a probante patre, & simul mittẽte.

Spiritũ ueritatis. Cyril.ait. veritatis, Cyril.
.i.filij,qui paulo antedixit ego sum veritas. Sed Chrys. Theoph. & Euth.aiunt. Chrys. Theo. Euth.
Spiritum veritatis dici spiritum noui testamenti,uetus enim testamentum dicitur figura,& umbra. Nouum verò ueri-

A restat,q̃ sic hēt. Hæc locutus sū vobis,ut
nō scādalizemini. Multa dixerat de perse
cutionibus,quas passuri,erant,ne non p̄-
uisa eos turbarēt. Absq; synagogis faciēt
vos. Synagoga locus erat orōnis,& cócio
nis,qui ab ea pellebatur,quasi excōmuni
cabatur,sed uenit hora,ut oīs,q interficit
vos arbitret obsēqū se p̄stare Deo. Quo
manifeste ōnditur, summā futurā psecu-
tionē, qa cū prætextu religionis aliquis
persecutionem mouet,acerrimā illam p̄-
stat. Duo.n. sunt, quæ hoīem mitiorē red
dere solēt. Primū est hoīum uerecundia,
& timor. Secdm interna cōscientia repre
hēsio,hæc ambo cessāt, cum psecutor pu
tat obsequm se Deo p̄stare. Vbi nos legi
musᵒ obseqū grecè ē latria. Quasi dicat,pu
B tabūt se Deo sacrificiū gratissimū offer-
Cyril. re,& opᵒ maxime pietatis facere,ita Cy.
Sed merito hic dubitari pōt,cur uolue
2.Ti.3 rit Deus discipulos suos tanta pati, & in
vniuersū de oī fideli cur uoluerit, vt oēs,
qui piè uolunt uiuere in Xpo,persecutio-
nes patiātur, Dubitatio hæc,nō recēs,sed
antiqua est. Et q̃ Gedeō pposuit Angelo
dicenti sibi. Dn̄s tecum virorum fortissi
me,cui ille. Si dn̄s nobiscū,qūo tanta ma
la patimur? Et vniuersa disputatio inter
Iob,& amicos illius,sup hac re fuit,q ille
innocētem se dicebat, illi contra iustum
affligi impossibile putabāt, & iō pp pec-
cata eum flagellari credebāt, nec illū in-
nocentē credere potuerunt, donec à Deo
ipso id audirēt. Et veteres qdē iustos mul
C tis vexatos tribulationib. ostendit Chry
Iud. 6. so.li.1. de pudētia, in Abrahamo, Isaac
& Iacob. Magis tn̄ hoc mirādū est, postq̃
Mat. 5 ille de cœlis venit,vt nos redimeret, & a
malis liberaret. Sicut.n. cū dn̄s descēdit ī
rubū,vt liberaret Israel, magis a Pharao
ne oppssi sūt, & tribulati,ita postq̃ Deus
hō factus nos redimere uenit,fideles eius
plᵒ tribulati sūt. Et psecutionē pati,ac la
bores sustinere, beatitudinē ille appella
uit. Et demū decreuit neminē filio tn̄ di-
Ge.35. cere Beniamin,i. filiū dexteræ,nisi quem
ecclesia mr̄ diceret Benoni,hoc est filium
doloris. Putabat mūdus venturū Messiā
qui esset sponsus gloriæ,& uenit sponsus
sāguinum,ut Moysi uxor ipsum appella
uit. Et hac rōne ipsum reiecit Synagoga,

quia non gloriam temporalē attulit, sed
crucem,& dolorem. Quod in figura oste
sum est Exo.4. cum dr̄. Et dimisit eū post Exo.4.
q̃ dixit, spōsus sanguinum tu mihi es hu-
ius ergo dubitationis causas inqramus.
Prima cā sit. Voluit nobis Deus beati
tudinē æternā vendere uoluitq; nos ne- Mat.13
gotiatores esse,q emamus agrū ī quo the Apo.3.
saurus est,margaritā pretiosā. Hinc Ioā-
nes,suadeo tibi emere a me aurum igni-
tum,ut locuples fias. Sed iustum p̄tiū uel
grā,uel gloriæ,hō ex seipso dare nō pōt,
qa oē aurum in comparatione eius arena
est exigua,& iō ēt si emamᵒ illā,gratis no
bis dari dr̄,& sine p̄tio. Hīc Esaias. Oēs Esa.55
sitiētes venite ad aquas,& qui non habe-
tis argētum, pperate,emite,& comedite,
venite,emite absq; argento,& absq; vlla B
cōmutatione uinū,& lac, Cū ergo illum Ro. 8.
possimus ex nobis dare iustum p̄tiū, qa
nō sunt cōdignæ passiones huius tpis ad
futurā gloriā,q̄ reuelabit in nobis, uoluit
Deus ut summū,& maximū eorū,q̄ pos- Mat.
sumus daremus, ut uniuersa nr̄a tradere
mus. Vn̄ ait. Vēdidit, vniuersa,q̄ habuit,
ut emeret agrū,& Margaritā. Sed qd est
illud q maximum est, inter ea, q̄ hō dare
pōt? qd est illud,quo dato vniuersa dare
dr̄? Certe passio est,plus q̃ actio. Iō Pau-
lus ait. Nō sunt cōdignę passiones nō ait
actiones,qa passio maior est actione, ait
D.Th. Hoc,ergo,q maximū est, a nobis D.Th.
dari uoluit Deus,& merito,cū res oīum
maxima nobis tribuat thesaurᵒ īfinitus,
Margarita iēstimabilis. Nūc ergo cōfero C
hō oē illud qd pateris, cū æterna corona,
& uidebis nihil ēe,sed mométaneū, & le
ue tribulationis nr̄æ immēsum glīæ pon 1.Co.4
dus opari in nobis. Et quēadmodū cum Simile
pro eo,q ualet mille, petuntur a te decē,
illa libēter das, dicisq; gratis tibi uēditū.
ita cum p cęlesti obtinēda gloria a te exi
gitur,sāguis,vita,nihil a te peti crede,sed
gratis uenundari tibi. Si ergo in Dei uia
tribularis,si lassaris, ne mireris qm̄ mon
tē conscendis. Miserum plane est,descen Sap.5.
dere,& lassari,ut illi qui dicūt. Lassati su
mus in uia iniquitatis. Sed cum ascendis
in cęlum,qd mirum si lasseris? Etiā si per
igne,& gladiū ītres paradisū, & uenias ī
refrigerium,p̄clare tecum agit. Etiā si ie-
E 2 iunus

A iunus montem conscendas cum Elia, ut Deum uidas, Si enim Iacob uidebantur, dies pauci, quos pro Rachaele laborabat quomodo tibi uidentur dies multi quos ponis, ut cęlestem gloriam consequaris?

Secunda huius rei causa est. Postquã Deus pro hoĩe passus est uoluit hoĩem ꝓ illo pati, ne confusio opperiret hoĩs vultum, si aliter res se haberet. Maximũ qd, Deoq; gratissimũ pati est, cũ hoc elegerit Deus ut ꝓ peccato generis humani ei fieret satis, & ut homo Deo reconcilliaret. Passo ergo in carne Chr̃o Dñ̃o eo afflicto, & effecto uiro dolorum, confusio maxima homini foret, si non cõparetur, sed delicijs affluerer. Egressus est olim Dauid de Ierusalẽ, & nudis ambulabat pedib. & operto capite, & flens, secuti sunt eũ uniuersi ministri eodẽ modo ambulãtes. Si tunc forte aliqs equo ueheret opti mo phaleris multis ornato, si ridens, pretiosis indutus vestibus, an non uerecũda retur, si sic incederet, cum uideret regem pedibus nudis incedentem? Dixit tunc rex Ethai. Reuertere in Hierusalẽ, heri uenisti, & hodie compelleris exire? Cui ille. Viuit dñs, & uiuit dominus meus rex, quia in quocunq; loco fueris, siue in mor te, siue in uita, ibi erit seruus tuus. Cũ ergo in hoc mundo fuerit Christus Dominus afflictus, saturatus opprobriis, quis nã qui eius se dicit esse, uelit diuitiis, delicijs, & honorib. affluere? Qui dicit, se in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Attende, quid in simili causa præstiterit Vrias. Ait ad eum Rex, vade in domũ tuam, & laua pedes tuos. Et ait Vrias ad David. Arca Dei, & Israel, & Iuda habitant in papilonib. & dñs meus Ioab, & serui dñi mei super faciem terræ manent, & ego ingrediar domum meam, ut comedã, & bibã, & dormiam cum uxore mea? Per salutẽ tuã, & per salutem animę tuæ, non faciam rem hãc. Pudeat membrum delicatum sub capite spinato esse, Bernardus ait: Descẽdit Deus ad rubum, & inter spinas versatur indeque Moisen uocat. Hæret inter vepres aries in sacrificium offorendus pro Isaac, et tu inter delicias eris? Esto potius tu inter spinas, ut ulla, cui dicit. Velut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Noli hic paradisũ qrere, si. n. in paradiso nos uersari uoluisset a prima paradiso nos nõ eiecisset, cum inde hominẽ expuli, ostẽdit, in hoc mũdo paradisũ nõ esse qrẽdã. Ne ergo nobis uitio, atq; opprobrio daretur, q non patimur, cum Christ' ꝓ nobis passus sit, nos ille pati uoluit.

3. Reg. 15.

B

1. Io. 2.
2. Pe. 11

C

Bern.
Exo. 3.
Ge. 22.

Can. 2.

Nec ab hac quam diximus ratione, lõge abest, quod nos pati uoluerit, ut digni habeamur ea diuina mensa, in qua sedẽt qui plura pro Deo passi sunt merito eorũ iungamur cõsortio, ne exibilemur ab his, & dicant nobis, in labore nobiscũ nõ fuerunt, cur coronę participes erunt? An non uerecundia afficiendus, & confusione implendus ille est, qui cum nihil passus sit, in eorũ consortiũ, & mensam recipi vult, qui plurima pro Deo sustinuerunt? Hispanæ historiæ memoriæ prodiderunt, Rodericum de Viuar mẽsam fortium in domo sua cõstituisse, in qua solũ sedebant strenui millites, qui egregia facta in bello prestiterant. Cumq; in ea mẽsa sedere uoluisset illustris uir Marinus Pelaez, illud ei non concessit, sed in mensa ipsius Roderici eũ sedere fecit, donec egregia præstitit facinora, & tunc mensa illa fortium dignus est, habitus. In cœlo mẽsa est illa, de qua dñs ait. Vos estis, qui permãsistis mecũ in tentationib. meis, & ego dispono uobis regnũ, ut edatis, & bibatis sup mẽsã meã. Huic mẽsæ primus assidet Xp̃s dñs, q innumera in hac vita tormẽta sustinuit. Sedent ei ꝓximi illi, q permãserunt cũ eo in tribulatione, & tẽtatione, participes tribulationis, & regni sedent innumeri martyres, & cẽs sancti quos beatificamus, qa sustinuerũt. In eadẽ in mẽsa sedere uis, inter eos locũ qris qua fonte inter illos numerandus eris, si nihil pati vis? Multa tibi nunc pati vide ris, sed cũ appareris in cõspectu Xp̃i, & sanctorũ, & recẽseri uideas illorũ passiones, qdnã tuæ apparebunt? Queadmodũ certamine cũ hostib. feliciter cõfecto, & uictoria parta, corã rege recẽseri solẽt egregia facinora a militibus prestitia, ut à rege accipiãt coronas. & honores. Ita corã Deo optimo maximo recensent in cęlo fortia facta sanctorũ. Cũ ergo audieris martyrum

B

Lu. 22.

C

Simile

A martyrum triumphos, cōfessorū asperrimā uitæ rōnē, & deniq; eorū facta, q fortes facti sunt in bello, qui castra verterūt exterorum qui obturauerunt ora leonū
Heb. 11 extixerūt, impetū ignis, effugauerūt aciē gladij, q̄ tua facta narrabilis, ut cum illis cōferri merito possint? Vt ergo aliqd laude dignū, pclarūq; nobis esset, qd coram tanto Deo, & corā fortissimo illo senatu dici de nobis possit, passiones aliquas, certamina aliqua, licet minora, reliquit nobis. Labora ergo, vt bonus mile Xpi Iesu, fortiter age, sustine paulisper, ut socius laboris, sis etiam consolationis.

Tertia eiusdem rei rō fit. Multa nobis voluit Deus tribulationes adesse pcipuè
B in lege grē, vt nobis adsit materia plurimarū virtutum, q̄ i tribulatione exercēt fidei, s. spei, charitatis, patiētiæ, humilitatis, quib pcipuè ornatur iustus, firq; i eo quasi altera Dei paradisus. Quā rē exemplo hoc intelligere licebit. Fluit aliqñ flu
Simile mē maximū alueo uno, & ripā rigat, & florida reddit. Sed aliqñ flumē in duo capita diuidi solet, & partē aliquā terræ cīgit, q̄ isulā dicimus, q̄ cū ex utraq; parte irrigeī fluminis aqua, arborib. floribusque abūdat, & locus est amenissimus, postea uero irerū duo capita fluminis i unū cōueniūt. Audi qd p simile in B. Iob. Si-
Iob. 19 mul incedebant Deus, & Iob, cū eū consolabaī Deus, cū ei benedicebat, & possessioni eius, Sic ille ait. Quis mihi tribuat, ut sī iuxta mēses pristinos, fm dies quib. Deus custodiebat me, qñ splēdebat
C lucerna eius sup caput meū, & ad lumē eius ambulabā i tenebris. Sicut fui i diebus adolescentiæ meæ, qñ secretō Deus erat i tabernaculo meo qñ erat oipotēs mecū. En Deum, & Iob: simul icidētes, Sed diuidāī paulisper ī duo capita, & derelinquat Deus Iob paulisper, & tētari, ac tribulari pmittat. Separati quodāmō sunt, sed nō in ppetuum, quia cito cōuenerunt in unum, & iterum eum cōsolaī Deus, & addit ei duplicia. Eo uero tēpore, quo ab eo recessit, insula mirabilis facta ē, q̄ in libro eius videre licet descriptā Eo. n. tpe eius i Deū fides, spes charitas, humilitas, patiētia enituit, & paradisus Dei factus est, nihilq; virtutis ē, qd in eo nō mire eluceat. En mirā nobis insulā, qua delectemur, En sanctissimo Iob
A
data materia oium virtutum est. Simile Ge. 38.
huic ītueri licet ī Ioseph sāctissimo à quo 39. 40.
Deº quodā mō recessit, cum eū vēdi pmi 41.
sit, accessit postea, cum eum Dñm Aegypty cōstituit, sed dum recessit mirabilē nobis reliqt isulā, & ipsi materiā uirtutū pbuit, tunc eiº patietia, māsuetudo, castitas, sapiētia enituit. Simile in Dauide videbis, si attenderis. Recessit ab eo Deus cum pmisit Absalō ī eum īsurgere, & eo tpe nobis pclara reliqt exēpla patiētiæ, humilitatis, dilectionis inimicorum,
et ipsius Absalon, & Semei. Postea uerò Ge. 27.
Deus ei cōiunctus ē, cum regnum restituit. In tribulatione ergo hoī exhibetur materia virtutū oīum, & hic ē odor ille
agri pleni, cui benedixit Dñs, quē odora B
tus est Isaac i uestib. primogeniti. Vestis qdē Xpi Dñi sordida qua eum īdutum
Zacharias uidēs, passio illius ē, hæc uerò Zac. 3.
ager plenº est, qa ibi oīs plenitudo virtutis. Hac uero ueste nos induimur, vt Iacob, ut bñdictionem primogeniti capiamº. Dū tribulamur, tūc redolemus agrū plenū, qa oium uirtutū ornamur decore oīm earum exercitio ditamur. Vñ Petr.
Vos aūt curā oēm subinferētes ministra 2. Pe. 1
te ī fide uestra uirtutē ī uirtute aūt sciam ī scia aūt abstinētiā, ī abstinēia aut patiētiā, ī patiētia aūt pietatē: hæc. n. si uobiscū adsint, & superēt, nō uacuos, nec sine fructu uos cōstituēt in Dñi nři Iesu Xpi cognitione. Verè de his q patienter multa tolerant, dici pōt illud. Ps. Et dies pē
ni iueniētur ī eis. Hinc Paul. Nō solum Ps. 72.
autē, sed, & gloriamur in tribulationib. Ro. 5.
scientes, qd tribulatio patientiā operaī, C
patientia autē pbationem, pbatio uero spē, spes aut non fundit. Ecce innumera tribulationis bona. Cum ergo tribularis & dicis Deo tuo, quod Ps. Vt qd Dñe recessisti longe despiciēs uos ī opportuni-
tate, in tribulatione Deus, qdem recessit Psa. 9.
à te. Sed attēde, qd nō in ppetuum recedet, iterū cōueniēt duo fluminis capita, qa post tēpestatē trāquillū faciet, & post lachrymas exultationē infundit, Interī vero mirabilē in te insulā cōficere vult, & uirtutum oīum tibi materiam pbere, ut sis

A vt sis ei, siasq; hortus cõclusus, nũc ergo
Can. 1 humilitatis patientiæ, spei, fidei, & chari
Iob 13 tatis opera exerce, dicque cum Iob. Etiã
si occiderit me, sperabo in eum. Aderit ti
Ps. 49. bi cito Deus, sicut adest mater puero eiu-
lanti, quem tantisper dereliquit, sed voca
ta aduenit. Inuoca me in die tribulatio-
nis, eruam te, & honorificabis me.

DOMINICA INFRA octauam Ascensionis.

The. Ille testimoniũ perhibebit de me, & uos testimoniũ phibebitis, &c. Ioa. 15.

EXeo tpe, quo Xps Dñs cęlos ascẽdit, singulari cura Maria ecclesiæ, & eius filijs adest in oĩ necessitate. Tũ q̃ a ei filiꝰ hanc demãdauit curam, & cum vir à do-
B mo abest, vxor curã domꝰ gerit. Abijt uir ecclesię via lõgissima, facturũ pecuniæ tol lit secũ, i die plenæ lunæ reuersurꝰ, Abijt in cęlũ corpus deferẽs in quo pecunia redẽptionis nostrę, reuersurus cum ecclesia plena fuerit, cũ cõpletus fuerit electorum
Simile numerꝰ. Relicta est mulier Maria, ut domus Dei curã gerat. Tũ ẽt quia qñ mater vnum ex filijs in statu collocauit, singula rẽ reliquorũ curã gerit, ut res agat eorũ. Videt iã Maria ex die ascẽsionis filiũ naturalẽ in pcipuo honore, ac statu, nec est qđ de illo sit solicita. Ideo nunc filiorum adoptionis singularem gerit curam: ad eã ergo accedamus orantes. Aue Maria.

Duo nobis pponũt hodierno euangelio. Primum testimonium illustre, qđ de Xpo Dño Spũs S. dedit, & apostoli etiã reddiderunt cum mundum fidei Xpi subiugarunt. Sedum persecutiones ac tribu-
C lationes, quas in hoc ope passi sunt: vtrũque expendere, nobis proficuum erit. Ex primo. n. colligemus mirabilẽ uim, q̃ Spiritus sanctus ijs dedit i quos descẽdit. Et cõsolabimur in fide suscepta Christi Dñi cuius præclarum testimoniũ est, victoria parta ab apostolis de vniuerso mundo. Simul instruemur de testimonio fidei
Iacob 1 nr̃æ, qđ reddere tenemur, vt dicere possimus, ego ostendam tibi fidem meam ex operibus. Ex secundo vero colligemus nobis aliquid pro Christo patiẽdum, qđ nobis in gloriam cedet singularem.

Iã primum expẽdamus. Cum venerit paracletus quẽ ego mittã uobis à patre. A
Venire dr̃ Spũs S. & mitti rõne effectꝰ, qa noua operatus est in mundo. A patre verò dicit se missurum, qa sicut à patre habet filius esse, ita à patre habet, qđ mittat Spũm S. sicut & à patre habet, quod eum producat: pater ergo à se hẽt producere Spũm S. & illum mittere, filius verò à patre: iõ ait, mittã uobis à patre, ita
Hila. li. 8. de Trinit. sic ẽt filius creat à pa tre, qa creat simul cum patre, tñ creatio- Hilar.
nis uim, & potentiã à patre hẽt. Qđ ille Ioa. 5.
explicat apud Ioanẽ dicẽs. Nihil põt facere filius, nisi qđ uiderit patrem facientẽ.
Habet vero phrasis hæc in Genes. Pluit Ge. 19
(ait) Dñs a Dño sulphur, & ignẽ sup Sodomã Dñs filius pluit una cum patre, qa
una est actio, sed filius eã habet à patre, B
iõ dr̃ Dñs pluere à Dño, sic explicat hũc
locum Hylarius lib. de Synodis, & Con Hilar.
cilium Sirmiense contra Arrium cõgre
gatum sub Iulio primo, ait. Si quis illud, Cõcil.
quod scriptum est, pluit Domino, à Do- Sirmi-
mino, non de patre, & filio pceperit, sed, ense.
& ipsum à semetipso pluere dixerit, anathema sit, pluit Dominus filius à Domino patre. hæc Concilium.

Ille testimonium perhibebit de me, & uos testimoniũ phibebitis. Quasi dicat. Licet vobis iniũgã onus graue, vt mũdo de me testimonium detis, cũ fuerim crucifixus, cũ uos illiterati, & infimi de mũdo sitis, cum tanta uobis efficiẽda sint in hoc testimonio reddẽdo, idola, s. euertere, crucem exaltare, mũdum mutare: nolite hæc pauere, qm̃ Spiritus sanctus uobis aderit, qui hæc omnia facile efficere
poterit. & me licet crucifixum clarifica- C
re testimonio suo, & uos infimos, & idiotas idoneos ministros facere noui testamẽti, & mũdũ euertere, ac commutare.

Sed dubitas. Cur tot testimonia Xps hẽ voluit? Prophetæ oẽs de ipso testati
sunt. Hinc Lucas. Hinc testimoniũ per- Act. 10
hibent oẽs pphetæ. Cũ natus fuit, stella ei testimoniũ perhibet, & Magi, & Angeli, q eum pastoribus annunciãt. Et statim Simon, & Anna loquebãtur de illo oĩbus. Deinde Ioannes Baptista de eo testificatus ẽ, et tota Trinitas in baptismo, & trãsfiguratione. Et demum nũc Spũs sanctus

A sanctus,& apostoli,quorsum tot testimonia? R̃ndeo: Rẽ esse difficilimã creditu, φ Deus homo factus sit,& crucifixus, cũ hoĩem sola volũtate redimere posset. Vñ
Esa.53 Esaias ait, dñe quis credidit auditui nostro,&c. Et homo incredulus est, duru sq; corde, iõ tot necessaria fuere testimonia, præcipuè in re tãta, a qua salus oĩum pẽdebat, & nihilominus plures increduli fuerunt,& sunt,postq̃ tot,& tam mani-
Psa.92 festa testimonia uiderunt. De quib. Psal. Testimonia tua credibilia facta sũt nimis. Sed nunc apostolorum testimoniũ expendamus in fidelium cõsolationẽ, quo fidei nostræ ueritas præcipuè illustratur. Sed prius supponendum est, Fidei no-
B stræ fundamentũ nõ esse aliud quã Deũ primam ueritatem, reuelantẽ nobis Xpi mysteria: ueritas autẽ prima decipi, aut decipere non põt. Est aũt Deus verax, oĩs homo mendax,ut Paul.ait. Et qui fi-
Ro. 3. de diuina credit, huic innititur fundamẽto. Vnde Ioannes ait: Qui credit in filiũ
1.Io 5. Dei,hẽt testimoniũ Dei in se. Vt uero sciamus,q̃ a Deo reuelata sunt uobis, Ecclesia magistra est,cuius caput Romãn⁹ est
1.Ti.3 pontifex. Hęc est colũna,& firmamẽtũ
Ioa.16 veritatis,vt Paul. ait,quia a Spiritu sancto edocta est. Vnde ei Christus ait. Cũ ãt venerit ille spiritus ueritatis, docebit vos oẽm ueritatẽ. Vnde ad Romanã ec-
Deu.17 clesiam accedẽdum uobis est in oĩ re dubia. Cuius figura præcessit Deu.17. Si difficile,& ambiguũ apud te iudiciũ esse pspexeris,& iudicum inter portas videris verba uariare, surge, & ascẽde ad locũ, quem elegit dominus Deus tuus,ueniesque ab eis,qui indicabũt tibi iudicij ueri-
C tatẽ,faciesq; quodcunq; dixerint. Ita nũc in omni re dubia ad Romanũ põtificem accedendum,& eius iudicio standũ. Credendum ergo nobis est, pp Deũ reuelantem,& Ecclesiæ,quæ magistra fidei ẽ, in omnib. parendum. Sed nihilominus testimonia alia inquirẽda nobis sunt, sine quib. crederemus,quibus tamen adhibitis magis in fide roboramur,& consolamur,& infideles conuincimus.

Ex his uero illud precipuum est,φ hodierno euangelio declarat. Testimoniũ, s. Spũs sancti, & Apostolorũ,φ de Christo dño reddiderunt, quo mundum mutauerunt,eumq; uicerũt, & ad Chri dñi
A pedes deiecerunt. Victoria ista Euãgelij cõtra uniuersum mundũ, cum ministri euãgelij essẽt numero pauci,infirmi,pauperes,illiterati. Cõtra uero mundi sectatores innumeri,potẽtes, sapientes, diuites, manifeste ostẽdit fidei nostrę ueritatem esse adiuncta, q̃ nã uincit, ac superat,contra quam, nec regis potentia,nec mulierum uires,nec vini fortitudo praualuit. Sed diuersitatẽ horum exercituũ,&
3.Es.3 amorum utriusq; libet intueri pugnam, & tandẽ exitum rei, & certaminis uictoriam. Exercitus diuersitatẽ ostẽdit Paul.
1.Co.1 Videte uocationem vestram fratres, qa
B non multi sapiẽtes sm carnem,no multi potẽtes,non multi nobiles,sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus,ut cõfundat sapientes, & infirma mũdi elegit Deus, vt cõfundat fortia,& ignobilia mũdi,& contemptibilia elegit Deus,& ea quę nõ sunt,ut ea,quæ sunt,destrueret. Sapiẽtia
1.Co.1 mundi in apostolis nõ erat. Vnde Paul. Placuit Deo per stultitiã prædicationis saluos facere credẽtes. Nobilitas nõ eos commendabiles mundo reddebat, imo viles, & abiecti erant tanq̃ piscatores, quos infimos de plebe Plutarchus dicit. Tales denique,de quib. Paulus. Puto.n.
1.Co.4 φ Deus nos apostolos nouissimè ostendit,tanquam morti destinatos,tanquam purgamẽta huius mũdi facti sumus omniũ per ipsem a vsque adhuc. En infimã sortem alterius exercitus. Cui adde militum paucitatẽ, duodecim enim Apostoli fuere, & pauci discipuli, qua rõne eos dicebat Christus dominus pusillũ gregẽ
C In altero uero exercitu innumeri sunt
Lu.12. milites. Euntes in mundũ uniuersũ dux ait, prędicate euangeliũ oĩ creaturæ. Pe-
Ma.vl. trus Apostol⁹ irruit in Põtum, Bithiniã, Galatiam,Romam,Ioannes Euãgelista in totã Asiam,Paulus in Illiricũ,Capadociam, Antiochiam, Cypruũ,Iacobus maior in Hispanias,Iacob. minor in Iudęã, Thomas Apostolus in Indiã uniuersã, Philippus in Syriã,& Scythiam,Barth. in Armeniã,& Licaoniã, Marth. in Aethiopiam,Matthias in Iudæã, Simon in Mesopotamiã. Taddę⁹ i Persiã, Andreas

Moyses secesserat in montem, & dicunt ad Aaron. Fac nobis Deos, qui nos præcedant, sine Deo. n. esse nõ possumus, sit nobis Deus, vel ligneus, uel aureus, aiũt Israelitæ. Deus. n. est refugium in omni necessitate, virtus, in omni periculo, firmamentũ in oĩ labore, & cum Deus sit, nullum est malũ quod remedio careat. Cum. n. omnis creatura deficit, neq; põt tibi succurrere, aut nõ uult, Deus adest, qui te subleuet. Hinc Psalmista, pater Ps. 2
meus, & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Ideo di- B
cit Israel, fac nobis Deos, qui præcedant nos, sine Deo enim ultra progredi non ualemus. Quid ad hæc dicet, qui statum ingreditur sine Deo nec petit, ut Deus præcedat? qui negotia ardua molit, Dei oblitus? Sicut ergo hedera per terrã serpit, dum non inuenit arborem, cui innixa ascendat, sursumque leuetur, sic anima donec Deum inueniat, cui innixa ut dilectio ascendat, dimissa iacet, eo inuento ascensiones in corde suo disponit. Simile

Sed licet naturali lumine & fide teneamus Deũ esse, aliquas tñ ad hoc rationes cõgeramus, quo res manifestior fiat. Aug.
Sed obiicis, ad quid hæc, cum omnes id fateamur, & dicamus cum Augustino in confessionibus, facilius dubitarem, utrum me, quam uiuere ueritatem illã æternam, cuius sempiterna uirtus, & diuinitas in suis operibus dignoscitur: nihilominus rationibus hæc veritas ostendenda est, in eorũ utilitatẽ, qui speculatiue C
fatemur Deum esse practice tñ in corde illud negant. De quibus Paulus, verbis Tit. 2.
fatentur se nosse Deum, factis aũt negãt. Et Psalmista. Dixit insipiẽs in corde suo non est Deus. Sed quis hoc dicere potest Ps. 13.
adeo absurdum? imo forsitan tu es, qui hoc dicis, ego nõ audi Paulum. Eratis illo tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & sine Deo in hoc mũ Ad T.
do. Sed quisnam sine Deo est? illi plane, de quibus idem Paulus ad Titum ait,

exa-

A eramus.n.aliqñ,& nos insipientes,& increduli,errantes,seruiẽtes desideriis, & voluptatibus uariis in malitia,& inuidia agentes,odibiles, & odientes inuicem. Quis est sine Deo in hoc mundo? Quis est qui dicit in corde,nõ est Deus? Quis vitam agit,ac si Deus non esset q desiderijs suis obedit,non Deo. Sic ille, Ecclesiastes. 2. Omnia,quæ desideraueiunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meũ,q n oĩ uoluptate frueretur,&oblectaret se in his,quæ præparaueram, & hanc ratus sum partem meã. Vides seruum dño non obediẽtẽ, sed uagãtem, dicis,hic herum,aut dñm nõ hẽt,qui audacter peccat,ac si Deus nõ esset, hic dicit in corde suo,nõ est Deus. Hieremias

Hie.23 23. Ecce turbo dñicę indignationis,& tẽ

B pestas erumpens super caput impiorum veniet,putas ne,Deus:è vicino ego sũ, & non Deus de longe? si occultabitur vir in absconditis,& ego nõ videbo eũ, dicit dñs. Nunquid nõ cęlum, & terrã, ego impleo?q sic liberè agit, ac si se ipse fecisset,& ea quæ posſidet,hẽret,& se,& non a Deo,hic,dicit,nõ est Deus. Sic il-

Ez.26. le,ad quẽ Ezech. 29. Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti draco,magne, qui cubas in medio fluminum tuorum,&dicis meus est fluuius,& ego feci memetipsũ, ponam frenum in maxillis tuis. Qui sic i temporalibus solicitus est, ac si sola sua industria alendus foret, nec in Deo suo

C sperat,hic dixit,non est Deus qui peccato commiſſo,nihil timet,nihil cauet, hic dicit non est Deus. Sicut qui occidẽs hominem,non timet sed libere in publicũ procedit,hic dicit,non est iudex.

His ergo oĩbus ostẽdere oportet, Deũ esse,ut quod fide tenent,oculis ẽt uideãt, & uidentes se Deum hře, uitam in melius mutent. Vis noſſe ò homo,qa Deus

D. Th. est? Audi rationem,qui fidem mortuam habes. Prima ratio fit ex D. Thoma 1. parte q. 2. quæque creatura pєrfectionẽ habet certa in mensura & secundum diuersas naturas,ac species alia est alia pfectior,& sublimior, superior continet perfectionẽ inferioris, & aliquid addit. Hic primo loco sunt elementa super q̃ sunt mixta uirtute continentia elementa,super hæc uiuentia,super hæc animãtia,super hæc homo, super hunc Angelus,super hunc superior Angelus. Et iõ metaphisici dixerunt,essentias rerum esse sicut numeros,quia sicut numerus superior continet inferiorem, & aliquid addit, sic in rerum naturis contigit, & cum processus in infinitum non detur, deueniendum tandem est ad unum supremum,quod perfectius est cunctis, & omnia uirtute continet,& hic est Deus. Idem etiam colligitur ratione sumpta à rerum productione,in qua deueniendũ est ad unum primum principium omnia efficiens atque mouens.

Ex mũdi ẽt huius mirabili opificio idẽ manifeste colligere licet. Vt colligit Psa. Ps. 18.

Cœli enarrant gloriã Dei,& opera manum eius,&c. Mirabile.n. hoc opificium B opificis artẽ ostendit:quod hoc exemplo Cicero declarat libro de natura deorũ. Simile Cicero.

Agẽnte te viã per desertum aliquod, offendis forsitan aulam regiã mire compositam,atq; ornatam quasi domum Salomonis interrogas, quo pacto tanta ibi constructa sit domus,dẽq; tibi,casu mõs quidam cecidit,& ex eius ruina, hæc tãta domus fabricata est,irrideres eum, q hoc tibi persuaderet,mirũ.n. domus opificium ostendit manifeste,opificem præclarum fuisse,qui tanto ordine cũcta collocauit, hocque manifestum cẽ diceres. Ita profecto qui considerauerit attente mundi huius magni opificiũ, terræ hortum,maris stagnum, cœlos mire ornatos,stellarũ uarietatem,motus earum cõ- C trarios,& concinnos, manifestũ esse diceret,summum opificem hæc composuisse nec enim casu tanta res effici potuit.

Nec solũ ex mũdi huius magni opere id licet colligere, sed ẽt ex mundi parui officio,ex hominis, s. structura, in quo plura sunt mirabilia propter quę ait Ps. Ps. 138.

Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me. Pri Simile mo inspice animæ p̃clarã effigiem,& ex ea colliges summum illius artificẽ, quẽadmodum enim si puerum uideres manu gestatem imaginem pulcherrimã, interrogatusque,cuius hæc imago est, à quo est depicta?diceretq; puer, à me picta est,diceres,hoc neutiquã uerum est, eximij

A eximij artificis hoc opus est; sic plane mi
ra aiẽ nr̃e uis mirũ eius artificiũ opificẽ
cęlestẽ exprimit. Scdo cõspice corpus, &
ex eius ordine, ac opificio Deũ colliges
Galen. esse, sicq; eũ Gal. agnouit q inspecto cor
pore humano in partes inciso, eius ordi
ne miro cõsiderato dixit, Honorent alii
Deum suis heccatõbis (qd erat sacrificiũ
centũ boum) ego eum honorabo, agno
scens eius infinitã potentiã, sapiẽtiã, & bo
nitatẽ: potẽtiã qdẽ, q tale opus pfecit; sa
pientiã, q sic illud ordinauit: bonitatẽ, q
tã large se effundit. Idem ẽt ex alia quali
Psal. 91. bet creatura colligere potes, ut colligit
Psal cum ait: Quã magnificata sunt ope
ra tua dñe, nimis pfundę factæ sunt co
gitationes tuæ; vir insipiẽs nõ cognoscet
B & stulti non intelligẽt hæc; adeo. n. sapiẽ
ter vniuersus mundus, & minima eius
pars fabricata sunt, ut sapiẽtia humana
tale qd excogitare nõ potuerit. Hinc sa
piẽs nõ est adiicere, nec minuere ad ope
ra Dei, nec est inuestigare magnalia ei9.

His verò, qui his rõnib. Deum esse ñ
agnoscunt, aliam rõnẽ, qua id agnoscãt,
proponere Deus solet, & hæc est infirmi
tas grauissima in q̃ qui incidunt, statim
dñt, Deus est cõfessariũ uocãt, ac citissi
me aĩam cõponunt. Cognoscãt, quia no
men tibi dñs, tu solus altissim9 sup oẽm
terrã, qm̃ cognitio hoĩs cõfitebitur tibi,
Psa. 72 &c. terribili, & ei q aufert spm̃ princi
2. Ma. piũ, sic olim impius Antiochus Deum a
7. gnouit, ei9 uim expertus, vnde ait, iustũ
est subditum esse Deo, & mortalem nõ
C paria Deo sentire. Sic se facturũ minat
Apo. 2. Xps Apoc. 2. cũ fornicaria muliere dicẽs
dedi illi tps, ut pœnitentiã ageret, & non
vult pœnitere à fornicatiõe sua, Ecce ego
mitto eã in lectũ, & q mœchant cum ea i
tribulatione maximã erũt; & scient oẽs
Ecclesiæ, quia ego sum scrutãs renes, &
corda, grauem morbum minatur quo a
gnoscent oẽs Deum esse, in tribulatione
Esa. 26 murmuris doctrina tua eis, Esa. ait.

Primũ manifestũ iã est Deũ. s. esse iã
sm videamus, qs est hic Deus, qs modus
essendi illius est. Primũ creaturę nobis
Ro. 1. ostẽdit, iõ dr notũ Dei. Sic Pau. ait, quod
.n. notũ est Dei, manifestum est in illis:
manifestauit. n. illis De9. At hoc sm crea
turæ nobis nõ dñt, nec ex eis id collige- A
re possumus. Arcanũ Dei est, & adeo ar
canũ, vt nulla sit creatura adeo excelsa, q̃
mysteriũ hoc uirib. naturæ asseq possit,
hoc est, Trinitatis, unitatisq; mysteriũ, Eze. 3.
de quo, & Eccl. scriptũ est, plurima supra
sensũ hoĩ ostẽsa sunt tibi. Et rõ huius ẽ,
qa cognitio, q̃ de Deo nũc hẽmus, nõ est
i ipso Deo, hæc. n. patriæ cognitio ẽ, sed
creaturis: in his uero apparet, Deum ẽẽ,
bonũ esse, sapientẽ esse, atq; potentẽ, nõ
tñ qd trinus sit, qa nõ ut trinus, hæc fe
cit, sed ut unus, iõ creaturæ Trinitatẽ nõ Simile
ostẽdunt. Sicut. n. uisa pulchra imagine
dicis, optimũ eẽ illius artificẽ, si uerò in
terrogeris, num artifex statura pcerus,
an pusillus sit, albus, aut niger, Hispan9
an Gallus? id dices, te ex pictura collige B
re nequaq̃ posse, qa ñ illã fecit ut Hispa
nus, nec ut albus, aut magnus, sed vt pi
ctor, iõ hoc solum ex tabula, colligere li
cet. Sic ergo Deus mundũ cõdidit, nõ vt
trinus, sed ut un9, qa opera ad extra Tri
nitatis sunt indiuisa, iõ cognoscit in illis
vnus & sapiẽs, ac potẽs, nõ vero trinus,
hoc. n. sola Dei reuelatione cognoscere
possumus. Nũ ergo iterrogas me, qs est
Deus? qs modus essendi illi9? Excelsior Iob 11.
cœlo est, & qd facies? pfundior inferno,
& vñ cognosces? lõgior terra mẽsura e
ius, & latior mari. De Deo solus ille di
gnè loq pôt. Sed adhuc nos loq vult, ei
nos cõmẽdemus, & in mare longius pro
uehamur. Nõ semel uoluit Deus pannis
inuolui, & fœno, nũc ẽt cũ humanis verbis
explicari vult, iterum uilib. panis, & fœ
no obuolui. Quis ergo Deus est? Vnus C
est, & trinus ẽ, Vnus natura, sapiẽtia, bo
nitate. Trin9 psonis, tres sunt psonæ, sed
vnus ẽ Deus, vn9 sapiẽs, vnus potẽs, vn9
bonus, qũo ergo tres psonæ, nõ dij? Sed
qd est inquis psona? audi, ego, & tu duæ
psonæ sumus; cũ tñ vna sit spẽs, & natu
ra, qũo ergo duæ psone, cũ vna sit natu
ra? Aliqd sine dubio i me ẽ, qd nõ est in
te, qd me diuersã cõstituit psonam. Sed
ais, qd est in patre qd nõ sit in filio? cũ Mat. 11
ait filius patri, mea tua sunt, sapiẽtia, bo
nitas, &c. Vt hoc intelligas exemplum
audi. Inueni ego scietiam aliquam inge Simile
nio meo, non alterius doctrina, hãc ego

A te docto scientiã, & ego, & tu eã alteri tertio cõicemus, eadem est scientia in tribus, nihil nouit unus, q alter ignoret, tñ vnus nouit, quantum tres: sed hoc est in hac scientia diuersum, q in me est, a me, qui a nullo accepi, in te est a me, qa a me didicisti, in tertio est a nobis duobus. Si vero scientia illa natura mea esset, q̃ tibi dedissem, & ambo alteri tertio, eadẽ tũc esset in trib. natura, sed ea, q̃ diximus, diuersitate. Hoc vero ĩ Deo nr̃o sic se hẽt, vt diximus, ĩ quo idẽ est esse, scire, posse, & reliqua oĩa. Hęc ergo sciẽtia, & natura ĩ patre est a se ipso, nec. n. ab alio recipit. In filio eadẽ est, sed a patre per intellectũ accepta. In Spiritusãcto a patre, &

B filio per amorẽ, & hac rõne tres sunt personæ, sed non tres dij, non tres domini, quia una singularissima natura, sciẽtia, potẽtia, & bonitas est in trib. personis, ideo vnus Deus, vnus dñs, vnus sapiẽs.

Sed iã processiones explicemus, atque personas. Tres psonę sunt Pater, Filius,

1. Co. 4 Spũsanctus, pr̃ est indiuinis, & filius, ergo generatio, sed nõ carnis, sed spiritus. generat. n. & Spũ an nõ audisti spiritua les esse filios, quos ĩ Christo Iesu per euãgelium generat pr̃ spiritualis, quos & pa rit? Sic ergo spiritualiter Deus generat, & maximè ille generat. Audi dicentẽ p

Esa. 66 Esa. 66. Nũquid ego, q alios parere facio ipse nõ pariã, dicit dñs, si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero? Filius

Ps. 109 Deo patri est, cui ait. Ex utero antè luciferũ genui te. Et filius meus es tu, ego hoc

Psal. 2. die genui te. Rõ est manifesta. Oĩs perfectio est in Deo ponẽda, est aũt naturalissimũ oĩuiuenti pfecto generare (ait Ari.)

Arist. sibi simile: ergo hoc in Deo ponendum est. In creaturis diuise pfectiones sũt, nõ oẽs in qualibet sunt creatura. Hinc cum spũalib. dedisset Deus in corruptionẽ ne

C gauit gñationẽ: esset uero maxima Angeli perfectio si alium angelũ generaret per intellectũ. Viuenti uero sensibili, cui nõ dedit incorruptionẽ, concessit generationẽ, Deus uero, ut oĩum rerũ summa vtrunq; hẽt, & corruptionem, & generationem. Secundo id erat necessariũ diuinæ infinitæ bonitati, cuius propriũ est se effundere, infinitæ vero bonitatis ẽ infinitæ se cõicare, quod cum creaturis non A fiat, ad intra se debuit effundere filium. Diuersæ ergo psonæ sunt pater, & filius. Sicut diuersa signa sunt ĩ sigillo: & in cera eadẽ prorsus lineæ: sed hac diuersitate, q in cera sunt receptæ a sigillo, sic in filio oĩa a patre, sic eum uocat Paulus, q Paulus He. 1. cum sit splendor gloriæ, & figura substã tiæ eius. En ergo Deo filius est hinc Pro Pro. 30 uerbiorum 30. visio, quam locutus est vir, cum quo est Deus, quod nomen est eius, quod nomen filij eius si nosti?

Sed inquiris, qũo generatur hic filius a patre, Deus intellectum habet infinitũ, quo se oĩno cognoscit, & comprehendit cognoscẽs ergo se, generat filiũ sibi oĩno similem. Sed ais, non hoc intelligo, audi, tu similiter generas, sępe memorare nũc B parentis tui absentis, vel mortui, memorare domus, q̃ nõ uides, inspice intra te, & uidebis tibi præsentẽ patrem, vel domum, sed qũo præsens tibi esse vr̃, cũ sit absens? Rñdent philosophi, hanc intellectus nr̃i uim esset, vt cum intelligit, producat verbis mẽtis, q est naturalis imago rei intellectæ, q præsens cum sit intellectui, facit tibi rem apparere præsentẽ. Si ergo hæc nr̃i intellectus uis ẽ, vt cũ rẽ intelligit, producat similitudinẽ rei, quã intelligit, quid obsecro miraris quod Deus se intelligens, producat similitudinẽ sui ipsius intra se? Sed hæc est differentia inter Deum producentẽ verbũ, & nos; q nr̃m intelligere nõ est esse nr̃m, sed est accidens, quoddã, iõ uerbũ q producitur, accidẽs est, in Deo uero intelligere, est ipsa Dei suba: iõ pducit̃ subalis filius imago patris. Et sicut verbum, q tu producis, in te manet, sic uerbum patris apud Ioa. 1. patrem manet verbũ erat apud Deũ, ergo uerbum hoc Deus est nihil, nihil. n. in C Deo est q sit Deus. Quodãmodo tantam rem uidetur sub odoratus Arist. qui ait, Arist. de generat. oẽ generans generat sibi simile, & si vnũ in natura, & addit, quo generãs est perfectius, eo generat magis sibi vnũ, & simile. Ex quo sequitur, cum Deus generans sit infinite perfectus, generat filiũ sibi infinite similem, & unum, talis Dei filius q vnum in natura indiuidua cũ patre est.

Sed qũo pcedit Spiritus sãctus? Rñdetur.

A detur. Sicut per intellectionẽ producitur in intelligente similitudo rei intellectæ, D.Th. sic per amorẽ ait D. Th. producitur affectus quidã,& inclinatio,ac propensio in Ma.11 rem amatã. Cognoscit pr̃ filiũ,& fili⁹ patrem cognitionẽ cõprehẽsiua nemo nouit patrem,nisi filius, nec filium quis nouit nisi pater:uidet quisquã ĩ altero infinitã bonitatẽ, diligũt se mutuo amore infinito: ex hoc amore procedit Spiritus S. qui iõ dicitur nexus, & vinculũ vtriusque, tantus est amor, quantus est Deus. Quis prope hũc infinitum ignẽ esset, ut vel scintillã caperet? Cum mutuo se diligunt duo amici, duo producuntur amores, ac hic unus Spiritus S. prodit, quia unica est voluntas patris,& filij.

Sed ais, nõ omnino penetro hæc, quæ B dixisti. Nec ego vellem,& omnino hæc Epictetus. penetrare, refert Epictetũ, plura fecisse discipulis uerba,ut declararet Deũ,& illi dixerunt,non plene se intellexisse, qui bus respondit, si oĩno ego declarasem Deum,vel ego Deus essem,vel quem declaraui,Deus nõ foret. Cum plenè intellexeris hoc mysterium,beatus eris: imo nec tunc comprehẽdes,nollem ego mihi in Deum,quem tu cõprehenderes: ut .n. Simile Deus sit,infinitus oportet sit:quẽ uero caperet intellectus tuus,infinitus nõ esset. Sicut ergo uas paruũ nõ capit mare vnisum,sic nec intellectus Deum,ut ostẽdit Angelus Augustino curãti hoc penetrare mysterium,exemplo pueri in paruam foueã curãtis uniuersum mittere mare. Nec pede calcabis mare,nec Deum com Tertu. prehẽdes,quia ineffabilis Deus est. Ter-Simile tul. initio de trinit. ate ait. Sicut optimum solis est lumẽ, sed si tanq̃ aquila directe C fixisq; oculis id volueris cõtẽplari,oculos lædes,ac pdes; sic de Deo agere optimum est;sed uelle assequi & cõprehẽde-Ecc. 3. re,est periculo p̃enũ ac discrimine. Altiora te ne q̃sieris, & fortiora te ne scrutat⁹ fueris, lapiẽs monet, scrutator.n. maiestatis opprimetã gloria,ut Salomõ ait.

Restat uidendũ, q̃ tertio loco ,pposui mus.f.qualis sit Deus, q̃ eius attributæ. Pro.25 Est Deus, abyssus oñdit,& significat id nomẽ lcoua,in quo infinitæ pfectiones, quarũ quælibet infinita, & oẽs una sũt, qualis est Deus meus,ais. Interroga omnem creaturam,& illę tibi ostẽdent Deũ tuum, & dicent qualis sit,non oĩno, sed Simile ex parte. Non ne tibi q̃nque contigit,cũ agrum petis,videre aquæ riuulum,dicereque, ascendamus sursum vsq; ad fontem,unde iste ,pcedit riuulus. Simile q̃d nunc age,ut penetres in Deum tuũ. Attẽ de quidquid boni in creaturis uideris, auiũ dantus,florum pulchritudinẽ,diuitias metallorũ, dulcedinem ciborũ, oĩa hæc riui sunt,a Deo plenissime fonte ,pcedentes,omnia ista loquũtur.ea quæ in Deo sunt,oẽs creaturæ sunt uoces ipsum manifestantes,iõ Sap.1. Hoc q̃ continet Sap. 1. oẽs,sciẽtiã habet uocis,oĩa.n. Deum laudant. Ait dñs. Ignis in altari meo sp ardebit. Leu.6. quia in corde tuo Dei amor Leu. 6. semper ardere dẽt. Frigidus es vel tepi-B dus,uis accẽdere hunc ignem? accipe ligna,oĩs creatura. Lignũ est,quo ardet,ĩcenditurq; diuinus hic amor, q̃a oĩs illa beneficium Dei est,& oĩs similiter oñdit aliquid diuinæ bonitatis,est.n. Deus lux super oẽm lucem,sapor super oẽm saporẽ, bonitas super oẽm bonitatẽ,& denique fons perrẽnis, a quo uniuersa bona, q̃ in creaturis sunt ,pmanãt. Quẽadmo-Simile dũ solet intra mõtis cauernas contineri maxima uis aquæ,guttæ uero defluũt p rimulas, mõtis quas degustam⁹ sitiẽtes, sed si mõs aperiret' sitiẽtib. & uiderem⁹ pelagus aquæ interius latẽ,ibi uerè sitim sedare posemus. Est Deus noster pelag⁹ bonitatis,& pulchritudinis infinitę,ĩtra creaturas ille est,in illis uero solũ guttas cõspicimus,ex hoc pelago ,pdeũtes,quas degustantes aliquo mõ reficimur, sed si C nobis cõcederet' pelagus ipsum degusta-Ps. 16. re,ac uidere, ibi plene sitim extinguere-Ps. 36. mus. Satiabor,cũ apparuerit gloria tua q̃a torrente uoluptatis tuę potabis eos, nũc solum guttas uidemus, nunc cogno sco ex parte, ut Paul⁹ ait,nõ totũ sed par tẽ,n̄ pelagus,sed guttas. Hoc vero miris Can. 2 uerbis spõsa nobis exposuit,dicens. En ipse stat post parietẽ nr̃m prospiciẽs per cancellos ,pspiciẽs per fenestras,q.d. Non eum plene uideo, sed sicut vr̃ lilium, aut rosa,cum absconsa in parte sunt sub arũdinib. q̃ vulgo dĩ(tras vn encanado. Cõ

A greganthic vniuersi homines,& ab illis oībus ego interrogo, qd diligitis ò mortales. Hic dicit diuitias,ille honores,ille voluptates. Sed iterū iterrogo,qua rōne hæc diligitis, quisq; dicet in ee, ꝙ ego diligo,inuenio,nescio quid bonitatis,pulchritudinis,& excellentiæ, ꝙ me trahit, vt illud diligam: sed te nūc vrgeo, si res, quā diligis,huius pulchritudinis,& exellentiæ te allicientis haberet, nō ꝙ habet solum modo, sed duplum,nū illam diligeres? Dices,duplo magis eam diligerē, si.n.rō dilectionis crescit,crescet,& dilectio. Sed si centies tm̄ haberet,quid ageres,dices,cēties tm̄ eam diligerem: si millies tm̄, millie, si infinitum huius perfe-

B ctionis possideret, hic sisteres, dicēs,si infinite possem eā diligere, infinite diligerē:sed quia infinitum amorem hēre non possum,totum cor,totam aīam, vniuersas vires in ea amanda impēderem. Sed ò stulte,ecce,qualis est Deus tuus, quem non diligis,hic quem mō diximus. Vide quidquid boni i creatura est, & illi adde infinitū,& Deū dixisti,pulchritudo te,allicit, pulchritudo infinita Deus tuus est, thesaurus te delectat,thesaurus infinitus Deus est,delectatio te trahit,delectatio i finita Deus est,honor tibi placet, honor infinitus Deus est,potētia,sapientia,fortitudo, hæc & oīa bona in Deo infinita sunt: qūo ei cor totum non tribuis, qūo eū obliuisceris. Populus uero meus oblitus est mei dieb. innumeris,per prophetā ipse ait. Vere si infiniti essent angeli,

Hier. 2 si infiniti hoīes,& vniuersi Deum agno-

C scerent, quantum aīa Christi agnoscit, & amarent quantum aīa Christi amat, non tamen dilecta,& agnita maneret diuina bonitas,& cōquereretur, nō se agnosci & diligi vt oportet, nisi adesset ipse Deus,q se cōprehendēs,cognoscit, quantum cognoscibilis est, & diligit quātum diligibilis est. Sed rursum interrogas,qs est,& qualis Deus meus. Certe is,in quo vita sunt omnia,quæ in creaturis solum depicta sunt. hic intelligit Aug. illud Io.

Augu. Ioā. 1. 1. Quod factū est,in ipso uita erat. Acci-

Simile dit aliqn̄ eximiū pictorem sic flores, vel fructus in tabula depinxisse, ut aues celi ea videntes putauit vera esse,& ad ea venerint,ut pascerētur,sed picta esse,atten A dētes nec in eis cibū reperiētes inde auolant,vt veram quærant escā. Diuinus ille pictor penicillo suo sic ea, quę in ipso vi ua sunt, in creaturis efformauit, vt viua illa appareant, honor vē uerus, diuitiæ verę,delectatio vera,sed certe figurę sūt, non rei ueritas, præterit figura mūdi huius Pau.ait. Vis manifesta rōne agnosce re,non hæc vera bona esse, sed picta, eo saltem sensu vtere, quo apis,quæ non inueniens cibum in depicta imagine verā escam quęrit. Attende ergo tu, ꝙ nō ibi inuenis cibum,non satietatem,nō quietem: hoc ergo attēdens, ad Deum tuum euola,qui est verbum bonum qui est solidus cibus, in quo solo quiescere potes. 1. Co. 7

IN FESTO SANCTISSIMAE Trinitatis. B

Euntes,docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Matth. 28.

CONqueritur Dalila de Sampsone, Iud. 16 & ait, quomodo dicis, quod amas me,cum animus tuus nō sit mecum,noluisti dicere, in quo sit maxima fortitudo tua, non hæc poterit Ecclesia Christi sponsa ei dicere, diligit illam plusquam Sampson Dalilā,& ideo ait. Omnia,q Io. 15. audiui a patre meo,nota feci uobis. Cuius rei veritas hodie manifesta fit, cum summum secretum,& ꝙ secretum secretorum dici potest,ei aperte reuelet, mysterium S. Trinitatis. Huius verò mysterij cognitio propria est ecclesiæ, eique a Deo reseruata est,ut Basil.dicit li.2. con Basil. tra Eunom.& Cyril.li.9.in Io.c.30.Nā Cyril. licet aliq Patres antiqui mysteriū hoc co C gnouerit,sed pauci, Xpō.n.dn̄o reseruatū erat plura mysteria Ecclesię suę reuelare,ut ipsi & ueteres Iudæ senserūt.referēte Gala.li.2.de arcanis fid.c.1. qa mes Galat. siæ tpe implendum erat illud Es. Repleta est terra sciētia domini, sicut aquæ ma Esa. 11 ris operientis. Cum.n.hoc sit gratiæ, & amicitiæ tps nunc mysteria omnia,& secreta reuelanda erant, sed ut dignis oculis tantum valeamus mysterium intueri,gratia illos illuminari oporter,&c.

Breuis qdē euāgelij litera ē,sed myste rijs

A rijs abundás, summam.n.cõtinet totius nræ religionis. Primũ.n.ondit Xpi dñi dignitatẽ, & excellẽtiæ potestatẽ dũ ait. data ẽ mihi oĩs potestas ĩ cęlo, & ĩ terra. Et hac potestate mittit discipulos in vniuersum mundũ, vt eum ei subijciãt, sicut ipse, ut cęli possessionẽ capiat, ascẽdit. Vñ ait, euntes ergo, docete oẽs gẽtes. Vt impleatur illud Ps. Dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & possessionem tuã terminos terræ. Deĩde ostẽdit primum sacrum, qđ ianua est reliquorũ, dicẽs, baptizãtes eos Deĩde mysteriũ, Trinitatis explicite tradit, ĩ cuius inuocatione baptismus perficit, dicens, in nõie patris, & filij, & spũs sãcti. Hoc vero mysteriũ basis, ac fundamẽtũ est nræ religionis, & fidei. Quia vero fides sine operib. mortua est, nec satis ẽ ad salutẽ, nisi adsit obseruatio mãdatorũ, addit. Docẽtes eos seruare oĩa, quæcũque mãdaui vobis. Oĩa vero dicit, qa qui offendit in vno, factus est oĩum reus, ut Iacobus ait. Sed qa hæc mãdatorum obseruatio sine Xpi gratia esse non põt, & opus cõuersionis mundi sine excellenti Xpi domini auxilio effici nõ poterat, addit, ecce ego vobiscum sum oĩbus dieb. &c. quasi dicat. In diuino Eucharistiæ sacramento vobis præsens ero, & iterum auxilium meum perpetuo vobis aderit, vt mundum expugnare possitis, & mandata implere mea. Ecce literã euãgelij. & summã totius Christianæ religionis.

Psal. 2.

B

Iaco. 3.

Nũc de Deo nõro trino, & uno agendũ nobis est, q thesaurus est desiderabilis, đ quo apud Mat. dr. Simile ẽ regnũ cęlorũ thesauro abscõdito in agro. Multa ĩ hãc rẽ, & pclara, Rup. dicit lib. 1. de glorific. Tri. Qđ Deˀ noster thesaurˀ sit, pbatione nõ eget, est.n. ĩfinitus thesaurˀ est oẽ bonum, qđ Moysi se ostensurum pmittit, dicẽs, ostendã tibi oẽ bonum. Et tãtus thesaurˀ iste ẽ, vt explicari nõ possit. Vñ angelus eum represẽtãs ait, quid qris nomẽ meũ, qđ est mirabile? Idipsum dixit Angelus ad Iacob. Et inter Messiæ noĩa Esa. hoc numerat, mirabilis. Et inde est, vt plura noĩa habeat, nec tñ oĩb. his valeat explicari. Tãtˀ est Deus noster, ut si oẽs creaturæ uerterẽt ĩ ligua, eũ explicare nequaq̃ possent. Tãtus hic thesaurus

C
Mat. 13
Rupe.
Ex. 33.
Iud. 13
Ge. 32.
Esa. 9.

est, ut magnitudinis eius nõ sit finis. Hic est thesaurˀ ille desiderabilis, qui requiescit in tabernaculo iusti, quo solo ditissimus est, ẽt si oĩb. alijs careat. Hinc Aug. Qui te dñe hẽt, beatus est, licet reliqua nõ habeat. Et si reliqua cũ hẽt, & te nõ hẽt, beatˀ nõ est. Et si te, & oĩa alia hẽt, beatˀ est; nõ qa reliqua hẽt, sed qa te hẽt. Et tãtus deniq; hic Deus est, ut amplius nõ sit, aut excellentior Deus cũ uniuerso mũdo, q̃ Deˀ solus. Sicut.n. lineã maiorẽ nõ reddes addito pũcto, ita si Deo addideris uniuersas creaturas, punctũ, aut nihil te addidisse crede Merito Ps. ait. Beatus populˀ, cuiˀ dñs Deˀ eiuˀ. Te nunc iterrogo, est ne tibi Deˀ? possides Deum? Ais, credo, & cõiecturis teneo, me in gr̃a Dei esse, nec reprehẽdit me cor meũ, nullius lethalis mihi cõsciˀ sum. Sed multa alia mihi desunt, nõ est mihi salus, substãtia, honos. Nõ ista cures, solo Deo diues, & beatˀ est. Si uerò tibi Deˀ nõ est, licet vniuersa, q̃ ĩ mundo sunt, habeas, nihil te hr̃e crede, nihil boni habeas. Solˀ Deˀ desiderabilis thesaurus est, qa desideratˀ, huic nõ ualẽt cõparari, vt sapiẽs ait. Nõ ait, Deum maiorẽ esse reliquis oĩb. sed illi cõparari nõ posse reliqua oĩa. Vnũ.n. cõparari põt cum mille: sed finiti ad infinitum nulla est pportio, aut cõparatio: Vere totˀ desiderabilis Deus nr̃ est, tãq̃ infinitus thesaurus, Hinc est, qđ Euse. li. 2. pparat. Euãg. c. 8. ait nomẽ Theos (qđ est Deus) deriuari à nõie significãte amorem, & reuerẽtiã, quia statim cum auditˀ Deus, dilectione, desiderio, ac reuerentia affici nos oportet. An nõ hoc in nobis, dolendum est, qđ auditis argento, & auro, & lapidibus preciosis, ea concupiscimus, nec Deo, audito eum desideramus? quid expeti, aut exoptari põt nisi Deus?

A
Pro. 21
Aug.
Ps. 143
B
Pro. 3.
Euseb.

Thesaurus ergo Deus est, sed abscõditus, qui lucẽ habitat inaccessibilẽ. Vidit arã Paulus, cui titulus erat. Ignoto Deo, & est hic Deus, quem ego uobis annuncio. Proprius Deo titulus est, ignotus Deus. Hinc Es. Vere tu es Deus abscõditus, Deus Israel. Saluator. Ideo idẽ Propheta Dei faciem velatã à seraphinis asserit. Posuit tenebras latibulũ suũ vt ergo eum inueniamus, fidei lumẽ nobis cõcessit,

C
Act. 17
Esa. 45
Esa. 6.

A cessit, qua dirigimur, vt Deum inuenire possimus, & assequamur ea, q̃ de Deo lumé naturale ondit sine errorũ admixtione, & oẽs, ẽt indocti, ea assequi valeãt. Simul ẽt vt ea attingamus, q̃ natura assequi nõ valet de Deo, vt mysteriũ Trinitatis, & circa ista fides se hẽt ad modũ pspicillorũ occulariũ, quib. lõge distãtia videre possumus. Hæc vero recõdite mysteria oĩb. ẽt infimis de ecclesia, propalari voluit. Cõmune id fuit oĩb. religionibus, Latinis, Græcis ac barbaris, aliqua mysteria suæ religionis sublimia solis sacerdotib. & principib. reuelare, reliquis vero de populo ascõdere. Hoc fecerũt Parthi, Medi, Aegyptij, Phrygij, Asiatici, B Africani, Clem. Clem ẽs Alex. ait, Pytagorã, & Platonẽ, q leges reipublicæ dederũt, occulta, & mysterijs plena quędã inuolute dixerunt, vt sine magistro sciri ea nõ possunt, pceperuntq;, vt solis principibus, & sacerdotib. ea exponerent. Et cũ Deus legẽ Moysi dedit, (aiũt peritissimi Hebręi, Orig. Hilar. Orig. & Hila.) præcepit, vt populo eã proponeret. Sed altissima mysteria ĩ ea recõdita soli Aarõ, & Iosue exponeret, & ille Ps. 50. successorib. suis. Hinc grãs agit Dauid Deo. Incerta & occulta sapiẽtiæ tuæ manifestati mihi. Sed cũ in lege gratiæ præcipuã dilectionẽ Xp̃s ĩ Ecclesiã declarare voluerit: abscõdita mysteria vniuersi reuelauit. Vnde oĩb. loquitur. Iã nõ dicã Io. 15. vos seruos, sed amicos, qa oĩa, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis ẽt altissimũ, eorũ q̃ De⁹ nouit, Trinitatis. s. misteriũ, oĩb. voluit esse notũ. Impletumq; est Hie. 31. illud Hiere. & nõ docebit vltra vir proC ximũ suũ, & vir fratrẽ suũ, dicẽs, cognosce Dominum, omnes enim cognoscent me, à minimo vsque ad maximum, iam enim repleta est terra scientia Domini.

Mar. 13. Sed qa hic thesaur⁹ abscõditus dr̃, inquirẽdũ est, vbi sit abscõd. tus, Christus Dñs ait, ĩ agro abscõditũ esse, mirabilis pfecto abscõsio, nõ in cubiculo, nõ intra cubiculum, vbi cõsueuerũt hoĩes thesauros abscõdere ĩ thecis, sed ĩ agro, ĩ propa Can. 2. tulo, vbi omnib. pateat. Sicut alibi ait. Ego flos cãpi, & liliũ cõuallium, non flos hortorũ, qui cõclusi esse solent, sed cãpi, q oĩb. patet. Quo ergo absconditum dr̃, qđ in manifesto est? Id ostẽdemus, si primũ dixerim⁹, qs sit ager in quo abscõditus est. Primo ager iste, mũd⁹ est, mũdialis hæc machina, in qua si legere noueris Sap. 13. Deũ, poteris legere, & inuenire, qa vt sapiẽs ait, à magnitudine speciei creaturæ poterit cognoscibiliter creator horũ videri. Qđ si ordinẽ mirũ, q in solo corpore hoĩs est, attẽderis, Deũ eius authorẽ facile agnoscere poteris. Hinc Ps. Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me. Sicut. n. viso horologio (maxime si tibi ostẽderet illud, qđ nr̃a tẽpestate Ianelus fecit ĩ quo cęlorũ mot⁹ vniuersi continent) & eius miro artificio manifeste colliges, pcipuũ artificem illud fabricasse, ita q mirũ mũ B di huius ordinẽ, & humani corporis cõstitutionem tot partib. cõpingit viderit, Ps. 18. agnoscet Deũ summũ eius opificẽ. Hic Ps. Cęli enarrãt gloriã Dei, &c. Et iterũ. Ps. 103. Ps. Qui extẽdis cœlũ sicut pellem, &c. & producẽs fœnum iumentis. Legendus ille Ps. est, qui mirã Dei artẽ in mundi opificio describit, & tãdem ait. Quã magnificata sunt opera tua Dñe, oĩa in sapiẽtia fecisti. Sed quid nam est, extendi cęlum sicut pellem? Olim antequã papyrus inueniret, scribebatur in mẽbranis, & pellib. aĩalium, præcipue hircorum. Herodotus ait, in pellibus hircorum scribi solere, cum siccę essent, & ideo dicebantur biblij, & quia colligebantur, & complicabantur, dicebantur volumina. Nũc ergo Ps. ait. Extendis cœlum, sicut pellẽ, quia sicut extenta pellis ostendebat ea, quę in illo scripta erãt, ita cœli enarrãt Dei gloriam; in illisq; vt in pellib. scripsit Deus magnalia sua. Hĩc. Esa. ait. Et cõplicabũtur, sicut liber cœli. Et Ioãnes ait. Et cęlũ recessit. Sicut liber inuolut⁹; sicut. n. colligebatur, & cõplicabat pellis scripta, vt nihil appareret eorũ q in illa scripta aut depicta erãt, ita iudicij vltimi tpe cõplicãdi cę'i sunt, deerit eis lux, influentia, pulchritudo, quib. prius Dei magnificentiã ostẽdebãt. Erunt ergo tunc quasi liber inuolutus. Nunc vero extẽta pellis hęc est, & in ea legere possumus Dei magnalia.

Herodotus. Esa. 34. Apo. 6. C

En ergo Deũ thesaurũ abscõditu, & manifestũ. Abscõdit⁹ est, qa in creaturis latet, nec videtur, sed manifestus, qa ĩ oĩ crea-

A creatura illũ iuenire poterimus. Est ergo ignoranti abscõditus, sed consideráti in ꝑpatulo. Sicut.n. virga Moysi iã uirga ẽ iã coluber, ita res fidei faciles, & difficiles, manifestæ, & occultæ. Quod ĩ mora lib. & speculatiuis verũ hẽt. Durũ est iugũ, & suaue. Durũ vr̃ odiũ sui, sed suaue est, si attẽdas sic magis te ipsũ diligere, ac cõseruare. Dura mors, sed facilis, si atiendat laborũ finis. Durus vr̃ sermo de Eucharistia, sed facilis, si atiẽdat diuina potẽtia, & amor. Difficile Trinitatis mysteriũ, sed facile, sit testimonia illi⁹ attẽdas.

Nec solũ creaturæ ostendũt Deũ esse, sed ẽt ꝙ altissimus ẽ, pfectissimus, & fōs bonorũ oĩum. Aug. in confes. & Gerson ser. de Tri. sic alloquũtur aĩas suas. Exi- Augu. Gerso. sti ò aĩa mea ꝑ quinq; sensus tuos, ad cõtẽplanda oĩa q̃ sunt. Dic mihi aliquid de B Deo meo, nõ inuenisti illũ, dic mihi, ubi pascat, vbi cubet ĩ meridie, ne uagari icipiã, cũ q̃res? R̃ndet aĩa, inuestigaui Deũ, & non inueni, vidi terrã, interrogaui, an Deus meus esset, & r̃ndit, nõ, sed factura Dei: iterrogaui in mare, aerẽ, ignẽ, & cœlũ, & oĩa similiter dixerũt, ꝑfitẽtia indigna se esse Dei noĩe. Vñ dicũt. Ipse fecit nos, & nõ ipsi nos, ĩ uobis multæ iperfectiones, & mutationes, in Deo uero oĩs ẽ pfectio, sup nos ergo ascẽde, ut Deũ quæras. Ascẽdi superius, & ĩ spexit me, & uniuersos angelos, & ipsi ẽt dicũt, nõ sumus Deus. Quia in nobis potẽtia, & mutatio est. Deus uero actus purus est oĩ ornatus pfectione. Vbi ergo Deũ meũ inueniã? si .n. eũ inuenero, iueniã uitã, & fœlicitatẽ: si nõ inuenero, fletus mihi erit ꝑpetuus: Psa. 41 Fuerũt mihi lachrimę meę panes die, ac nocte, dũ dr̃ mihi quotidie, ubi est Deus tuus. Sed in his ipsis creaturis Deũ inue C ni cõmorãtẽ, ipse fōs est, a quo oĩa bona creaturarũ fluũt, ipse intra eas latens eis ꝑstat eẽ, & cõsistere, & ea q̃ sub ipso erãt, Esa. 6. replebãt tẽplũ, ut Esa. ait, ex diuina eterm infinita abundantia nobis parum relinquit boni, & oĩs creaturæ pfectio gutta Simile est, uel mica ex Dei mensa ꝑcedẽs. Quẽ admodũ .n. cũ in aula regia nuptias rex facit filio suo, multa ĩ regales nuptias parantur tum uestes, tũ cõuiuia, aliqua tñ supersunt, tũ ex cibis, tum ex vestibus, q̃ minimi sunt momẽti, & illa p fenestras A proijciuntur, ut ea colligat primus, quilibet trãsierit: accedũt pauperes, & infimi de plebe hoĩes, & illa maxima auiditate arripiunt, putantes aliq̃d esse magnũ, cũ tñ fere nullius sint ptij, ita plane nobis accidit, ĩ cęlo regales sunt nuptię, ibi Dei mẽsa abũdãs, ibi gloriæ uestes cõficiunt, nobis uero reliq̃æ pijciũtur, & ea, q̃ sub ipso erãt, replẽt mũdũ. Sed ꝗ hęc oĩa sũt? certe nihil e ea Deus hẽt, cũ ea proijciat, vt quisq; ꝑ arbitratu ea colligat, & vsurpet. Ostẽdit.n. ille q̃ paruo pretio ea hẽat dũ fidelib. infidelib. pctõribus, & iustis ea ex ęquo reliquat, nec.n. inimicis ea cõcederet, sed filijs seruaret, si magna eẽnt.

Quis ergo Deus nr̃ est? is plane q infinita cõtinet bona, q̃ infinite pfectus est, B nihilq; in eo est, ꝙ mirabile nõ sit: unde ei canũt seraphini, sanctus, sanctus, sanctus. Tantus Deus nr̃ est, ut sp illi debitor sis, siue ab eo recipias, siue ei aliquid dones, ẽt si ei inseruias, debitor efficeris, & obseq̃a illi ꝑstita debita sũt maxima, & quo maiora ꝑstiteris, eo magis ei debes, si obseq̃a ei ꝑstas, bñficiũ maximũ ti bi ille cõfert, si ea suscipere uelit, & cum plura ꝑstiteris, ei gr̃as referre debes, & genib. flexis, dicere, gr̃as tibi ago, q̃a uoluisti me, tibi obseq, ac ministrare. Ita loq̃tur Abrahã. Si inueni gr̃am ĩ oculis tuis Ge. 18 ne trãseas seruũ tuũ, sed auferã pauxillũ, aquæ, & lauẽtur pedes vestri. Quasi maximũ sibi ꝑstitũ beneficiũ putauit, ꝙ ab eo obsequiũ sibi exhiberi pateret Deus. Quare maxim⁹ Deus ostẽdit, cũ tãtus sit ut ipsi ministrare nobis gloriosum sit, & C expetẽdũ, & loco bñficii habẽdũ. Principes terrę, quasi Dij haberi nolũt, & iõ, cũ alicuius famuli ministerio utũtur, beneficiũ ei cõferre magnũ putãt. Sed reuera illud ñ ita ẽ. In solo Deo id uerũ ẽ, deberẽt uero principes Deũ imitarĩ, eo, ꝙ ministrorũ indigẽtiæ, & necessitati subuenirẽt, sicut Deus, sed id non præstant.

In agro creaturã Deũ thesaurũ abscõditũ uidimus, iã alium agrum cõtemplemur. Præcipue in agro diuinæ scripturæ hunc inueniemus thesaurũ, ait Rupert⁹ Rupe. vbi supra: ager uero dr̃ diuina scriptura, quia in publico est, & in manifesto, & cũ

A ctis hoib. facilis lectu. Licet .n. adeo est profunda aliqñ, ut in ea natent elephantes. Sed adeo est et aperta, ut agni eã tran-
Aug. suadare possint, ut Aug. ait. Et iõ ut Ru-
Psa.86 pertus notat Ps. dñs narrauit in scripturis populorum, i. in scripturis, q̃ ab oibus populis legi pñt. Scripsit Plato, & Arist. sed eorum scripta populorũ dici nõ possunt: simplices. n. ẽ se repellũt & anfractibus, & difficultatib. plena. No sic diuina
Hab.2 scriptura: unde Habacuc ait. Rñdit mihi dñs, & dixit, Sribe uisum, & explana eum super tabula, ut percurrat, qui legerit eum, i. ut magna cũ facilitate legatur quæ. n. necessaria saluti sun t aperte manifeste in scriptura diuina traduntur.

In hoc ergo scripturę agro absc̃oditus est thesaurus, De⁹ noster trinus & unus.
B Sed ĩ qua parte huius agri? Rñdet Ruptus in uniuersa scriptura ab initio vsque ad finẽ. Mirabilis ꝓfecto absc̃osio, dum ĩ toto agro reperit, ꝙ absconsum est, diuinã hãc esse ueritatem oñdit, ꝙ eã dixerit diuersi scriptores diuersis tpibus, & locis. Opus plane diuinum hoc est, de quo
Iob.3 ipse gloriatur, cum ad Iob ait. Nunquid
Greg. cõiungere ualebis micantes stellas Pleiades, ubi Gre. 26. mor. c. 7. sic explicat, Illę stellæ Pleiades dictæ sunt a pluralitate vulgo dñr (las siete cabrillas) q̃ ita inter se sunt cõiunctæ, ut simul diuiſę sint, nec vllo mõ iungi valẽt, nisi eas Deus cõiungat. Greg. quid micantes septẽ Pleiades sunt nisi sancti, q nos in tenebris huius mundi septiformis spiritus gr̃a illustãt, qui ab initio mũdi ad prophetandũ missi, in aliquo cõiuncti, & in aliquo diuisi, sunt disiuncti loco, quia nõ se cõtingunt sed cõiuncti ordine, luce, & influxu. Sic
C sancti disiuncti loco, & tpib. fuerunt, sed simul micãt quia ueritatem unam prædicant. Quam diuersis tpibus Abel, Esai. & Io. apparuerunt diuisi quidẽ tpe, sed
Gen.4 nõ luce, non pdicatione. Nam Abel Xpi passionẽ significans, agnum in sacrificiũ
Esa.53 obtulit, De quo loquens Esa. ait, sicut agnus coram tondente se obmutescet. De
Ioan.1 quo & Io. dicit, ecce agnus Dei. Ecce diuersis tpib. missi, sed cõcorditer de Xpi passione, & innocentio sentientes eundẽ agnum Ioannes oñdeudo. Esai prævidẽdo, Abel offerẽdo locutus est, & quẽ Ioannes in ostẽsione, quem Esa. in locutione, hũc Abel significãdo in manib. tenuit. A
Quia uero qũo Pleiades d Xpi humanitate cõcorditer sentiãt, diximus, dicam⁹, qũo de Trin concorditer luceant. Diuersis tpibus Moyses, Dauid, Esai. Ioa. Paulus, & multi alii mundo luxerunt. Sed nullus ab altero diuersum sensit, quia, etsi semetipsos nõ nouerãt facie, sed idẽ cognouerãt ex diuina reuelatione, Moyses. n. initio Gen. Trinitatẽ ostẽdit, cum Gen.1.
dicit. In principio creauit Deus cœlũ, & terrã, & spũs dñi ferebatur super aquas, q a pr̃ per uerbum ꝙ est principium, oĩa fecit, & Spũs S. sup oĩa facta ferebatur.
Et Ps. ait. Benedicat nos Deus, Deus nr̃, Psa.66
benedicat nos Deus, & metuãt eum oẽs B
fines terræ, ter Deum noĩat pp tres psonas dicit uero, metuant eum, pp essentiæ
unitatẽ. Et Esa. idẽ mysteriũ edoctus a Esa.6.
Seraphinis audit, sanctus, sanctus, sanctus, Addit vero dñs Deus pp unitate essentię. Et Io. ait. tres sunt qui testimoniũ 1. Ioa.
dãt in cœlo, pr̃, verbum, & Spiritus S. &
hi tres unũ sunt. Et Paulus, ex ipso, & p Ro.11
ipsum, & in ipso sunt oẽs, & ut unitatẽ essentiæ ostẽdat, addit ipsi gloria in sęcula sæculorum. Quasi ergo in uno loco Pleiadas sitę sunt, quia de Deo concorditer sentiunt, & tñ se ipsas non tangunt, quia temporibus, & locis diuersi sunt.

Locus est celebris de hoc mysterio, & de incarnatione uerbi apud Esaias. Vbi Esa.84
loquẽs Deus filius ait, nõ a principio in absc̃odito locutus sum. ex tpe anteq̃ fieret ibi eram, & nũc dñs Deus misit me, & spũ eius, quib. uerbis Deus missus, & Deus mittẽs, & spiritus eius ostenditur.
En Pleiades sibi cõcinnẽtes. Quod bene Eze.1.
Ezech. 1. describitur, qui cum diuersi generis aialia uidere se diceret, adiungit: C
Iunctæq; erãt pennæ eorum alterius ad alterum, quia licet diuersa animalia sint, sed uno sensu eorũ uoces ligãtur, & licet unus oĩa rõnabiliter agendo, fit hõ, alius nihil mũdi formidãdo, fit leo, alius se offerens uiuã hostiã Deo, fit uitulus, ali⁹ cõtẽplatione se in alta rapiendo, fit aquila, tñ oẽs alas habent, quib. se in alta erigendo, & in diuinis mysteriis, perringendo,

A do, septingũt. Quia uero si oẽs illos conformare diuinæ uirtutis est, rectè a Deo dr̃, nunquid ualebis coniungere micãtes stellas Pleiades? ut ego, q̃ unus oĩa impleo, atq; in unitatis sensu electorũ mentes implendo cõiungo, hęc Greg. & Leo Papa in sermone de trãsfiguratione air. Quid hoc stabilius, quid firmius uerbo, ĩ cuius prædicatione veteris, & noui testamenti concinit tuba, & cum euangelica doctrina antiquarum protestationũ instrumenta cõcurrunt? astipulantur enim sibi inuicem vtriusque fœderis paginæ.

Diuina ergo scriptura nobis tradit, Deũ nr̃m unum essentia, trinũ personis.
Eufeb. Hesiodus (ut refert Eus. li. 3. præp. Euãg. c. 15.) posuit in sola terra triginta mille
Augu. Deos, de qua re plura Aug. in li. de ciuit.
B Sed præcipui philosophi horũ Deorum vanitatem agnouerũt, docueruntq; unũ
Plut. esse Deum, inter quos præcipuus fuit Socrates, q ppẽa neci traditus fuit, qa vnũ Deum docebat, ut Plũ ait. Et eadẽ rõne
Eufeb. Anaxagoras psecutiones passus est. Refert ẽt Eus. li. 5. præp. Euang. c. 10. Plat. idẽ sæpe dixisse, & ad Dionys. epist. scripsisse, in qua aiebat. In hoc agnosces epistolas meas, quas magno scripsi studio, ad amicos mihi charissimos, ꝙ ĩ illis initiũ erat hoc nomẽ Deus, cuius noĩs uirt⁹ magna mihi est manifesta. In reliqs uero epistolis iocosis Deus noĩo vulgi condescẽdens errori. Et manifesta rõne naturali cognoscit' unicũ esse Deũ: Deus. n. infinitè pfect⁹ est, ergo unus dũtaxat est, quia si plures essent, aliquis eorũ aliqd hẽt, quo alij carerẽt, & ideo infinitè pfecti nõ essẽnt. Idem ostendit D. Th. 1. p. q.
D.Th. 11. ar. ex ordine, & unitate vniuersi, quæ enim diuersa sunt, in vnum ordinem nõ
C cõuenirent nisi ab aliquo uno ordinarẽtur, Deus ergo qui ea connecti, unus est.

Ex hac Dei unitate colligẽdũ est, ut ei placeamus, si. n. eũ irritam⁹, ñ relinquit' nobis Deus alius, cui adhærere possim⁹. Si rex Hispaniæ tibi irascit', diuertere poteris ad regẽ Galliæ, vel ad alium regẽ: sed si Deus iratus tibi fuerit, nõ est Deus alter, ad quẽ confugias, si in infernum te trudit, nõ est qui te eripiat. Hinc ille Vi-
De. 32 dete, ꝙ ego sim solus, & nõ sit ali⁹ Deus pter me, ego occidã, & ego viuere faciã, A
& nõ est qui de manu mea possit eruere.
Hic Ps. Quia nec ab oriẽte, nec ab occi- Ps. 74.
dẽte, nec a desertis mõtib. auxilium. s. vo
bis esse poterit, qm̃ Deus iudex est. Hinc Es. 10.
Es. Quid facietis in die uisitationis, & calamitatis de lõge uenięris, ad cuius cõfugietis auxiliũ? Hinc Hiere. air. Filia po- Hiere.
puli mei accingere cilicio, & cõspergere cinere, luctũ unigeniti fac tibi, planctum amarũ. Qui plures hẽt filios, licet unus moriat', luget atiquo leuamine, qa alij ei restant, sed q unicum hẽt filium, & eum amittit, nulla leuat' cõsolatione, sed amare flet. Ita si Deum per peccatũ amisisti, fac unigeniti planctum, quia nullus tibi Deus reliquis est, iõ eũ recuperare cura.

Simul ẽt præclare nobiscũ actum est dum unicus Deus nobis est, qa unus est B
cui placere debemus, nemo. n. pt duobus Mat. 6
dñis seruire, & ideo nec plurib. Diis, iõ illi soli seruies, cui si placeas, nihil desiderandum restat. Quãdo uero audis illud 1. Co. 8
Pauli. Sunt Dij multi, & dñi multi, & sępe in scriptura Deo dici sacerdotes, reges, & iustos, hęc sic accipe, ut eos credas Dei uices in terra gerere, eius personam agere, quo doceris, magna apud eos reuerentia esse, illique intelligant, q̃ similes Deo esse debeãt in iustitia, & sanctitate, & beneficẽtia in oẽs, iusti uero Dij dicũtur pp. diuinæ naturæ participationem, 1. Pe. 1
quã per gratiã habent. Vt Petrus ait. Ex quo colliges, quãta res gratia sit, quæ ita hominẽ extollit, ut Deus dicatur, & sit.

Sed Deus noster trinus etiã est in personis. Hæc distinctio necessario in Deo erat, vt sit in Deo amicitia, sine qua beatitudo constare non posset. Hinc Boe- Boet.
tius. Nullius rei sine consortio iucunda est possessio, & Cicero, de Amicitia air. Cicer.
Licet de honoribus, & diuitijs diuersæ C
fuerint opiniones, & plures ea reiecerit, sed de Amicitia omnes consentiunt, necessariam esse. Vnde si aliquis omnibus bonis ditatus in deserto loco solus cõstitueretur, vt bonis omnibus frueretur, sed sine socio, & amico, beatus nequaquam esset, nec perfectè frueretur bonis illis, cũ solus esset. Et hinc Architas Tarentinus aiebat. Si homo in cęlum vsq; vehere-

A vereretur, unde oĩa naturalia uideret, & celeste, & terrenã pulchritudinẽ cerneret, in suaue ei hoc esset, si amico careret.
Ge. 2. Huic cõsonat illud Ge. Nõ est bonũ, hoĩem eẽ solũ: faciam⁹ ei adiutoriũ simile ſibi. Ne ergo solus, ac solitarius Deus nr̃
Ricar. sit, diuersitas psonarũ fuit necessaria. Ricar. li. 3. de Trin. ait. In Deo est oĩs bonitas, & pfectio, ergo ẽ amicitia, nec satis ẽ amicitia ĩ creaturas, q ab ęterno nõ sũt, Deus āt æternus est. Est uero ĩ Deo amicitia sũma, ac infinita, qa amicitiã cõciliare solet bonitas, pulchritudo, cõsanguinitas, similitudo, hęc uero oĩa ĩ diuinis psonis ĩfinita sunt. Producit pr̃ filiũ, & alter ĩ altero uidet sũmã bonitatẽ, pulchritudinẽ, & unitas tãta iter eos est, ut unũ ĩ natura sint, & quisq. infinitũ alterius amo
B rẽ uidet, & iõ ĩfinita eorũ ẽ amicitia, vbi uero infinitus amor, ibi infinitũ est gaudiũ re dilecta pſente, ibi infinita beatitudo. Hãc uero ĩfinitã dilectionẽ patris, & filij ĩ amore parẽtũ De⁹ adũbrare uoluit q re uera mirabilis est. Quid mirabilius amore Dauid ĩ Absalõ, q quo mori cõcupiuit? Et ĩ aiantib. eadẽ dilectio cernit, dũ ab ore cibos tollũt, ut filijs dẽt, & Pelicanus sanguinẽ filij dat ĩ cibũ. Hãc qdẽ dilectionẽ De⁹ parẽtib. dedit, vt filiorũ educationi pũideret, simul uero uoluit imaginẽ pponere infiniti amoris sui ĩ filiũ. Est uero ĩ hoc dissimilitudo, ꝙ maiori dilectione parentes filios psequunt̃, ꝗ filij parẽtes. In Deo vero nõ sic, sed sicut pr̃ ĩfinita dilectione filiũ diligit, ita uicissim fili⁹ patrẽ, & sic ambo ut unũ principiũ spirant Spũ. m sanctũ. Qd si lętat̃ dñs in opib. suis, & mũdo cõdito requeuit, & læ
C tatus est, & ait diuina sapiẽtia, & dlecta
Pro. 8. bor p singulos dies, ludẽs corã eo oĩ tpe, quale erit diuinũ illud gaudiũ, ꝙ pr̃ cum filio, & Spũsancto hẽt? Hic Arist. 12. me
Ari. 12 metap. tap. Dei beatitudinẽ in sui ipsius cõtẽplatione posuit. His De⁹ ante mũdi cõstitutionẽ attẽdebat sui cogniti oni, ac amori. Cũ ergo amici sit lætari de bonis amici, tanq̃ d suis, si Deũ diligis ò hõ, hanc Dei tui gloriã cõsiderãs lætare, & ei cõgaude, ac cõgratulare, & quo pl⁹ Deũ dilexeris, eo plus cõgaudebis eo diuino spectaculo inspecto. Et sicut diuinæ psonæ se diligũt se mutuo cõspiciẽtes, sic hõ p modulo suo eas diligit, & gaudet, & hoc facto in cõuiuio Trinitatis cum Trinitate beatissima A
Mat. 25 epulat̃, eiq. dici pt illud, itra ĩ gaudiũ dñi tui, qa idẽ obiectũ est nr̃æ, & diuinæ beatitudinis. Sed Plotinus philosophus ĩ li. Ploti.
de Pulchro ait, q diuinæ fęlicitatis particeps esse vult, diuinã puritatẽ, & diuinos mores imitet̃, deiformis efficiat̃. Audiamus ergo Ps. monẽtẽ. Nõ erit in te Deus Psa. 80
recens, nec adorabis Deũ alienũ, ego. n. sum dñs Deus tuus, sed quinã dij sunt recẽtes, & alieni? Deus nr̃ æternus ẽ, & nr̃ est, alij vero Dij recentes sunt, qa ex tpe sunt, & alieni, ac inimici nobis sunt, alieni ẽt, qa ut dñs ait, si ĩ alieno fideles non fuistis, &c. aliena oĩa tpalia sunt, & q ea colũt, Deos alienos colũt. Hmõi Dij illi B
erãt, quos apud Ezechielẽ quidã colebãt. Lu. 19.
Quorundã Deus vẽter ẽ, aliorũ, vero ho Eze. 8.
nor, aliorum diuitiæ. Sicut Dij multi, & dñi multi, sed nobis unus ẽ Deus, Paul.
qa hic solus sanctus, hic solus altissimus. 1. Co. 8

IN FESTO SANCTISSIMAE. Trinitatis, Concio Tertia.

The. Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Matth. vlt.

Tertullianus initio librorũ de Trinitate, ait, sicut dulce lumẽ solis, & p ficuũ oculis ẽ, sed si illum aspicere velis fixis, i mmotisq. oculis, in discrimã maximũ uenĩet. Ita de Deo agere culce, & pficuum hoĩ ẽ, sed si diuina mysteria cõpræhẽdere volueris, piculo plenum ẽ. Quia Tertu.
ut sapiẽs ait. Sicut q mel multũ comedit nõ est ei bonũ, sic q scrutatur est maiestatis, opprimet̃ a gloria. Hĩc ẽt Sapiẽs monet. Altiora te neq sieris, & fortiora te ne scru tatus fueris, sed q̃ pcipit tibi Deus, illa cogita sp. iõ diuinorũ sciẽtia cũ timore tradẽda, & audiẽda est. Hinc Sapiens. Prou.
Eccl.
C
Ne festinet os tuũ, ut d Deo loquaris, qa tu es ĩ terra, De⁹ ĩ cælis. Sicut. n. mel dulce ẽ, & salubre, sed si eo satieris, euomes illud, ita Deus noster dulcis ẽ, & rectus, sed tentandũ non est illũ cõprehendere, hoc. n. est melle satiari, ꝙ nobis discrimẽ afferet maximũ. Hinc Sapiẽs. Mel inuenisti, comede, ꝙ sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud. Mel hodie inuenimus, dum

A dum Dei scietia nobis pponitur, sed ut par cissim⁹, & ĩ mẽsura gomor hoc M⁹anhu colligam⁹, opus uobis est diuina gratia, q̃ Mariæ intercessione impetrabimus.

Cui nã sanctorum dieẽ festũ hodie agimus? Deo nr̃o. De hoc nobis hodie agendũ est, verè dignũ, & iustum est, ut aliqñ in terra de eo sermonẽ habeam⁹, de quo in celo semper nobis agẽdũ est: ibi verò de Deo solũ sermonẽ hẽbimus. De alijs sanctis plura dicere solem⁹, in eorũ celebritate nomẽ, magnitudinẽ, antiquitatẽ, opam: hæc hodie de Deo dicamus, q̃ est nomen eius, aut qd nomẽ filij eius si nosti? Deus dr̃, quotannis pcessit? Aetern⁹
Pro.7. est à sæculo, & vsq; in sæculũ tu es De⁹,
Psa.40 q̃ fuit, & est magn⁹, magnitudinis eius,
B non est finis. Ecce Deus magnus vincẽs
Ps.144 sciam nr̃am. De reliquis Dijs gentiũ vilissima, & abiectissima tradita sũt, et me
Iob.36. moriæ mãdata. De Deo vero nr̃o nihil dici põt nisi magnũ, et infinitũ. Quis ergo de Deo tãto loquet? Solus Deus se cõprehẽdit, seq; pfecte nouit, & iõ solus ille pfe-
Psal.2. ctè de se loq̃: locut⁹ vero de se bona est, eũ verbũ diuinũ dicẽdo pduxit. Cũ dñs dixit ad me, filius me⁹ es tu, ego hodie genui te, tunc se ostẽdit infinitũ. Creatura vero imperfectè Deũ cognoscit: vñ imperfectè de eo loquit. Ais vero, dic mihi, quis est hic Deus meus? hoc nosse cupie-
Berna. & diuinitatem Christi, quę Bernar. dicit esse tria farinæ sata, q̄ Maria cōmiscuit sua gr̄a, hanc ut obtineat nobis precemur.

Nullum nō mouit lapidem Deus noster, ut a nobis diligeretur, & ad hoc immensa in nos contulit beneficia, q̄ quasi ui nos traherent ad sui amorē. Et huius rei gratia cum multa homini dedisset, tādem se ipsum dedit, ultra hoc nihil illi re-
Eph. 5 stabat dandum, Eph. 5. Chr̄s dilexit Ecclesiā, & tradidit semetipsum pro ea. Et
Gal. 2. ad Gal. 2. In fide uiuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum ꝓ me. Postq̄ se Chr̄s dedit nobis, nihil restabat ei qđ
B daret, nec nobis ꝙ petere possemus: quid ergo iam nobiscū agat diuina bonitas? ex parte rei datæ nihil restabat dādum, nihilominus tn̄ adinuenit modos diuersos, quib. se nobis exhiberet, & ex se ipso diuersos, quib. se nobis exhiberet, & ex seipso diuersos conficit cibos, ut diuersa
Simile fercula sui ipsius nobis proponat. Quēadmodum cum in domum tuam repente diuertit hospes a te maxime dilectus, & honori habitus, cūque uelis ei multa dare fercula, solū inuenies in domo tua cibum unū ex eo ergo præcipis fieri plura fercula, diuersa arte eundem cōdiēdo cibum, sicq; amplam ei proponis cœnā. Postquam se Deus nobis dedit, aliud nō hēt, ꝙ dare posset, ideo se ipsum dat mille modis, pluribus diuersisque rōnibus
C nobis coaptatum, & in cibus his summā ondit amorem: factus est nobis uia, ueritas, & uita, fit pastor, sacerdos, sacrificiū, pater, rex, frater, medicus, doctor, dux, factus est nobis iustitia, sanctificatio, & re-
1. Cor. demptio. O diuina bonitas quot vteris adinuentionibus, ut nobis sis omnia, ut te diligam⁹. Notas facite in populis adin-
Esa. 15 uentiones eius, Esai. ait, ut sic ab omnib. diligatur: si spōsa diligit spōsum, tu spōsus es noster: si filius patrē, tu pater es: si ouis pastorē, tu pastor es, nunc ergo dn̄e tu qui manna es, habens oīs saporis sua-

uitatem, & iō in diuersa potes trahi fercula, fac de te tandē ferculū dulcissimū, & amantissimum: ostende amorē tuum maxime, ut nullo modo tibi cor resistat, faciā liberer, caro mea uere est cibus, quo ostendit summā, & ardentissimā charitatem suam, dum nobiscum mirabilem efficit vnionem, qualem facit cibus cū comedente. Sed dubitas. Qūo Deus tātus pt̄ esse hominis esca? & infinite substantiæ cibus, qūo aptus esse potest infirmo homini? Respondetur, quemadmodum cum propter infinitatē cordis indiget homo grano succini, qđ vulgo dr̄, ambar, quod si integrum sumeretur, ac solū, occideret sumētem, ꝑ nimiam fumositatē, sed accepta alquitita, & sacaro, cū his succinū conteritur, & efficitur sacari torta, quæ dr̄ vulgo, Alcorza, quā sumens vim succini sentis, quia in ea est, nec nocumentū infert, imo corde prodest, & cōtinuo odorē succini spargis. Sic Deus noster infinitus cibus, nec homini aptus, vt cibus hominum conueniens esse possit, exinaniuit se, fact⁹ hō, & amplius exinaniuit se, sub specieb. huius sacramēti positus, fitq; lac ex alimento solido, ut pueri cibus conueniens sit. Edis ergo Deū in speciebus panis, sub quib. Deus est, uel succinū sub saccari torta, quasi mutato habitu, sed cōtinuo hoc sacro recepto sētis intus diuinam uirtutem cor cōfirmātem, cōtinuo redoles Deum tua conuersatione, & colloquio, de qua re Ioel. 2. & implebuntur areæ frumento, & redūdabit torcularia uino, & oleo, & reddā vobis annos quos comedit locusta, bruch⁹, & rubigo, & eruca, fortitudo mea magna q̄ misi i uos, & comedetis uescētes, & saturabimini, & laudabiti nomē dn̄i Dei vestri, q fecit mirabilia uobiscū, & non confundetur populus meus in sempiternū. Loquitur propheta de gratiæ lege, unde promissiones istę sp̄ualium fructuū sunt. Præcesserat erāt ergo legis sterilitas, i qua solū erāt egena, & uacua elementa, sed uenit iā fortitudo magna patris ad nos missa, filius eius, q est patris fortitudo, hic factus est cib. noster, accōmodatus nobis sub specieb. panis, & uini, de quo ait, fortitudo mea magna, quā

Margin notes (right column): A; Simile; B; Ioel. 2.; C

A missi ad uos: & addit, comedetis vescẽtes, idest epulantes: parabitur uobis grande cõuiuium, quia caro mea vere est cibus, vel aliter comedetis vescẽtes: qa duo sũt in hoc sacramento. Primum, exteriora illius, quę fides profitetur, mirabilia, quę i eo sunt, quę fide intelligimus, hęc comedite vescẽtes, id est, uocantes ea sine masticatione. Sicut dr Exod. 13. de agno paschali, caput cum pedib. vorabitis: uorare (Ex. 13.) est sine masticatione gluttire: comedetis ergo festinãter eã, quæ fides pfitet, q accidẽtia sine subiecto sunt, q magnus sub paruis speciebus: q Xps in qualibet earum parte, hæc festinanter deglutiẽda sunt. Scdum verò, q est in hoc sacro, est B Christus latens. hoc verò comedetis, vescente, i. considerantes maiestatẽ Christi, quam recipitis, dijudicãtes hũc panẽ a vulgari pane, qa caro mea ẽ cib. aĩarũ vestrarum, ego.n. instituto sacro eucharistiæ, ea uobis cõparabo in cibũ, & potũ, ideo, cum magna reuerentia percipite.

Sed ueritatẽ istam, caro mea uerè est cibus, quam initio proponit Euãgelij, pbãt tribus rationibus, quæ sequuntur in Euangelio, quibus expositis, series uniuersi Euangelij perspicua manebit.

Prior ratio illa est, qui manducat meã carnẽ, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Sicut.n. cibus uniri debet cibato, & cibatũ cibo, ut unum in alio sit, & adinuicem se contineat, sic qui me manducat, in me est, & ego in eo. Audiuimus, per sæpe Christũ nobis datũ a C patre esse, & datus quidẽ nobis est in incarnatione, natiuitate, & passione, cũ p nobis ista oblatus est, sed hæc donatio cõsũmatur pficiturq; in eucharistiæ sacro, cũ cuilibet fidelium totus tribuit Christus in cibũ, quia tunc in te manet, & tu in illo. Licet enim per alia sacramẽta, & bona opera Christ⁹ noster efficiatur, sed complete fit noster hoc sacramẽto, q iõ dicitur communio, & sacramẽtum unitatis, quia per illud maximẽ Christũ unimur, iõ alia sacramẽta hoc respiciunt, ut finẽ, quia in hoc summa fit unio, nõ per gratiam solum, sed realiter p pręsentiã corporis Christi. Hęc vero unio explicat maximẽ, dum cib. dicitur, multa quidẽ hois esse dicitur, sed nihil sic hois est ac A cibus, quo nutritur. Tua est domus, quia eã incolis, & tua hæreditas, quia eius fructus capis, sunt tua accidentia, quæ in te sunt, quia ijs denominaris, est tua man⁹, aut pes, qa partes sunt tui. At cibus est tuus, qa ille totus efficitur tu ipse, penetrat te totum cibus, quo aleris, & capite ad pedes vsque tibi coniungitur, oẽm penetrans tui corporis partẽ, unde cib. est oculus tuus, est manus tua, est pes, est denique oĩa, quia intime oĩ parti tuæ coniũgitur, nihil tui separatum a cibo est, est quidẽ manus separata a pede, & oculo, sed non a cibo, dicere ergo Xpm se cibũ, est dicere summam cum hoie unionem, B q hoc sacro perficit, est dicere in eo nos oĩa hre, esse manus nras, pedes, oculos, & deniq; oĩa. Hic merito vsurpare põt (Can. 1) aĩa illud sponsę. Dilectus meus mihi, nihil speciale dicit, q sit, quia oĩa est. Hanc mirabilem unionem, quæ hoc sacro perficitur, declarat Cyrillus Alexandrin. libro 10. in Ioan. ca. 13. dicens. Sicut .n. si (Cyril. Simile) quis liquefactæ ceræ aliã cerã infuderit, alterã cũ altera p totã cõmisceat, necesse est, sic qui carnẽ, & sanguinẽ dñi recipit, cum ipso, ita coniungitur ut Christus in ipso, & ipse in Christo inueniat. Simile quodammodo apud Matthæum compe- (Ma. 13) ties. Simile est, ait regnũ cœlorũ fermento, q acceptũ abscõdit mulier in farinę satis trib. Sicut parũ, ut Paul. ait, færmenti totã massam fermẽtat, sic paruula bñdictio totũ hoiem in seipsam attrahit, & sua gratia replet, hęc Cyrillus. Qd ut nobis Ecclesia significet aquã in calicẽ mitti, q intimè uino coniuncta, in illud vertitur, ut sic nos in Christũ conuerti de- C signet. Hicque impletur illud Pauli. Erũt (Eph. 5.) duo in carne una, ego ãt dico in Christo, & in ecclesia. Hilar. 8. de Tri. hanc vnionem naturalem appellat, quia realiter, & vere caro Christi nobis coniungitur. (Hilar.)

Ex qua doctrina duo nobis colligẽda sunt. Primũ, sicut in cibo corporali, quia oĩa repeler, oĩa penetrat, hẽt hõ oĩa, hẽt oculos, pedes, man⁹, & reliqua oĩa sic in Xpo recepto hoc sacro, hẽt hõ oĩa, ut sit Deus omnia in oĩbus, oẽm ergo interiorem pascit hominẽ, auget fidem, accen-

dit

A dit charitate, roborat spem, omnē denique interiorē hoīem confirmat. Reliqua sacramēta suos habent peculiares effectus, reliqua uirtutum exercitia singulatib. uirtutib. inseruiunt. Sed hoc sacramētum, ut cibus omnia perficit, vniuersale omnium est remedium. Et licet hēat suum peculiarem effectum, ut uitam sci licet cōseruare, & augere, ut cibus, sed q̄a fons omnium bonorum X p̄s hic realiter est, & cibus efficitur, ad omnia deseruit. Reliqua sacramēta nobis sunt, sicut pes, aut manus, sed hoc veluti vniuersū est corpus, ad vniuersa se extendit, ad q̄ alia sacramenta, tanquam ōib. superius, ad uniuersa inquam, quæ gratiam respi

B ciūt, merito proinde figuratur illo manna, de quo Sapiē. 16. substantiā .n. tuam, & dulcedinē, quam in filios habes, ostendebat. & deseruiēs uniuscuiusq; volūtati, ad q̄ quisque uolebat, conuertebatur, Aug. in Ps. 34. Panis est panis, nō vinū, caro est caro, non panis, aurum non est argentum, sed X p̄s in eucharistia oīa est tibi. Ex quo sequitur, hic fieri miraculū grāde, quod cum unicum ferculum proponatur, est tñ conuiuium regium, quia est oīs cibus, merito proinde X p̄s ait caro mea uere est cibus, illum .n. uere cibū corporis diceremus, q̄ esset oīs cibus, omnem habens saporem, oēm uim ciborū, & uirtutem ut manna, hac ergo ratione Christus uere cib. est, quia intime nobis unitus est, oīa nobis, & omnem in se habens uirtutē, omnia nobis cōfert bona.

Sap. 16

Aug.

Secundū uerò ex hac intima unione cibi nobis colligēdum illud est, q̄ graue sit piaculum, q̄ ingens crimen, in X p̄m peccare, & ab eo separari unquā per pec

C catum, postquā illū suscepisti in eucharistia. Quod hoc exemplo discere poteris.

Simile

Si nunc crudelis tyranus a te separare vellet oēm cibum, quem hoc anno comedisti, crudelissimā in te carnificinā exercere deberet, partem .n. oculorū, partem pedum, partem manuū, & denique partem ex omni parte corporis a te deberet auferre, quod summæ esset crudelitatis, hoc uerò necessarium esset, si cib. a te separandus foret, quia ille te totum penetrauit. Attende nūc, quam cum Christo domino feceris unionem, cum sacramētum unitatis recepisti, ille cib. tuus in te versus quodāmodo est, & tu ab eo etiam in ipsum conuersus es, non tu vertes me in te, sed ego te ī me, dixit Augustinus, uni tū te Christo crede a capite ad pedes usque una estis caro ambo, quomodo nūc a Christo separādus? Si separas a te Christum, quasi separas partem oculorū tuorum, partem manuum, pedum, & totius corporis tui, si a X p̄o separaris, cui incorporatus es, quasi partem oculorum ipsius extrahis partem manuum, partem pedum, & denique partem totius corporis eius, q̄a tu caro es de carne eius, & os ex ossib. eius, an non hæc detestāda crudelitas? qñ ergo dignus Corpore Christi factus es, caue peccatum. Tollens Christo

Aug.

B membrū, faciā membrū meretricis? absit inquit Pau. mēbrū eius factus es, dū cōicasti, hic ut palmes X p̄o uiti coniunctus, caue separationem, fuge diuisionē. 1. Co. 6

Secunda rō, qua X p̄s ondit se vere cibum, est, q̄ sequitur in Euangelio. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo pp patrē, & qui manducat me, & ipse viuet propter me, q. d. veri cibi est, vitam dare illum sumenti, ego uero daba uitam, nō qualēcūq;, sed similē uitæ meæ, qua uiuo pp patrē, uere ergo cib. sū, Cyril. li. 4. c. 18. Hilarius, li. 8. de Trin. Chrys. hom. 46. hæc uerba de Christi uita diuina exponūt. Et est sensus Ego uiuo ut De⁹ eadē uita, qua pr̄ uiuit, & sic n̄ egenuit per scnā distinctā, ut uita, & substantia una sit, sed illa uiuit pater a se, ego a patre accepi eā æterna gñatione, ad hoc ergo ego in mundum ueni, & corpus meū uobis in cibum trado, & ut sicut ego uitam diuinam habeo a patre, ita uos uitā gratię, & gloriæ a me habeatis, ut sicut aīa cor-

Cyril.
Hilar.
Chris.

C pus uiuificat, cui unit̄, ita caro mea uos uiuificet uobis unita, mirabilis planē uita gr̄æ his uerbis exprimit̄, & mirabilis huius sacri effectus quo Dij efficimur. Qd optimo exemplo declarat Beatus Iacobus. Suscipite, ait, insitū uerbū, quod pōt saluare aīas uestras, ut uero insitiōnem uerbi intelligas, attēde. Vt ex arbore infructifera fructiferam reddas, inseris eam. Ex oleastro sic cōficies oliuam,

Iac. 1.

A omnes eius ramos tolle,& partem oliuę insere in oleastro, fiet unũ ex oleastro, & oliua, & ascẽdunt rami non oleastri, sed oliuæ, fructumque reddet oliuæ. Ad quid putas Christũ descendisse in mundum, in montem feracem, refertũ arboribus syluestribus, ac infructiferis, nisi ut
Ro.11 oliuas insereret. An nõ sic ait Paulus. Si tu cum oleaster esses, insertus es in bonã oliuam, & consors pinguedinis eius factus es. Christ⁹ oliua est, de qua Ps. Ego
Psa.51 aũt sicut oliua fructifera, qui a nobis in eucharistia susceptus, inseritur in nobis, & sic ex mõte oleastrorũ factus est mundus, mons oliuarũ. Inuenit Deus syluestrẽ,& ĩfructiferũ hoĩem, pcipdit ramos illius, uanas cogitationes, & desideria, inserit in eo Christũ, eucharistia ei data, &
B uiui iam homo uita diuina, fructum dat oliuæ, cogitationes cęlestes, dsideria diuina, fit Deus quidã paruus, sapit quę Dei sunt, potens in omni bono. Omnia possum in eo, qui me confortat. Et uerkati redditum illud Xpi dñi dictũ. Qui manducat me uiuet pp me. Et ne tibi hoc nouum appareat, audi prophetam hęc lo-
Ez.17. quẽtem Ezech. 17. Et sumam ego de medulla cędri sublimis, & ponã de uertice ramorũ eius tenerum, & plantabo sup montẽ excelsum, & eminentem, in monte sublimi Israel plantabo illud, & erũpet in germen, & facit fructũ, & erit in cedrum magnã. Tenerũ ramum assumpsit Christum dñm de cedro sublimi patre, s. & plantauit illum in montibus, &
Psa.81 factus est mons cedrorum, mons, & congregatio Deorũ. Ego dixi Dij estis. Contremit lingua, pauet cor, tanta re audita,
C quod si nomen duntaxat tremere facit, quid rei ueritas faciet? nõ enim titulum solum nobis Deus dat, sed rem. Mirum hoc ac stupẽdum, audis a uili alchimista modũ esse, quo ex ære aurum conficias, & illud probare uis. Dr a Christo, hac esca suscepta ẽ terreno te uertendum in
Simile cœlestem, ex homine in Deũ, & hoc nõ probas? Si quis nũc nunciaret uobis, cibum in terra esse, quo uescẽtes in reges uertuntur, qua auiditate currerent homines, ut hoc cibo uescerẽtur? En ô homo cibum, quo in regem, quo in Deum conuertendus es, curre, festina, frequẽta. En
A ergo quod dixit Iocabus, Christum insitum esse verbum, in nobis enim inseritur, cum eum in eucharistia suscipimus.

Secũda horum uerborum explicatio
Amb. est Ambr. lib. 4. de fide. c. 5. Basilij. lib. 5.
Basil. contra Eunomium, ut hæc Christi verba ego viuo propter patrem, &c. referantur ad uitã, qua humanitas Christi viuit uita diuina pp unionem hypostaticam, & pp infinitã gratiam, & gloriam, quã suscepit a patre. Sic ait. Qui mãducat me viuet propter me, incarnatio ergo verbi diuini exẽplar est huius mysterij. Nihil sic explicat, Xpm cibũ, ac Deus homo. Vt homo uiuat, Deus factus est hõ, ut hõ viuat, Christus factus est cibus, ut homo Deus sit uerbũ carnẽ assumpsit, ut tu sis
B filius Dei, caro mea uere est cibus: sicut ĩ
Simile igne accẽdis lucernã, & illa accensa plures accendit, sic Christi caro accẽsa est diuinitate, & illa accensa nos omnes incẽdit, illa viuit diuina uita, accẽsa a diuinitate, ita tu ad eam accede, & uiues uitam diuinã. Vt hoc aliquomodo intelligere possis, cogita: si cum verbum in mundũ uenit, & vnã humanitatẽ assumpsit, assumeret oẽs, quotquot erãt, & fuerunt humanitates, q libet hõ Deus esset. Et De⁹ vnicus in oĩbus pmaneret. Sicut una est aĩa, licet in diuersis corporis partibus, ita unus Deus esset, licet plurib. humanitatib. esse suũ cõmunicaret: tunc oẽs ille humanitates viuerẽt uita diuina, & eadẽ uita, & diuina psona uiuerẽt, ac subsistẽrẽt, pulcherrimũ hoc videretr, si ita factũ esset. Sed id oĩno nõ decebat, qd ergo facto opus fuit? Hoc planẽ, ut una assũpta humanitas, oib. hoĩbus coniungeretur,
C eisque cõicaret diuinã suã uitã, ut sicut illa uiuit pp Deũ, nos uiuamus pp illã, & hoc efficitur hoc diuino sacro, ut iam nõ uita tua viuas, sed vita Xpi, iã te exuas, & in Deũ muteris, recedas a te, & ĩ Deũ
Simile trãsferaris. Pulsas aliqñ ianuã aliq̃, necq tibi rñdeat, forsan uicin⁹ audit te pulsantẽ, & interrogat, quẽ quęris? tu rñdes, Petrũ quęro, ille ait, nõ hic cõmoratur iam, alibi habitatiõnẽ posuit suã, eras quidem in te, cũ sm carnẽ uiuebas, sed hoc sacramento factus es extra te, & in Deũ translatus,

A status, in me, inquit, manet, iam tunc nō reperitis in carne, in ludo, ī cōme ssationib. sed in spiritualibus exercitijs. Hoc
Galu. est illud Pauli. Viuo ego, iam nō ego, viuit verò in me Christus. Sicut qui pulsās domum putat tibi esse Petrū, & inuenit Ioānem, in me manet, & ego in eo, habitauit in te ante dæmon, nūc Christus habitat, habitabas in carne, nūc ī Christo.

Tertia horū verborū explicatio, q̄ ex textu græco colligit', ego viuo pp patrē, & qui manducat me, uiuet pp me, i. sicut ego viuo patri, sic q manducat me, viuet mihi. Misit me pr̄ in mūdū, & ego patri viuo, qa eius gloriā, & uolūtatē in oībus quæro, in nullo mihi viuo, & si patri nō uiuerē, oīno non uiuerē: sic qui māducat me, uiuet mihi, nō sibi in oīb. me quæret,
B & gloriam meā, nō suā. O indigni sacerdotes, q hoc aīo sacerdotiū accepistis, vt uobis uiuatis, et iō celebratis nō ut Xp̄m
Ps. 82. māducetis, sed ut tpalia habeatis, quibus uobis idulgeatis. Qui dixerūt, ut Ps. ait. hæreditate possideamus sāctuariū Dei, Deus meus pone illos ut rotā, & sicut stipulā ante faciē uēti: negotiationē fecistis sacerdotiū, dicētes, quid vultis mihi dare ut sim sacerdos, ut sacrū celebrē, q ergo māducas Xp̄m, illi uiue, nō tibi, oīa ī gloriam perfacite, talis. n. uita tua esse dēt, qualis est cib. quo uteris. Sed qualis est cib'? Potuit alio nos nutrire, cibo q̄ quo
Simile ipse nutrit' sit. Sed tū, qa caput, et mēbra eodē viūt cibo, nec ali' est cib. capitis, ali' mēbrorū, iō cū uita Dei sit diuina, & cib. Dei sit ipse Deus, nos Xp̄i mēbra eodem sumus alēdi cibo, licet aliter, atque aliter
Simile codiat' & aptetur. Sicut. n. filium infan-
C tē eodē pascis cibo, quo tu uteris, lenior quidē infanti parat', q̄ tibi, & grandioribus filijs, Deus quidē clarè uisus cibus sibi est, & beatis, q lumine gloriæ grādes iā effecti sunt: nos uero infantes Deū sub speciebus manducamus, uere adipe fru-
Ps. 147 mēti satiat nos Deus, Deo s. ipso. Sed tali, tātoq; cibo digni effecti, uiuamus soli Deo, uitāque instituamus cœlestem: cuius rei exēplar uidere licet Daniel. 1. Præce-
Dan. 1 pit rex de filijs Israel, & d̄ semine regio, & tyrannorū, introduci pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, et eruditos oī sapiētia, cautos sciā, et doctos disciplina, & qui possēt stare in palatio regis, & cōstituit eis Rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de uino qd̄ bibebat ipse. Sic de fidelibus elegit De', ut hoc susciperēt sacrum, eos, ī quib. nulla macula, qa sine peccato ad hoc accedēdū est sacrum. Sicut. n. cib. uiuentiū est, mortuus. n. cibo nō eget, ita hoc sacrū uiuorū est. Eruditi ēt sit sciētia, ut sciant discernere hunc cibū à vulgaribus cibis, & cum in eum finem enutriantur, vt in cęlo ppetuo corā Deo sint, uoluit Deus, ut cęli edīscant linguā. Ad hæc uerò oīa cibū illis pstat, quē ipsemet māducat. Hic est panis, q de cęlo descēdit. De cœlo descēdit cibus hic, de cœlesti mensa ad terrenā, licet aliter sit hic, & ibi paratus. & B
per singulos dies hūc tribuit cibum, quia panis quotidianus est, nō annuus, sic itelligunt sancti illud panem nr̄m quotidianū, & Conc. Trid. sess. 6. c. 6. ait Optaret Conc. Trid.
quidē sancta Synodus, ut singuli fideles singulis missis astātes cōmunicarēt, non solū spirituali affectu, sed ēt sacramētali eucharistiæ pceptione, quo ad eos sacrificij huius fructus uberior perueniret. An tibi apparet minimum beneficiū, quod hęc mensā tibi indies cōcedatur? 2. Reg. 1. Re. 9
9. ait Dauid ad Miphiboseth. Faciens faciam tecum mīam pp Ionatham fratrē tuum, & tu comedes panē in mēsa mea semper. Qui adorās ait, quis ego sum seruus tuus, quia respexisti super canē mortuum similem mei? si tāti fecit Miphiboseth regis mensam, quanti facienda Dei mensa est? En ergo diuina nobis uita uiuendum quid diuino pascimur pane, & humores diuini in nobis generandi sunt C
apti, ac conuenientes cibo, quo alimur.

Tertia demum ratio, qua Euāgelium cōcluditur illa est. Hic est panis q de cęlo descēdit, nō sicut māducauerūt patres uestri māna, & mortui sunt, q māducat hūc panē, uiuet ī æternū. Optima rō, qua Christus probat, carnem suā uere cibū esse, cum. n. cibi effectus sit uitam dare, ille uerissimus cibus est', qui hanc dat in æternum, quod māna nullo modo fecit, mortui. n. sunt omnes, qui illud manducauerunt, nec eius ui, aut uirtute unquā resur-

A resurgent: at caro Christi vitam dat æternã, & resuscitabit mortalia corpora nostra. Hoc modo lignũ uitæ dici poterat verus cib. quia uitam in æternam cõseruabat, sic Dñs ait. Ne ergo sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum eijciamus eũ de paradiso. Illud verò lignum, eiusque fructus figura fuit huius sacraméti, & diuinæ sapiétiæ, quæ in eo latet, iuxta illud sapiétis, lignum uitæ est his qui apprehenderint eam, & qui tenuerint illã beati, sicut ergo illa est perfectò, & uera medicina, quæ radicitus tollens morbũ, salutem stabilem dat. Vnde nõ est medicina tibi aquæ ca hx quod ad módicũ refrigeraris, & cõtinuo peius habes: ideo tparia uere cib. non sunt, qa licet ad modicũ refrigerium præstent, statim tñ illis habitis peius te habebis. Simile quid loquutus est Christus Samaritanę, Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterũ: qa aũt biberit ex aqua, quã ego dabo ei, nõ sitiet í æternũ. Illa uere esset potus, qui oĩno se daret sitim in æternum: ergo caro Xpi vere cib. est, qui famem in æternũ tollit, & vitã in æternũ dat, licet. n. ad tps moriatur, qui illum cibum susceperit, tamẽ postea ui illius resuscitãdus est in uitam æternam. Sicut dixit hoc capite Christus Dñs, qui mãducat meam carnem, & bibit meũ sanguinem, habet uitã ęternã, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

Gen. 3 · Pro. 3. · Simile · Ioa. 4. · B · Ioan. 6

Ex quibus tandem nobis colligẽdum est, auidè, & frequenter ad hoc accedere sacrum. Est aliqñ filius dilect⁹ vnice patri suo, in cuius salutem oportet pręparari potũ auro, & gemmis, alijsq; pretiosissimis refertum: præparat hunc potũ pater, oẽm consumens substãtiã, ut filio periclitanti uitã tribuat. Quis nam tã amẽs, vt poculum hoc recuset, in cuius haustu vita cõsistit, quod ut pararetur, innumeri sunt cõsumpti thesauri? Dedit Cleopatra Antonio potũ, in quem margaritam infudit, cuius erat pretium immensum: sed quid illud poculum est collatum calici nostro? Calix meus inebriãs quã præclarus est, ait Ps. uerè præclarus, uere prętij immensi, cum in eo sit ille, de quo dr, in quo sunt omnes thesauri sapientię & scientiæ Dei: oĩs thesaurus cœlestis in hoc calice est, uere præclarus est. Quis ergo hunc salutis calicem nõ capiat, in cuius potione uita nostra est, & æterna uita? viuet in æternũ, & in quo tot sunt insumpti thesauri? Attende ait Chrys. quã auiditate pueri vbera matrũ sugũt, uide quã deuotione latus tu Christi sugeres, hac accedere debes hoc sacramentum.

Simile · C · Ps. 22. · Colo. 2 · A · Chrys.

Sed dubitas, qua ratione Ecclesia nõ pręcipit, nisi post annuũ sumi? In hoc diuino conuiuio illud plane contingit, qd in alio, quod huius figurã gessit Hest. 1. de quo sic ait diuina scriptura, nec erat, q nolentes cogeret ad bibendũ: vniũ. n. optimũ oĩbus ꝓponebatur, qđ ex se satis alliciebat ut biberetur. Talis cib. nũc tibi proponitur, & potus, ut necesse non sit, cogi hoĩes, ut illum capiãt, quin arcẽdi potius essent, tm̃ corũ deberet esse desideriũ. Sunt. n. dulces cibi, à quib. arcendi potius sunt homines, quam ad eos inuitandi. Sic loquitur Sapiẽs. Fili, mel inuenisti, comede quod sufficit, ne forte satiatus euomas illud, quibus verbis nõ inuitat, ut mel comedatur, sed potius ut tẽperatè edatur, monet. Cũ ergo Christus Dñs, qui ĩ hoc sacramẽto est mel, sit mel dulcissimũ diuinitatis in cera humanitatis, mel Ionathæ, quo aperirentur oculi, ut hostes superentur non homines cogẽdi erant, ut illud susciperẽt, sed potius arcendi. Sed quam frequẽter inquiris, hoc vtar sacro? Dico tibi sicut ꝓ stomachi diuersitate, & caloris, alius indiget hoc, uel illo cibo, ita ꝓ caloris diuini diuersitate, pro charitatis, & deuotionis diuersa ratione, ali⁹ plus, ali⁹ uerò min⁹ hoc debet frequẽtare ministeriũ. Hoc uerò cõsilio spĩalis medici, cõfessoris s. peragendum est. Timuerat Dauid in domũ suã diuertere arcã Dei, uidens supplicium Ozæ, qđ eã tetigisset, iõ eã adduxit in domum Obededõ. Sicut. n. arca illa Philisteis, & Ozæ fuit mors, iustis uita, sic hoc sacrũ mors est malis, uita bonis. Et sic dicit 2. Re. 6. Timuit Dauid dicens. Quõ ingredietur ad me arca Domini, & noluit eã ad se diuertere, sed ad domũ Obededõ. Nũciatũq; est Dauid, qđ benedixisset dñs Obededõ ꝓp arcã, & tunc illã in domũ suã adduxit, & qui timore perculsus eã primum

Hest. 1 · Simile · B · Pro. 25 · C · 2. Re. 6

A primũ repulit, postea amore ad se reuocauit D.Th. ait, bonus quidẽ timor est, sed melior est charitas, vnde accedere frequenter melius est simpliciter, quia hoc ex amore procedit, sed accede timorate, & reuerenter, sicut accessit Moyses ad Deum, uocatus ad spinas sine calceamentis, vt pauide accederet.

D.Th.

Exo.3.

Timendum valde, si non accedis, ne forte deficias in uia, quia alimento sublato homini uires deficiũt: si vero accedis, vt debes, innumera tibi bona permittũtur, ex his quæ dicta sunt colligenda facile. Quid enim est communicare, nisi effici Christi membrum, ei adhærere, oĩa bona illius participare, in Deum te conuerti, diuina vita donari? Quid est communicare nisi certũ te reddi, ut in hac vita patitur, ea tibi bona applicari, q̃ X̃ps in cruce tibi meruit, & oĩa quæ Christi sunt tua esse, sicut Christus tuus est? qd est communicare, nisi potũ accipere fortissimum qui te confortet. Solet aliquando cõfici potus ex auro gemmis, & alijs preciosis qui hominem confortat, cõtra omnem debilitatem: similiter confici solet ius confortans: sic nobis datur potus hic, in quo uirtus est oĩs lapidis pretiosi, aĩam cõfortans, panẽ manducas fortiũ, qs his auditis nõ accedit, qs bona X̃pi recipere recusat? quis ei vniri nõ ad petit?

B

Simile

Simile Sed ais, sæpe ego communicaui, nec tot bona expertus in me sũ. Id ego facile credo, Vide an tibi contingat, qđ puero, qui præclaro cibo nutritur in patris mensa: sed illi nil proficit, quoniam inde egressus, terram mãducat, quæ illi maxi mum nocumentum affert. Vide ne tibi simile cõtingat, si non digne accedas ad hoc sacramẽtum, si inde surgens terrena tibi sapiũt, & cõuersatio tua in terra est, quid mirũ si nõ tibi proficiat cęlestis cibus? Dijudica ergo corpus dñi præparare in occursum Dei tui, digere cibum calore charitatis, & à terrenis, et caducis cibis abstine, qui te perdũt, & in interitum ducunt, & tunc vim experieris huius cœlestis panis, qui vere cor hominis confirmat, qui dat delicias regibus, qui est frumẽti adeps, qui est pinguis, & super substatialis panis, qui dat uitam æternã, &c.

C

Sed q̃a inter oẽs huius diuini sacri figuras, præcipua fuit manna, qđ lõge superatum à veritate ostendit dñs, dicens, nõ sicut mãducauerunt patres uestri mãna, & mortui sunt, &c. De eo lõgius nobis differẽdũ est. In primus dubitat Augustinus, quæ nam hæc diuersitas sit, q̃a qui manna spũaliter manducauerũt, vt Moyses, & Iosue mortui sunt corpore, sed nõ spũ, id verò ipsũ accidit mãducãti carnẽ Christi et fide viua, animo quidẽ viuit, corpore uero morit, vbi ergo diuersitas? R̃ndetur mãna vitã spũalem animæ nõ præbebat, quam dat caro X̃pi, & hæc vita æterna est. Insuper addit Chrysostomus, Mãna non dabat vitã corpori æternam: caro vero X̃pi eam præbet, q̃a rõne X̃pi corporis à nobis suscepti resuscitanda sunt corpora nostra in uitã immortalem: Ita.n. Christus ait, qui mãducat meã carnẽ, & bibit meum sanguinẽ, habet uitã æternã, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Sicut.n. cibus vetitus Adæ attulit mortem, licet nõ statim, sed suo tpe exsoluendã, ita Christi caro dat corpori uitã ęternam, licet nõ statim, sed suo tpe perficiendã, in nouissimo die. s.

A

Chry.

B
Ioa. 6.

Vidimus diuersitatem, nunc attendamus unitatem, ac conuenientiam inter Corpus Christi, & manna. Prima sit, q̃ manna pãnis fuit quotidianus, ita eucharistia panis est quotidianns, quẽ p̃cipue petimus, cum oramus, panẽ nostrũ quotidianum da nobis hodie, quem ideo supersubstantialem dixit Matthæus. Ideo sub specieb. panis nobis relinquitur, qui quotidianus est cibus omniũ, & nõ sub speciebus rei alicuius raræ. Sed forsan aliquis dicet, ergo quotidie mihi communicandum est, certe quãtũ est ex parte panis, quotidianꝰ est: sed dispositio nostra non patitur, ut quotidie nobis panis hic detur: qui enim manna quotidie colligebant, ante lucem prodibant, ut illud colligerent, si.n. sol ortus esset, manna deficiebat, ac liquefiebat, nec in causã erat facilitas resolutionis illius, igne enim nõ deficiebat: Sed mysterij causa significandi: ideo hanc illius proprietatem admirans Sapiens, ait: quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo

Mat. 6.

C

Sap. 16

A guo radio solis calefactum tabescebat, ut notum omnib. esset, qm oportet, præuenire solẽ ad benedictionẽ tuã, & ad ortũ lucis, te adorare. Ille ergo quotidie cõicare põt, qui præuenit solem, qui de mane uigilat ad Deum: hac rõne solis radijs liquefieri manna voluit Deus, qua rõne multis sacerdotib. crediderim expedire abstinẽtiam ab hoc cibo, qui nulla adhibita præparatione, nulla facta gratiarũ actione, quotidie ad altare accedũt, de q
Mal. 1 bus Malachias ait, ad uos ô sacerdotes, q despicitis nomẽ meũ. Et dixistis, in quo despeximus nomẽ tuum? offertis super altare meum panẽ pollutũ, & dicitis, mẽsa dñi despecta est. Panis viuus pollui in se non põt, despectus esse nequit, sed illũ
B despicit, & mẽsam despectã dicit, qui ad altare accedit, ac si ad vulgarẽ mensã accederet, qui Christũ irreuerenter sumit. Sicut ergo in mẽsura colligẽdũ erat mãna, & qui plus collegit, vidit vermib. scaturisse, nõ cibi natura, sed Dei volũtate, quia i sabbathũ custodiebatur illæ sum, & in vrna, sed ut mysterium innueret, ꝓ mẽsura deuotionis hũc cibũ sumẽdum, ꝙ si ultra debitos limites sumat, non solũ nõ proficit sumen, sed deficit, & quasi cibus corrũpitur, non in se, sed sumenti.
Sap. 16 Deinde manna oẽm cõtinebat saporem, & iõ oĩs cib. erat, ut ait Sapiens, ita Christus ĩ eucharestia, ad ꝙ quisq; vult, conuertitur. Illud præterea mãna salutiferum erat, & ideo quo tpe eo vsi sunt Israelitæ, nõ erat in trib. eorum infirmus, ut Psaltes ait. Ita Christi caro nõ solum
Ps. 104 pascit, sed sanat, medicamen est salutis.
Nu. 11 Deinde manna frangebat mola, siue terrebatur in mortario, & coquebatur in olla, & fiebat ex eo tortula saporis, quasi
C panis oleati, quib. significatur, ut nobis Xps panis fieret, contractum in passione dolorib. fuisse, & igne charitatis decoctum, & sic factam nobis hanc tortulã, quam in manib. sacerdotum cernimus.

Mirabilis plane diuina adiuentio plena miraculis, quę omnem superãt rationem, & cuius uestigium inueneratio nõ põt, sed mirabilior Dei in nos charitas, ac benignitas, qua trahendi sumus, vt tãtum cibum digne gustemus, &c.

DOMINICA INFRA OCTAVA A Corporis Christi.

The. Homo quidam fecit cęnam magnam. Luc. 14.

Magna his diebus cęna, ac cõuiuiũ proponit, & undiq; magnũ, tũ ex parte Dei qui cõuiuium parat. Parasti in Psa. 67
dulcedine tua pauperi Deus, tum ex parte eius, ꝙ paratur in cibũ, cœna magna est. Et adeo magna, ut cũ dixerit Dauid parari in dulcedine a Deo, quid pararetur, nõ sit ausus dicere, quia explicari nõ põt. est ẽt magna cęna ex parte eorũ, qui ad eã inuitantur, quia iusti oẽs inuitari sũt, qui principes, & reges terrę sunt, hic Ecclesia, uere panis filiorũ, non mittendus B
canibus. Sed ut hãc cęnã cõtemplari possimus, necessaria lux cęlestis est, nõ n. naturali lumine uideri pt. Ideo cęna dr, q̃ nocte fit, nõ prãdiũ, ꝙ media luce, quia Hest. 1
euidentia hic quærenda nõ est, ut Manichęi uolebant in rebus fidei esse, satis nobis esse debet obscura cognitio fidei, tanquam lux cœnæ. Excusant se nunc, ne in hanc ueniant cęnam quidem, & ideo reprobant a Deo. Sicut olim noluit venire Vasthi uocata ad regis conuiuium, & iõ reijcitur, tanquam inobediens. Non sic Maria, ancilla domini, adest illa huic cęnæ, & nos omnes u cat dicẽs. Venite, comedite panem meum, bibite vinum, ꝙ miscui uobis: illa nobis hũc cibum parauit, illa gratiam obtinebit, ut eo digni habeamur; ad ea n ergo accedamus.

Solum Deũ nostrum magnũ esse, rõ, Psa. 47
& scriptura diuina testat. Hinc Ps. Ma- Psa. 76
gnus dñs, & laudabilis nimis. Et iterũ. C
Quis Deus magnus sicut Deus noster, q in altis habitat? Reliqua oĩa parua sunt. Vnde cęna ista magna aliud esse nõ põt q̃ Deus, si. n. alius esse cibus, parua cœna esset, nec satiare posset comedẽtes Deus ergo cib. hui' cęnæ est. Hinc ipse ait. Hic Ioã. 6.
est panis, qui de cęlo descendit. Sed ais, ergo in cœlo panis est, quia inde ad nos descẽdit? est certe, quia in cęlo uita est, & hæc alimento suscepto cõseruatur. Possumus dicere aliquo modo Dei uitam cibo conseruari uiuit. n. ille uita diuina, & cibus illius ipsemet est, quem comedere dici-

A dicitur, dũ agnoscit, & diligit se ipsum. Proprie tamen loquendo Deus cibo nõ vtitur: cum .n. cibus sit extrinsecus sumptum alimentũ, Deus comedere nõ dicitur, nec cibo uti, quia sibi ipse cibus est, nec ab extrinseco uitam suam cõseruat.

Omnis uerò creatura cibo eget, qa exterius alimentũ q̃rit. Vñ ipse ẽt Angeli, qui uita diuina uiuunt, Deũ suscipiũt, ut alimentũ, & cibũ, quo reficiunt usq; ad satietatẽ. Reliquæ oẽs uirtutes, ac bonitates cibi, sũt intellectus, & uolũtatis, sed satiare nequeũt: infinitę uirtutis, ac bonitatis singulare est, ut oĩno impleat intellectũ, & uolũtatẽ. Qui replet in bonis desideriũ tuũ, ait Ps. Cum ergo uita beata Ps. 102 hoc cibo cõseruet, merito X ps ait. Hic ẽ panis, qui de cęlo descẽdit, q̃ sit dulcis cibus hic beatis, dici ꝓ dignitate non põt. B

Hoc diuino cibo reficiebat Deus Angelos in cœlo, quos in cœnam magnam uocauit, & sederet secũ fecit in eadẽ mẽsa, & eodẽ uti cibo, & ex eadem arbore, qua ipse fructus colligeret. De quo Raphael ad Thobiã ait. Ego cibo inuisibili, To. 12 & potu, qui ab hominib. uideri non potest, vtor. Exclusus ab hac mensa hõ fuit per quinque mille annos, & quia cibum mortis gustare uoluit, cibũ uitæ amisit. Vnde Raphael ait. Qui ab hominib. uideri non potest, clausa ianua illa cęlestis homini est, solum angelicos spiritus inuitauit Deus, ut hãc cęnã magnã gustarẽt.

Sed adfuit mũdo gratię, & misericordiæ tps, & aperta est homini ianua, ut in hanc cœnam magnã ingredi posset. Et sicut Assuerus tertio anno regni sui fecit Hest. 1 grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis, ita post quam pręcessit primus ann⁹ legis naturę, & scd's legis scriptæ, adfuit tertius legis Euangelicæ, in C quo uenit Christus dñs, ut ad hanc cęnã magnam uocaret nos. Gustauit anima eius hunc diuinum cibum in capitæ diuinæ illius mensæ sedens, cum ab instanti conceptionis Deum uidit, dulcissimus illi cib. fuit. Desiderauitque fratres suos, homines, s. in illud conuiuiũ ducere. Sicut Ioseph fratribus grande exhibuit cõuiuium. Vnde ait. Ego dispono uobis re Ge. 41. gnũ, sicut disposuit mihi pater, ut edatis, & bibatis super mẽsam meam in regno A meo. Sũmo verò desiderio desiderat X ps dñs, nos in hac videre mẽsa, ut simus sicut nouellæ oliuarum in circuito mensæ eius. Vis hoc desideriũ oculis tuis subijciã? Attẽde. Solẽt dilecti filii hora mortis parẽtib. aperire desiderium cordis sui, & illis cõmẽdare rẽ præcipuè ab eius dilectã. Cum proximus morti X ps dñs esset patrẽ alloquit, nosq; illi cõmendat, tanq̃ sibi dilectos, & illi aperit desiderium cordis sui maximũ, dicẽs. Pater, quos dedisti Io. 16 mihi, uolo, ut ubi sũ ego, & illi sint, ut uideant claritatẽ meã. Hæc mea uoluntas, pr est, & adeo efficax, ut mortẽ opperã, ut illa impleat hęc uerò est, ego discedo, in regnũ tuũ, ut sedeã in mẽsa tua, ueniãt & ipsi in hãc cœnã, fruantur cęlesti cibo. En q̃ hodie in Euangelio, dr̃ hõ quidã B fecit cęnam magnã, & uocauit multos.

Ecce uocationẽ nr̃am fratres, qs hanc spernat cęnã? qs mũdi mensã adibit spreta Dei mẽsa? Sub mẽsa adonibezech septuaginta reges erãt, colligebantq; ciborum eius reliquias, quib. similes pctõres Iuc. 1. sunt q sub mẽsa mundi sũt, & sub brutorũ mẽsa, colligẽtes ea q̃ sup sunt brutis. An nõ sub hac mẽsa dissipator ille filius Luc. 15 erat, q cupiebat saturari de siliqs porcorũ, & nemo illi dabat? An nõ pctõr sub mensa mundi est, dũ colligit fęces terræ, & aĩalium? Quid .n. aurum, argentum, & metalla sunt, nisi terræ fæcis. Quid serica uniuersa, nisi excrementa uermiũ. His uerò fęx diuini calicis seruata est, de qua Ps. Veruntamen fęx eius nõ est exinanita, bibent oẽs peccatores terræ. Est Ps. 74. uerò in terra cęna alia magna, ad quam nũc inuitamur, diuina s. eucharistia, Pro uita diuersitate diuersi sunt cibi. Hinc C alius cib. spiritualium, & alius corporalium, & alius hominis, alius brutorum. Cum ergo diuina uitã suis conferre noluerit Christus dñs, ut sint, & dicantur Dij, diuinũ eis parauit cibũ, seipsum. Vere cœna magna illa est, i qua Dei caro nobis ꝓponitur, magna quidem, nõ quantitate, sed uirtute. Vnde glorianti bus Iudæis de cibo eis cõcesso a Deo manna, s. Christus dñs ait. Hic est panis, qui de cęlo descendit, non sicut manducauerunt Ioã. 6. patres

A patris uestri manna, & mortui sunt: qui manducat hunc panem, uiuet in æternū.

Est ergo hæc cena magna pluribus de causis. Prior est, quia Deus, qui maxima est, nobis in cibū datur. Cęna illa magna esset, in qua in cibum daretur unica auis phænix, vel i qua daretur margarita uni ca pretiosissima, quę in mūdo esset, sicut Antonio Cleopatra dedit. Magna ergo cęna nr̄a est, in qua datur nobis in cibū

Ps. 140 Deus illi homo factus, qui vnicus, & singularis est: singulariter sum ego, donec transeam: qui solus hēt immortalitatē q est illa pretiosa margarita, q̄ ut haberet prudēs mercator, uendidit uniuersa, quę habuit. Secūda eiusdem rei ratio est. Cę

Ma. 13 na ista magna dr̄, q̄a cibus, qui in ea pro-

B ponitur, oēm continet saporem, & ideo in unico cibo oēs cibi proponuntur. Magnum plane conuiuium præstitit Deus Israeli, cum manna dedit, licet.n. vnicū videretur ꝓposuisse ferculum, sed in eo oēm cibū dedit, dum oium escarū sapo-

Sap. 16 rem cōtinebat. Hinc Sapiens ait. Paratū .n. panem de cœlo præstitisti eis sine labore, habentem in se omne delectamentum, & oēm saporis suauitatem: substantiam.n. tuā, & dulcedinem tuam, q̄ in filios habebas, demōstrabas, & voluntati vniuscuiusq. deseruiens, ad qd̄ quisq. volebat, conuertebatur. Eucharistiæ figurā expressam in manna, manifestum est. Illud omne saporem continebat, & iō nō vnus cib. erat, sed omnes cibi. Ideo Psal.

Psa. 77 & pluit illis manna ad manducandum, panem cęli dedit eis, panem Angelorum māducauit homo, cibaria misit eis in abundantia, cū unicū cibū dedisset, ait, ci-

C baria, missa in abundātia, quia in vno cibo plures cibi continebantur. Ita ergo Christo dn̄s oīs cib. est, quia oēm continens saporem. Et factus est nobis oīa in hoc diuinissimo sacro: hic factus est nobis pater mater, spōsus, & tandem dilectus meus mihi, ut spōsa ait: quid verò il

Can. 2 li sit, nō exprimit, quia uniuersa est, sicut ipse uniuersale est bonum, & qui in cęlo est oīa beatis in terram est oīa uiatorib⁹: idē.n. illis, & nobis cib. est, licet diuerso mō paratus. Aug. ait. Eodem cibo mater

Aug. filios nutrit, sed grandiorib. solidum prębet cibum, qm̄ dentes habent, quibus illum comedant. At paruulis filijs eundē prętās cibum, diuerso mō parat, tenu- A

ius, s. quia dētib. carent. Ita Deus noster Simile cibus est beatorū, & uiatorum: sed illis clare proponitur secūdum suam substantiam, nobis paruulus sub specieb. panis & uini, donec occurramus oēs in uirum perfectum, ut iam non simus paruuli.

Tertia ratio, qua cęna hæc magna dr̄, est, quia uerus cib. nobis proponitur, nō pictus, nō umbraticus, ut olim Heliogabalus Romanorū iperator, principes Romanorū inuitauit, & cibos eis proposuit depictos, quib. refici non potuerunt. Ita petrib. antiquis olim Deus dedit imaginem sui, figuras uerorū, vmbras futuro- B

rum: nobis uerorum ueritates, cibos ueros, unde ait. Caro mea uere est cib⁹, qua Ioan. si dicat, non vmbra, nō figura, sed rei ueritas iam uere est præsens. Solet sponsus sui effigiem expressam spōsæ mittere, antequam se mutuo cernere possint: tūc.n. cum præsens sponsus est, eius effigies necessaria non est. Anteq̄ Deus in mūdum descenderet, sui figurā synagogæ, quam sibi despōsauerat, dedit, vmbrā sui. Hinc Heb. 11 Paulus, iuxta fidem defuncti sunt oēs, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspiciētes, quid ergo accipiebant? umbras, figuras. Si cū ad mensam sedes, ut comedes, inter catinos inuenires umbram, aut figurā cibi dūtaxat, nihil te inuenisse diceres, hoc inuenerūt patres prisci, umbram habet, lex futurorum bonorū non ipsum imaginē rerum, i. non res, sed umbras. Non ergo cæna magna erat He. 10 illa, in qua māna, uel agnus paschalis ꝓ- C ponebatur, quia solū umbra ueri cibi dabatur, nūc uero cœna magna nobis proponitur, quia uerus soliduſque cib. nobis datur, gratiam continens, uitam donās.

Quarta in idem rō sit. Hæc cœna magna dr̄, q̄a uitam præstat æternam. Cum enim cibo, & potu hoc quærant hoīes, ut uiuant, illa magna cœna est, quæ uitam æternā præstat. Cib. magnus arbor uitæ dic potuit, quia uitam præstabat æternā. Pręcipue vero Christi caro magnus cib. est, qui hanc præstat in gloria. Et hoc significauit Christus dn̄s cum ait, non si- Ioā. 6.

cut

A cut manducauerunt patres vestri mãna & mortui sunt: qui mãducat hunc panẽ, viuet in æternum. Cibi oẽs corporei nõ plene cibi sunt, qm cib. ordinatur in restaurationẽ eius, qd deperditur actione caloris naturalis: restau ãt uero nõ quid æquale eo, φ deperditũ est, sed quid minus natiuũ, ac propriũ: unde per extranei admixtionem paulatim deficit hõ, & senescit. Sicut si è dolio vini optimi paulatim educeres guttas, & immitteres alias guttas uini, nõ adeo probi, tandẽ hac admixtione deficeret uinum optimũ. Hoc erat ligno vitæ singulare, ut æquale restauraret, & iõ uita conseruabat ppetuo. Hoc uero Xpi caro ĩ aĩa perficit: restaurat. n. φ calore cõcupiscẽtiæ in nobis deperditur: uere ergo cib. est, magna cęna.

B Quinto demum hæc cęna magna est, quia, ut Ecclesia ait, Sumit unus, sumũt mille, quantum iste, tm ille nec sumptus consumitur. Maxima profectò cæna illa esset, in qua uni, & mille, & mille millib. esset satis, & postq̃ oẽs securati sunt, integer cibus perseuerat, nec minuitur. An non magna illa cęna, ille cibus, quem in millib. annorũ uniuersa Ecclesia comedit, ac comedet usque in diem iudicij? Ex his tãdem admirari possumus diuinam prouidẽtiam, atq; sapientiam in hominis reparatione. In hoĩs perditione quatuor interfuerunt, & inuẽta sunt, hõ inobediẽs, mulier superba, lignum vetitum, fructus mortis. Sed, ut Sapiẽs ait, contra bonum malũ est, cõtra uitam mors, &c. Et ita intuere in oĩa opera altissimi, quia duo contra duo, & unum contra unum. Ec. 33.

C Contra illa ergo quatuor, alia quatuor Deus proposuit. Hominem obedientẽ, mulierem humilem, Lignũ Crucis, & cibũ uitæ: si uis ergo cibi huius bona aguoscere, cõsidera cibi prioris mala innumera, & cito potẽtiorem esse cibũ istum in bonum, quã illũ in malum, quia hic medicina illius est, a Deo in hoc cõstitutus; medicina uero, quæ infirmitatem, uel venenum pellit, potentior esse ueneno dẽt, ab æquali. n non fit actio: duo dixit mendaciter dæmon de uetito, si illum comedetis, non moriemini, & eritis sicut Dij: in utroque mentitus fuit. Christus uerò veraciter ea duo affirmat de carne sua, q manducat hunc panem, uiuet in æternũ: & in me manet, & ego in eo, & ipse uiuet propter me, uita, scilicet diuina.

A Hac ergo cœna magna parata, uocauit multos. Si ad cœlestem beatitudinẽ hanc cœnam referamus, multos uocauit, quia vult omnes homines saluos fieri. Et quemadmodum Assuerus primũ uocauit principes ad conuiuiũ deinde vero uniuersum populum, qui inuentus est in Susa, sic initio mundi soli angeli, qui principes sunt, ad hanc cœnam sunt admissi, sed postea uniuersi homines in conuiuium hoc cœleste uocantur. Cum uero ad gloriam inuitauit omnes homines, ad cœnam inuitasse dicitur, non ad prandium. Sicut enim cęna datur in fine laboris, cum iam quæ scendũ est, nec labor restat, sed requies, ita in morte iusti uocantur in requiem. Hinc Ioannes. Beati mortui, qui in domino moriuntur, amodo iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Hinc idem Ioannes. Beati qui ad cęnam nuptiarum agni uocati sunt. Laborantibus in agro prandium datur, sed post illud restat labor, & præoculis habent operarij opus, in quod statim incumbendum est, sed post cœnam labor nullus restat. Ita omnis diuina consolatio quæ homini a Deo conceditur, in uita prandium est, & refectio, cui labor succedit. In cœlesti uero patria omnis labor finitus est. Et ideo cum quidam dixisset Christo domino, Beatus qui manducabit panẽ in regno Dei, ille parabolam istam proponit, qua ostendit, omnes homines a se uocatos ad hanc cœnam, multi ergo uocantur, quia angeli, & homines ad eam uocati sunt. 1. Ti. 2 Hest. 1 B Ap. 14 Ap. 19

C Sed quia eucharistiæ conuiuium etiam cœna maximam diximus esse, & pignus nobis est æternæ cœnæ dici etiam cœna potest, postquam quiescẽdum nobis est. Dicendumque cum Psal. in pace in idipsum dormiam, & requiescam, quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me. Eucharistiam suscepisti, quiesce statim, considera Dei in te largissimam bonitatem, unionẽ quam tecum efficit, & singulariter in spe quiesce. Accepisti Ps. 90.

A quim pignus æternæ hæreditatis, & pignus qđ tm̃ valet, ac ipsa hæreditas. Vt nobis Christus dñs ostenderet, post eucharistiam in consideratione quiescẽdũ, somni nostri exemplum in Ioãne Euangelista proposuit, q̃ sumpta eucharistia, in Christi domini situ requieuit. Ab omnib. ergo quæ mundi sunt, abstrahendus es, & in Christum transferendus, in quo manes eius suscepto corpore. Hunc animæ somnũ sponsus seruat eum ait. Noli
Can. 2 te suscitare dilectã, donec ipsa uelit, dulcis profecto laborantib. somnus, in quo quiescit anima in læua spõsi, amplexata
Can. 2 dextera eius. Ad hanc vero cœnã inuitauit multos, quia omnes homines vocat,
B omnibus se tradit vbique locorum est, ut ab omnibus suscipi possit.

Et misit seruũ suũ hora cœnę dicere inuitatis vt venirent, quia iã parata sunt omnia. Huius serui nomine vniuersos intelligę prædicatores, qui homines inuitant ad cęleste conuiuium, & eucharistiã suscipiendam. Sed notandum verbum, & omni acceptione dignũ, quia iam parata sunt omnia priusquam Christus dominus in mundũ ueniret, non erant parata omnia, qa cęli clausa ianua erat, & licet alij proponerentur hominibus cibi, sed umbrę, & figura erant, non oĩa parata erant: nunc uero parata nobis æterna beatitudo est, paratum Christi corpus: merito dicitur parata sunt omnia: nihil .n. nobis desiderandum restat.

Sed audi paruum cor hõis, cæperunt
Phi. 2. omnes excusare. Oẽs, inquit, sicut Pau-
Hie. 8. lus ait, Oẽs quærũt, quę sua sunt. Et Hie-
Psa. 13 remias, a minimo usq; ad maximũ om-
C nes student auaritiæ. Et Psalmus. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, quia ut in plurimum homines a recto deuiãt. Hic vero hominum stultitia manifestã apparet. Si homo uocaretur a
Gen. 3 Deo ad supplicia, ut quondam Adã uocatus est, uanũ illi erat fugere: licet enim fugere uelit, nõ tamen effugere poterit, quo enim a facie tua fugiam? sed cũ homo uocetur in regium cõuiuium, extremæ dementiæ est, fugere uelle, Deũ iratum fugere, non adeo mirũ est, sed Deũ misericordiam, bona innumera præstantem, quis nisi amẽs auerseretur? sed ex causationes uideamus. Alius dixit villam

A emi. In omnibus excusationib. horum illud attẽdendũ est, nullũ excusari re aliqua ꝓhibita, & quę manifeste mala sit, ut furta, adulteria, & similia sunt, sed ijs se excusant, q̃ ex se licita sunt, ut matrimoniũ contrahere, rẽ familiarem administrare, quib. de … nunc homines se excusant, ne sacramentũ eucharistiæ frequentent, ne animæ suę singularem curã gerant, unde colligemus non solum ea, quæ mala sunt, & peccata manifesta, verũ ẽt illa, quib. huic mũdo indulgemus, licet bona videantur, si parce eis non utimur, nos a cęlesti mẽsa exterminare. Et B tanto maius in his periculũ est, quam in manifestis peccatis, quãto hæc occultiora sunt, & boni specie pręseferentia. Facilius.n. homo a re aliena se abstinet, q̃ sua moderate utitur. Ex huius ergo euãgelij doctrina colligitur, non solum manifesta uitanda, sed periculum etiã nobis imminere ex his, quę primo aspecto bona uidentur.

Primus ego ait, villam emi, & necesse habeo videre illã. Et iõ uitam æternam curare non possum, ad eucharistiã accedere nequeo. Hi sunt, qui terrenorum cupiditate tenentur, ne salutis æternæ curã gerant. Audiant hi Eliseum dicentẽ Gie- 4. Re. 5
zi. Nunc igitur accepisti argẽtum, & uestes, ut emas oliueta, & uineas, & oues, sed & lepra Namã adhærebit tibi, Aug. Aug.
villa res parua cũ sit, significat tpalia bona quæ parua sunt, illis uero detineť homo, ne capiat ęterna, quod summę stulti C
tiæ est, quis.n. regnũ pro uilla relinquat? tu uero æternũ regnum deseris, ut uillã emas? Vult uero sub specie prudentiæ excusare se dicens, rogo te, habe me excusatum. Ad quem Heiremias. Quid niteris Hie. 2.
bonam ostendere viam tuam, sed quærẽdam dilectionem, quæ sit super malitias tuas, docuisti uias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarũ pauperum.

Sed & alias nunus, qui villa emit, stultitias uideamus, necesse ait habeo videre illã. Nõ se excusat dicens, volo frui illa, sed videre illam, & totũ ut illam uideat, cœnam detrectat. Audi auari stultitiam,

quam

A quã miris verbis Sapiẽs expressit. Auarus nõ implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum nõ capiet ex eis; & hoc ergo vanitas: & qd ꝓdest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis? Ecce qd in Euangelio dr̃, necesse habeo videre illam, solo visu detinetur. Similis factus Tantalo, qui aquas videt, sed nõ gustat. An tibi famelico, & sitibundo satis erit, epulas videas? Quæ mũdi sunt, vana sũt, visui deseruiunt, nec enim satiant.

Eccl. 3.

Sed & aliam huius inscitiã attẽde, ait .n. villã emi, & necesse habeo videre illã. Prius emit, q̃ videret, an nõ prius oporteret videre villã, q̃ emeretur? Hoc peccatoris stultitiã ostẽdit, qui prius res emit, quã consideret. In mundi oblectamenta B ruit, nõ attendens, quid faciat. Si.n. pri⁹ q̃ peccatum admitteres, oculos haberes, quibus cerneres peccati mala, & incommoda, nunquam illud admitteres. Prius ergo rem vide, & cõsidera, q̃ emas, sicut sapiẽs illa mulier fecisse memoratur, cõsiderauit agrum, & emit eũ. Sicut ergo qui prudenter emere vult rẽ quampiam, prius pretiũ eius percũctatur, qd si earũ fit, nõ emit. Quis vero rem emit, & cõsumit; ꝓtio nõ interrogato, solet postea pœnitere, cum nimium ab eo exigit̃ pretiũ: sic cum tibi dæmon, caro, & mũdus merces proponunt, interroga, quanti hæc diuendantur? & cũ audieris æternis pœnis ea exoluenda, relinque merces, quæ iam caro sunt pretio. Dicque cum Philosopho, non emo tanti pœnitere.

Pro. 31

Simile

Alter dixit, iuga boũ emi quinq;. Hic C est, qui solicitus est de his, q̃ mundi sunt, nimiũ intẽtus, ac occupatus in sæcularibus negotijs, qui nõ cõtentus iugo vno, quinq; iuga emit. De qua re mire Bern. in declamatione super illud, ecce nos reliquim⁹ o a. Vnũ offertur hominis iugũ Christi, & gratis offert̃, & magna portati repromittit̃ remuneratio. Stult⁹ vero hoc vno rejecto iuga quinq; subit, & iuga boũ, non iugũ hominis, & iuga dura, nõ suauia, & illã emit, qd extremæ demẽtiæ est. Hinc Ioãnes ait, eos, qui adorauerũt bestiã, nullã habere quietem. Quos Christus Dñs ad se vocat dicẽs. Venite ad me oẽs, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos tollite iugum meũ super vos. A Quinque vero iuga dicit: quia ut quinq; sensibus homo seruiat, mire torquetur. Boũ vero iuga dicit, quia cũ bruti sensus sint, similes pecudibus efficiunt̃ hoĩes, q̃ hæc portãt iuga. Illa vero emere dr̃, & carissimo pretio, quia Deũ amittit, & eius gratiam, vitamq; æternã, & nunc animi quietem, & pacẽ, vt voluptati inseruiat.

Berna.

Apo. 4.
Mat. 11

Emi ait, quinq; iuga boũ. Morbus hic natiuus est mũdanis, vt ab emptionib. & rerum tpalium coaceruatione nõ cessent. Ad quos Esaias. Væ qui coniungitis domũ ad domũ, & agrũ agro copulatis, nũquid habitabitis vos soli in medio terræ? non ait, qui furto acquiris, sed qui nimia cupiditate pitura congregatis. Hæc B vero nimia terrenorũ cupiditas maximo est impedimẽto, ne cœlestia assequi hõ valeat. Primo, q̃a nisi desideres, & sitias iustitiã, & cœlestia bona, illa nõ cõsequeris: desideriũ vero terrenorũ maximũ ꝓstat ĩpedimẽtũ desiderio cœlestiũ. Sicut.n. q̃ ante magnã cœnã regiã, ad q̃ inuitat⁹ est more impatiẽs, vilib. dapib. implet stomachum, comedẽdi appetitu amisso, postea comedere nõ põtest: ita animalis hõ nõ percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, ut Paulus ait. Hoc impedimẽtũ omnis res terrena præstat, qd bonorũ spiritualiũ fastidium generat. Secundo impedimẽto nobis sunt, quia solicitudine rerum temporaliũ animi quies, & pax turbatur: vnde Deo vacare homo nõ põt. Hinc Christ⁹ Dñs ait. Hi sunt, qui a diuitijs, & solicitudinib. hui⁹ sæculi suffocant̃. Tertio tãdem; quia nimia cupiditas efficere solet, C vt male, & cũ peccato tẽporalia acquirãtur. Hinc Paulus. Habentes alimẽta. & quib. tegamur, his contenti sumus. Nã qui volunt diuites fieri incidunt in tẽtationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionẽ, radix.n. omniũ malorum cupiditas.

Esa. 5.

1. Cor. 2

Luc. 8.

1. Ti. 6.

Alter dixit, vxorẽ duxi, & ideo nõ possum venire. Nõ hic matrimoniũ damnatur, vt Tatianus putauit institutũ à Deo est in mũdi propagationem, & humanæ fragilitatis subsidium. Sed hoc humana malitia ꝓstat, vt qd De⁹ in eius remediũ

A cōdidit, vertat in pniciē. Hinc plurimi à spiritualibus exercitijs se vocant, & à sacramentorū frequentia, dicentes, vxorē duxi, nō possum spiritualibus attēdere. Sic se excusat Adā mulier, q̄ dedisti mihi, dedit de ligno, & comedi. Carnis appetitus impedimēto est spiritui. Attende nunc Dei nostri sapientiā. Caro est, quæ hoīem inficit, q̄ spiritū in vniuersa peccata trahit. Caro.n. ī Adā vitiata fuit: & quemadmodū aqua procedēs à fonte vitiato, & veneno infecto, mortifera est, & mortē affert bibētibus, ita nos perdidit Adæ caro, quā generatione participam⁹. Sed quod erit carnis antidotū? Sicut ex
B eadē vipera, quæ veneno inficit hoīem, remedium procedit, dum ex ea antidotū conficitur. Ita nobis à Deo cōceditur caro Christi, qui ex Adamo descendit, qui Serpēs ēt est, sed æneus, qui morsos à viperis sanat, qui carnem infectā purgat. Carne ergo Christi in Eucharistia suscepta vitia carnis superātur. Et iō hodie caro nostra facile spiritū superat, quia carne Christi non armamur. Eucharistiam non frequentamus. Sicut.n. cibus carnē trahit in suam natiuam cōditionem, sibiq; assimilat, & indecibus grossior, uel delicatior ingenia hominum diuersa efficit, ita cibus hic diuinus homines diuinos efficit, & carnem nostram mutat.

Simile

Tūc iratus pater familias dixit seruo suo, &c. Dico aūt vobis qd nemo virorū illorum qui vocati sunt, gustabunt cœnā meam. Putāt aliqui, nolle se cōicare, nec aliam huius rei causam credūt esse, præ-
C ter voluntatē suā. His vero verbis ostendit Deus, ab ira ipsius pcedere, ne ad Eucharistiam venias, & ad cœlestem patriā. Ait enim, iratum Deum dicere, nemo virorum illorum gustabit cœnam meā. Sicut.n. summam misericordiam eis Christus exhibet, quibus sacramēta frequētare concedit, ita summa in eos irā, & vindictā exercet, quibus id non præstat. An non ingēs tibi beneficium esset, si quotidie ad regis mēsam inuitareris? Interroga Amā, qui summe de hac re gloriatur, qd inuitatus sit, vt cū rege comedat, & tanquam maximam gratiā filijs Berzelai reddēdam, ait Dauid Salomoni. filijs

Hest. 5

3. Re. 2

Berzelai reddes gratiam, eruntq; comedentes in mensa tua: occurrerunt enim mihi, quādo fugiebam à facie fratris tui. A
Ita cui Deus maximam gratiā præstare vult, sacramentum Eucharistiæ frequentare cōcedit, de eo vero, cui iratus est, ait, nemo virorum illorum gustabit cœnam meam. Accedamus ergo ad hanc magnā cœnam. Sicut.n. esca hominem nō reficit, nisi māducetur, ita Christus nobis nō proderit nisi à nobis suscipiatur. Caue ergo ne te relinquat, & ad alios diuertat, quos in conuiuium vocet: si enim tu venire renueris, alios vocabit, siue cœcos, siue claudos, sicut gentes vocauit, quia synagoga inuitata venire renuit, &c. B

CONCIO PRIMA IN Dominica tertia post Pentecosten.

Hac peccatores recipit, & manducat cum illis, &c. Luc. 15.

Ostenditur hodie summa Dei misericordia in peccatores, de hac vero audire, & loqui dulcissimum est, quid enim dulcius misero quam misericordia? In lege naturæ, & scripta cum omnibus conuersatus Deus est, sed multa maiestate ostensa, ac seueritate, sub cortinarum latens velamine, eū videre non licebat, sed nec ad illum appropinquare. Arca illa testamenti, in qua Deus, vt in vmbra habitabat, tantæ maiestatis erat, vt solus eam videret, & ad eam appropinquaret summus sacerdos semel in anno. Et cum transire velet Israel Iordanē arca præcedente, dr̄ Iosue 3. Sitque inter C
vos, & arcam spacium cubitorum duum millium, vt procul magis videre possitis, Iosue 3
& nosse, per quam viam ingrediamini,
& cauete ne appropinquetis ad arcam. 1. Re. 6
Et hac ratione occisi sunt septuaginta
principes, & quinquaginta millia de populo Bethsames, quia appropinquare voluerūt arcæ; & eam videre: & ideo aiūt, Ex. 19.
quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? Et cum Dominus descenderet in montem legem laturus, ait Cauete, ne ascendatis in montem, nec tāgatis fines illius, oīs qui tetigerit montē morte

A morte moriatur. Nec mirandum, quod
Exo.19 Deus hãc grauitatem seruaret, cũ ad Af
Heste. suerũ nullus intrare posset, nisi vocatus
4. & nullus audebat cubicu ũ regis Assy-
Iud.14. riorum pulsando, aut intrando aperire.
Appropinquabant tũc Deo soli spiritus
beati, & cu n eo familiariter versabãtur.
Ps.35. Et ideo Psal. Domine in cęlo misericor-
dia tua, in terra vero veritas, & iustitia.
Si hãc morũ seueritatem, ac grauitatẽ
Deus seruaret, oẽs homines ab eo defice
2.Reg. rẽt. Sicut Ioab dixit Dauidi. Surge, & p
19. cede, & alloquens satisfac seruis tuis; qd
si non exieris, nẽ vnus quidẽ remã urus
Ps.147. est tecum nocte hac. Ante faciã frigoris
eius qs substinebit? Emittet verbũ suũ,
Titũ.3 & liquefaciet ea. Et veniẽs in mũdũ lon
B ge diuersẽ rõne se cũ h õibus habuit: ap-
paruit.n. benignitas, & humanitas sal-
uatoris nostri Dei, iã nõ in cœlo solum
mĩa ipsi°, sed mĩa eius plena est terra. Iã
Mat.11 nõ recedere iubemur, sed accedere. Veni
te ad me oẽs q laboratis, & onerati estis.
Iaco.4 Et ut Iac. ait. Appropinquate Deo, & ap
propinquabit vobis. Et Paulus. Nũc aũt
Eph.2. in Christo Iesu vos, qui aliqñ eratis lon-
ge, facti estis prope in sanguine ipsius. Iã
erant appropinquãtes ad Iesum publica
ni, et peccatores. Et in sũ me miseros pec
catores pręcipuã ostendit misericordiã.
Chrys. Quid mirum, ait Chrys. accedũt ad Deũ
peccatores, cum in eo inueniãt, quicquid
volũt. Si mortui sunt, ille uita est: si errã
tes, ipse via: si lassi, ipse requies: si cæci, ip
1.Reg. se lux. Sicut ergo quondam conuenerũt
22. ad Dauid oẽs, qui erant amaro animo,
C & in ãgustia cõstituti, & oppressi ære
alieno, & ipse eos recepit, fact° eorũ prin
ceps, sic nũc ad Christũ peccatores acce-
Simile dunt. Quis obsecro nõ accederet ad fon-
tem, ex quo manaret aurũ, argẽtũ, lapi-
des pretiosi, vinum, oleũ, triticũ, & vni-
uersa ad vitã necessaria? Si tãti æstima-
retur fons hic, qui omni corporis neces-
sitati subueniret, an non magnificãdus
fons Christus, ex quo oẽ animi nostri
bonũ oritur? Erit fons patẽs domui Da-
Zac.13 uid, in ablutionẽ peccatoris, & mẽstrua-
tæ: Propheta ait: Et Esa. haurietis aquas
Esa.12 in gaudio de fontib° saluatoris. Quis ad
Ps.41. hunc fontem non properet, dicẽs cũ Ps.

sitiuit anima mea ad Deum fontẽ viuũ, A
Ecce fons, quo procedit non aurũ, aut ar
gentũ, aut ea, quæ caduca sunt, & nihili
pendẽda, sed gratia, remissio peccatorũ,
donã, virtutes, & vniuersa deniq; bona,
quoniam apud te est fons vitæ, ut Ps. ait. Ps.35.
Hãc Christi Dñi in peccatores mĩam
ipsi agnoscentes, erãt appropinquãtes ad
Iesum, & ipse eos recipiebat. Hic pecca-
tores recipit. Sed si ipse peccatores nõ re
cipiet, actũ de nobis esset, Nullus. n. pec-
catorẽ recipit, nisi Deus, in quẽ ipse pec-
cauit. Mĩa Dei misericordia, vt eum ille
recipiat, qui ab oĩb° reijcitur, quia in eũ
peccauit, & qui vltor esse debuit, refugiũ
factus est. Omnis creatura in peccatore
sęuit, & armatur. Vnde Sapiẽs. Omnis Sap.5.
creatura tibi creatori deseruiens, excãde B
scit in tormentũ aduersus iniustos: Et il
lud manifesta experiẽtia videre licet. Cũ
Deus vniuersas creaturas condiderit in
obsequiũ hominis, postquã peccauit, ei
aduersæ, & inimicæ factæ sunt, sol ipsũ
lędit, aer perdit, fera animalia dirũpunt,
ignis cõburit, & ipsamet caro in spiritũ
rebellat, & factus est homo sibi ipsi tor- Iob.7.
mentum quare posuisti me contrariũ ti-
bi, & factus sum mihi metipsi grauis? Et
ipsi ẽt angeli viã paradisi custodiunt, ne
homo eo potiat. Quid ergo facies miser
peccator: ad quem cõfugies, cum omnis
creatura tibi aduersa sit? nullus est, q te Thr.3
recipiat, nisi Iesus. Ipse creaturas detinet
ne te interimant, misericordia Domini,
quod nõ sumus cõsumpti. Et ideo Cain Gen.4
dicens, omnis qui inuenerit me, occidet
me in Deo remediũ inuenit, qui posuit
signum in Cain, ne interficeretur. Et Io- C
nas profugus in Deo remedium inuenit
cum ab ipso fugeret. Summa hæc De cle
mentia est. Ego te offendebam, & tu me
defendebas, ait Augustinus. Si nunc pro Aug.
ditor quispiam regis filium interficeret,
& hac de causa vniuersum regnum eũ Simile
quæreret ad supplicium, nec vllum latẽ-
di locum inueniret, nisi domo regis, cu-
ius filium occidit, & ille eum absconde-
ret, in secretiori domus suæ cubiculo, an
non ingens hæc misericordia esset? At-
tende Dei tui in te misericordiam, tu in
eum peccasti, omnis creatura in te ar-

A matur ipse uero te abscondit, & liberat. Abscondes eos in abscondito faciei tuę,
Ps. 30. à conturbatione hominū. Hinc sapiens.
Sap. o. Misereris omnium Dñe, quia omnia potes, dissimulās peccata hominum pp pœnitentiam: parcis autem omnibus quia
Chrys. tua sunt, Dñe, quia amas animas. Chry.
Aug. super Ps. 90. & Augus. in illud Psa. 103.
Ps. 103 petra refugium herinacijs, legūt petra refugiū herinacijs, & leporib. peccator herinacius est, spinis peccatorū plenus, & lepus est timida, quia semper timida est mala conscientia, & sæua omnia credit futura. Si tonitrū fit, timet, si domus minatur ruinam, & similia. Quod ergo est refugium his herinacijs, & leporib.? Christus petra. Et iō latus eius, manus, & pedes fossa sunt, vt ianuas inueniamus, p
B quas introire possimus, ut abscōdamur à Dei ira. Si.n. ibi abscōdi noueris, tutus eris: magis. n. a Deo diligeris pp Xpm, quam sis odio habitus pp te. Licet. n. peccata contra te clament, magis tñ clamat Christus pro te, & licet tu ingratus sis, ille tñ gratissimus est, & ipse sic ad patrē loquit' p te. Hic, & ego unū sumus, uel ergo me cum illo odio habe, uel illū mecum dilige. Quid faciat pater, qui filium odire non pōt, nisi nos diligere pp illū? Et ideo ad peccatorem Christus ait, qđ
1. Re. 2 olim Dauid dixit ad Abiathar, fugientē, & pauidum. Mane mecum, ne timeas, si quis quæsierit animam meam, quæret, et tuam, mecumque seruaberis.

Tanta hęc Christi Dñi mīa est in pec
C catores, ut de ea ipsi pctōres murmurēt, vnde ait Lucas, & murmurabant Scri-
Nu. 12 bæ, & pharisei, dicētes quia hic pctōres recipit, &c. Huius murmurationis fuit figura murmuratio Mariæ, & Aaron, de qua scriptum est. Locutaq; est Maria, & Aaron, contra Moysen pp uxorem eius Aethopissam. Indignum ut iam fuit Mariæ, & Aarō, qđ Aethiopissam Moyses duceret in uxorem, ita incongruum uidebatur pharisæis, quod peccatores nigros
Ioseph & fœdos Christus susciperet. Refert Glos
Gloss. sa Iosephum afferentē, istam Aethiopissam fuisse filiam regis Aethiopum, quia Aethiopibus rebellantib. in Aegyptios. Moyses missus est dux exercitus, ad eos domandos, quibus debellatis, alia regis A
Aethiopum nupsit Moysi, qđ uero hanc alienigenam duxisset, indignum ducentes, murmurauerūt. Augustinus uero ut
glossa ait, dicit. hanc Aethiopissā esse, Se Aug.
phoram filiam Petro, quia de Madianitis erat, qui in Paralipomenō Aethiopes dicuntur, qñ contra eos pugnauit Iosaphat, ita nunc in Christum murmurant pharisæi. Quātum uero murmurationis
malū sit, ponderat Origenes, quem glos Orig.
sa refert, & ait, Quia detraxerunt Maria, & Aaron Moysi, correpti sunt, & Maria lepra inficitur. Et tanta fuit cura correctionis, ut dum Maria per habdomadā fuit leprosa, populus Dei non ageret iter ad terrā promissam. Maxime ergo cauēda detractio est, ex qua hæc oriuntur ma B
la. Hinc Ps. Sedens aduersum fratrē lo- Psa. 49
quebaris, & aduersus filium matris tuę ponebas scandalum. An nō scandalum proponitur murmuratione, cū per septem dies impeditur iter ad terram promissam? Sic impedimentum obijcere solet in cælum euntib. murmuratio, dū ppter illam rixæ, & radix amaritudinis multa bona impediens, oriri soleat.

Sed nō solum pharisęi murmurāt de
tanta Christi Domini in peccatores misericordia, sed & ipsi sancti Dei amici de Es. 26 Luc. 15
hac re murmurare uidentur. An nō murmur uidetur illud Esaię. Indulsisti genti Domine, indulsisti genti, nūquid glorificatus es? An nō murmurat senior filius, quod tanta cum lætitia excipiatur prodi
gus? De hac iustorum murmuratione, ut C
de multa in primo tomo mearum cōcionum, feria quarta post dominicā primā quadragesimæ, ad finē concionis illius.

Sed audiamus nunc Christū Dñm, quid huic murmurationi rńdeat. Videtne uobis misericordię excessus quod peccatores recipiam, aliam maiorem misericordiam in eos vobis ostendam, non solum. n. eos recipio ad me uenieńs, sed eos q̄ro, quasi pastor ouem errātem, super humeros tollo, & gaudiū fit in domo mea, cum eos inuenero, & congratulari mihi volo, quia inuenerim, quis ex uobis hō, qui habet centū oues, &c. Dignum hoc consideratione, & stupore est, qđ Deus

animaus

A animam quærat tanto studio,& nullum non moueat lapidem,ut ad se trahat. Et quia Dei infinitam maiestatem nō agnoscimus, & paruitatem nostram, ideo nō obstupescimus,dum id uidemus. Si potētissimus rex, & sapientissimus per decē, vel viginti annos abiectissimam puellā insequeretur, & multis adinuentionib. excogitatis ad sui dilectionē trahere curaret,mirum id valde esset,& mūdo inauditum. Sed uniuersi totius imperator, non mulierem, sed rem aliam viliorē per triginta annos sequeretur, ei benefaceret, ut in sui dilectionem inclinaret, mirandum,ac stupēdum magis esset. Sed oēm proportionem, ac similitudinē excedit, quod Deus quærat vilem,ac contemptibilem aīam, & per annos plures eam in B sequatur, & in sui dilectionē blādicijs,& beneficijs trahere conetur. Mundus hic coram Deo nō est,quod formica corā rege. Vnde Esaias. Omnes gētes quasi nō sint,sic sunt corā eo quasi nihilum reputatæ sunt,& innane: qd,si oēs gentes nihil sūt corā eo,qd obsecro vilis animula?

Simile

Esa. 4.

Ex quo manifeste colligit̃,mirabiliora esse opera Dei quæ ad misericordiam spectant,q̃ quæ ad iustitiam,sicut magis mirandum regē formicam insequi, quā eā occidere. Hinc Iob,quid est homo qa magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum,quod Deus perdat,& dānet plures homines, nihil amplius facit quam quod tu conculcans formicā, ideo id minus mirādū est, Excedit vero oēm humanam fidem,& intellectū. quod cū hō a Deo recedit, eius amicitiā detractat, in eū peccat,nihilominus Deus eū quærit, eū rogat,& ad ianuā cordis illi⁹ stat, & pulsat. De qua re optime Dionysius ī C epistola octaua ad Demophilū monachū ait. Quid quod a se auersos,ac resiliētes, amatoriē sequitur cōtenditque, ac deprecatur ne se deserāt ij,quos tāta ui amoris inquirit. Quid quod delicijs quoq; resolutos, ac per id redire differentes, & eos frustra insimulātes, benignissimus tolerat, imo promissionib. allicit blandirij sque demulcet: cumq; adhuc procul sint, qui ad se redeunt,lætus occurrit, atq; obuius fit,& totus, totos cōplexus osculat̃,

Iob. 7.

Dion.

nec prioris illos auersionis culpat: verū A præsenti cōuersione cōtentus,& diem festum agit,& conuocat amicos, eos s. qui singulari benignitate sunt prædīti, ut sic omnium sit letātiū habitatio. Hoc uero misericordiam hominib. collatā expressit Esaias dicens, Et erunt oculi tui uidētes præceptorē tuū, & aures tuæ audient verbum post tergum monentis, hæc est via,ambulate ī ea. Quasi uidebat homo Deum, cum in paradiso cum eo cōuersabatur,& uiā docuit iustitię. Sed terga dedit homo,cū superbiendo recessit: Deus vero, qui fugientē a se angelū nō fuerat insecutus,hominem fugientē querit, dicens Adam ubi es,postea per angelos,& prophetas a se recedētes peccatores quasi post terga uocat. Donec ipse Deus hō factus id pręstitit,peccatores recipiēs,uocans,& quærens. Et hoc ipsum,qd cum vniuerso hominum genere fecit, cū singulis peccatorib. quotidie peragit. Erant oculi tui uidentes Deum,licet non clare, cum in gratia fuisti, tunc faciem in Deū conuertisti. Quando uero peccasti,terga Deo vertisti: uerterūt ad me tergū,& nō faciem. Deū dereliquisti,contēpsisti. Si id cū vili hoīe fecisses, irasceret̃ tibi, nec te quęreret, sed Deus n̄ sic, sed te sequit̃, clamat post tergum,rogat,ne illum deseras. Hoc Dei ingeniū probe nouerat Dauid,qui dicebat, Erraui sicut ouis,quę perijt, quęre seruū tuū dn̄e, ecce qd Esaias dixit,audies verbū post tergū monentis.

Es. 30.

Ge. 3.

B

Iere. 2.

Ps. 118

Sed attendere oportet, quanto labore hanc ouem quęsierit perditā. Sicut p uegia ouis deperditæ solet pastor ouē quærere, ita Christus dominus hoīem quæsiuit. Sed quęnam uestigia sunt hominis C peccatoris,hominis a Deo aberrātis? Certe uestigia illius innumeræ pęnæ fuerūt, in quas per peccatum incidit. Per hęc uestigia uenit Christus dominus: & ideo pauper natus est,& in laborib. a iuuentute educatus, fame,& siti fatigatus, psecutionib. agitat⁹. Sed ò diuine pastor,plus tibi perambulandum est, ut perditā ouē inuenias,ulterius enim illa pcessit, procedit pastor bonus in hortū, ubi sanguinē sudat,in domū Annæ, Caiphę, & Pilati,ac Herodis,in quib. innumera pati-

A tur tormenta. Sed nõdũ inuẽta ouis est, vestigia illius hęc sunt, sed ulterius progressa illa est. O diuine pastor, quis nam esset pastor, qui ouẽ errantẽ quærens, tot perpessis laborib. non diceret, sinamus ouem perditã, pluris n. stat illam sic quærere, quã ualeat. An nõ sic Saul ait. Reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, & solicitus sit pro nobis. Sed nõ sic diuinus pastor, quia aĩam tuã dat ꝓ ouibus suis, & iõ ait. Procedamus eousque, quo illa processit. In macellũ ducta ouis erat, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sẽtẽtia mortis lata in ouem erat, & pastor hanc sententiam subire vult, vt ouis viuat, in mortem uenerat ouis, in mortẽ vsq; pastor uenit, & ibi errantẽ inuenit ouem. Inuenit eã in terra deserta, in loco horroris, & uastę solitudinis, epitheta hæc mortis sunt. Sed q̃d fecit pastor noster, postquã ouem inuenit? Assumpsit eam atq; portauit in humeris suis. An non hoc hodie Xp̃s dñs ait. Cum inuenit eã, imponit in humeris suis gaudens.

1. Reg. 9.

Psal. 43.

De. 32

B

Ec. 22.

Sed dñe attẽde, quantum sit onus, q̃d super te tollis. Audi sapientẽ, super plumbum quid grauabitur, & q̃ illi aliud nomen, q̃ fatuus? arenã, & salẽ & massam ferri facilius est ferre, quam hominẽ imprudentem, & fatuum. Quanta n. Christus tolleret, nos sustinens, dictũ difficile est: quot negligentias, quot peccata, quis numeret? Audi ipsum per Esaiam loquẽtem. Audite me domus Iacob, & oẽ residuum domus Israel, qui portamini a meo utero q̃ gestamini a mea vulua, usque ad senectã ego ipse, & usq; ad canos ego portabo. Ego feci, ego ferã, ego portabo, & saluabo. Ondit se Deus grauatũ, quasi mater fœtu. Et p Oseã, & ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis, & nescierũt, q̃ curarẽ eos. Mira Dei dignatio, ut eos portet, quos null⁹ portare valet, sed oẽs derelinquunt quasi importabile onus. De quo loquitur dñs ad Iob. Cum derelinquit oua sua ĩ terra, tu forsitan in puluere calefacies ea? quasi dicat? Hoc ego pręstabo, nõ tu, quia quẽ omnis creatura derelinquit, Deus fouet. Vbi et Gregori⁹ notat, aliquas esse oues ab omni derelictas pastore, & q̃ similes

Es. 46.

Os. 11.

C

Iob. 39

Greg.

sunt oui struthionis, derelictis a parẽtib. in terra, & sicut De⁹ illa oua calefacit, & quasi incubat eis, & pullos educit, parentũ negligentiã supplens, ita aliquæ sunt aiæ humanis auxiliis destitutæ, quib. doctrina, & exhortatio nulla datur, illas vero Deus docet, instituit, ac perficit. A

Et deinde cũ ait. Imponit humeris suis, Summã nobis fiduciam pręstat, ut nihil timeamus, si in humeris Chri deportamur. Pauet Israel vidẽs post tergũ Aegyptos, ante se mare, sed eum roborat Moyses dicens, vos tacebitis, dñs autem pugnabit pro nobis, quia extendit alas suas, & assumpsit eum, atq; portauit in humeris suis. Et ideo dñs mare aperuit, & vitam facilẽ Israeli tribuens suffocauit Aegyptios vniuersos. Ita terreri solet peccator, ac dicere, q̃uo potero iustus eẽ, video post tergum innumera quę perpetraui facinora, & coram innumeras uiæ Dei difficultates, quis stare poteri, cũ tot sint peccati occasiones, tot ĩ me praui habitus. Sed hęc si dicẽs desperas, nõ agnoscis pastorem tuum, iniuriam ei irrogas. An opus hoc tuũ est duntaxat, & nõ potius Christi? Christus pugnauit ꝓ te, ipse in humeris suis te defert, quid paues? Quis leo vel lupus rapiet te de manibus eius? Omnia facilia tibi erunt, Christo tibi dãte auxiliatrices manus. Hinc Ps. Ipse Deus meus salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius. Quo vsq; irruitis in hominem, tanquã parieti inclinato, & maceriæ depulsę. Q. d. Licet vos inimici mei adnitamini me euertere, sicut solent hoĩes uidentes parietem iam inclinatũ ad casum, tñ ego in dño stabilitus sum, iõ nõ mouebor amplius, quia nemo rapiet oues de manu Christi. Fortissima ꝑfecto ouis est, quæ in manibus, & humeris Christi est. Hinc nu. 24. dr̃. Robustum quidem est habitaculum tuũ, sed si ĩ petra posueris nidũ tuũ. Altissimum quidẽ posuisti refugiũ tuũ, cum in Christo qui petra est, posuisti nidum tuũ, non accedat ad te malũ. Securus erit in humeris pastoris tui esse poteris, noli pauere, noli trepidare, tantũmodo virilliter age, & confortetur cor tuũ, & labora vt bonus miles Christi sub eius vexillo.

Ex. 14.

B

Ps. 61.

Io. 10.

C

Nu. 24

Ps. 90.

Con-

A Congratulamini mihi, quia inueni ouē, quam perdideram. Notat Beda, nō dicit, cōgratulamini oui, quæ perierat, & inuenta est, sed congratulamini mihi. Quid oui congratulandū sit, manifesta rōne patet, qm a morte liberata ē, & erū ta de ptāte tenebrarū, & luporū: nihilominus tn̄ sibi congratulandū Xp̄s dominus ait. Adeo enim ei curæ sumus, ita ne gocia nostra suā putat, & bonum nr̄ū suum dicit, ut ipsi potius congratulandū sit, quam nobis. Hanc cōgratulationem cęlestis Hierusalem ostēdit Ioannes. Audiui quasi uocem turbæ magnę dicentiū Alleluya, Gaudeamus, & exultem?, & d mus gloriam ei, quia uenerunt nuptiæ, agni, & vxor eius ꝑparauit se. Quemadmodum cum rex regnum maximū debellauit, & cępit, ei congratulantur oēs, & festus dies, & celebris agitur ob partā victoriā, ita in peccatoris conuersione festus dies in cęlis agitur, & Christo cōgratulantur cęlestes ciues. Mira hominis dignitas, quem tāto in pretio rex habet. Lętabuntur corā te, sicut q lætātur in messe, sicut exultāt uictores capta præda, qn̄ diuidunt spolia. Ab hoc Christi gaudio, & congratulatione didicit Paulus simile quid sibi usurpare, dicens. Itaque fratres mei charissimi, & desideratissimi gaudium meum, & corona mea, sic state in domino Charissimi.

Beda.

Ap. 19.

B

Esa. 9.

Phi. 4.

Aut quæ mulier si habuerit dragmas decē, & perdiderit dragmā vnam, nōne euertit domum, &c. De duabus his parabolis dicere possumus, quod Ioseph Pharaoni dixit, cū duo somnia narrasset, sōnium regis idē est. Sic hac parabola idē significatur, quod priori.

Ge. 41

C

Dragma perdita, aīa est, quam diuina sapientia quæsiuit lucerna accensa doctrinę suę. Psalmista lucerna pedib. meis verbum tuum, & lumē semitis meis. Et Sapiens, mādatū lucerna est, & lex lux. Et ut hāc inueniret dragmam, domum euertit. Vide euersionem domus dictā a propheta. Adhuc modicū, & ego mouebo cœlum, & mare, & aridam, & cōmouebo omnes gentes, & veniet desiderat? cunctis gētibus, & implebo domum istā gloria: vis hāc euersionē oculis tuis subijcia? attēde signa passionis Christi, vbi cō mota sunt cœlū, & terra: de illis enim signis Amb. lib. 5. epistolarum. epistol. 12. hęc uerba Prophetæ accipi. Attende deinde cęlos commotos lætitia Christi dn̄i incarnatione, & natiuitate, & admiratione etiam commoti sunt. Mota etiā terrā est descriptione uniuersi per Augustū facta, & hanc cōmotionem significat Paulus, dicens, uidete, ne recusetis loquentē: si enim illi nō effugerunt recusantes eū, qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de cœlis loquentē nobis auertimus, cuius uox mouit terrā tunc: nunc autem repromittit dicēs, adhuc semel, & ego mouebo nō solum terram, sed & cœlum. Quasi dicat. Videte, ne sicut olim Iudęi repulerūt Moysen, q de terra erat, nec eum audierunt, ita & uos repellatis Christū, qui de cęlo uenit, si enim puniti sunt, qui Moysi rebelles fuerunt, multo magis, qui Christo domino. Vox Moysi legem ferentis, & Angeli loquentis tunc terram commouit signis multis, & lætitia propter legem acceptam. Sed Xp̄s veniens cęlū, & terram commouebit quasi dominus cœli, & terræ, lętificabit uniuersum, & prodigijs magnis i admirationē homines rapiet, & præterea. Venit Christus in mundum humiliauit superbos, exaltauit humiles, deiecit Iudæos, exaltauit Gentes, deiecit montes, & colles, & ualle, impleuit, deiecit quæ pretiosa erāt mundo, exultauit crucem, seipsum humiliauit, nos exaltauit, idola deiecit, mores hominum mutauit, an non euersum mundum dices? maximo profecto in pretio coram Deo dragma istā est, pro qua inuenienda tanta Deum fecisse nouimus.

Pf. 118

Pro. 16

A

Amb.

B

C

Simul uero nobis ostēdit, qua arte nos inuenire poterimus hanc dragmam, qn̄ amissa fuerit. Si in peccato es, animam perdidisti. Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur, quærenda ergo dragma a nobis est. Sed qm̄o? ais. Euerte domum. Primum euerte vniuersum hoc, & attende innumera dona, ac beneficia, quæ tibi Deus contulit, omnia quæ in mundo uides, Dei in te beneficia sunt.

Luc. 2

Esa. 5

A sunt. Euerte etiam domum conscientiæ tuæ, considerās vniuersa tua peccata, cū Ezechia qui ait. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę tuæ. Vbi nos legitimus, euertit domū, alij legūt, euertit domum: sic. n. inueniri dragma solet amissa, euertendo domum, sic etiā, ut inuenias animam tuam, euertendo cōsciētiæ tuæ, cū Psalmista, quia ait:
Ps. 76. Meditatus sum nocte cū corde meo, & exercitabat, & scopebam spiritum meū. Quid enim confessio est, nisi quædā emūdatio domus, quia omnes immunditias colligis, & extra domū emittis. Si vero peccata retinueris, accidet tibi illud Sapientis.
Ecc. 3. Peccator adijciet ad peccādum; idest, Peccata noua priorib. superaddet. Sicut enim Sampson capillorum fortitudine amissa, Philistæis oppugnantib. re-
B sistere non ualuit; sic homo amissa gratia, infirmus manet, & impugnantib. dæ-
Bern. monijs resistere non potest. Hinc Bern. Time amissa gratia, quoniam reliquit te custodia tua.

Sicut ergo, nunc erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores, ita tu accede ad illū. Malum peccatoris hoc est quod a Deo recessit, bonū illius est, si ad eum accedat. Peccatū est recessus, & auersio a Deo, & conuersio ad creatu-
Eze. 8. ram. Quod mire depinxit Ezechiel in illis, qui tergum ad altare versum, & faciē in solem habebant. Cōuersio peccatoris efficitur, cum faciem in Deum cōuertit.
Eze. 11 Hinc Ezechiel. Cōuertimini, & recedite ab idolis vestris, & ab uniuersis cōtaminationib. vestris, auertite facies vēstras. Qui plus æquo diligit pecuniā, honorē, & voluptatem, faciem suam ea in te po-
C suit, quā dilexit. Auerte faciem suam ab his, & auertet dn̄s faciem tuam a pecca-
Esa. 38 tis tuis. Sic Ezechias conuertit faciem suam ad parietem, & orauit dominum, & vitā obtinuit. Sed quid est, quod oraturus, faciem uertit ad parietem? Quidā dicunt id factum, ut attētius oraret, nec lachrymæ eius ab alijs viderentur. Sed
Glossa Glossa ait, ad parietē templi faciem uertisse, quod prope regis palatium ædificatum erat. Vertamus ergo in Deū facies nostras, si ab eo auersæ sunt. Summe eīm

execratur Deus obstinationem in pecca- A
to. Hinc Leuitici quinto dicitur. Anima Leu. 5.
quæ tetigerit aliquid immundū, aut mortuū, & oblita fuerit immunditiæ suę, rea est, & deliquit. Hoc enim corā Deo nos reos esse facit, & odibiles, quod postquā peccauimus nihil curamus pœnitentiæ remedia, quibus si vteremur, omnis immunditia facile tolleretur, & Deo appro-
pinquare possemus. Notat Orig. illud Orig. Leu. 2.
Leuitici. Si obtuleris munus primitiarū frugum tuarum despicis adhuc uirentibus, torrebis igne, & confringes in morē farris, & sic offeres Deo tuo. Spica viridis peccator est, Deo tamē offerri ualet, si charitatis igne torreatur, & contritione conteratur, huiusmodi erant hi peccatores qui accedebant ad Iesum.

Iesu in terra posito Asylum nobis est, & turris refugij, ad quam cōfugiamus, Adam non habuit post peccatum quo confugeret Deū euaderet. Diluuij tem- B
pore nullum datum est confugium miseris peccatorib⁹, nec Sodomitis, nec exercitui Pharaonis, qui cōclusus est, nec potuit retrocedere, nec progredi. Sed Christus factus est refugium herinacijs. Et ideo ad eum appropinquabant peccatores, & in uia publica se illis obtulit, vbi eum facile inuenire possent. Sicut cum Simile
in uenationem nobilis uir procedit, diuidit seruos per diuersas semitas, ipse uero eligit uiam illam, per quam ceruus ueni-re solet ut in plurimum. Siluestris bellua peccator est, quam Christus uenaturus aduenit, & ut hoc omni uia, ac semita, sanctissimos uiros posuit quorum exemplo uirtuti afficiaris, & qui te lucrari curent Deo suo. Sed Christus uiam eligit omnibus communem, per quam omnes incedebant, non eligit viam aspe-
ram, sicut Ioannes, sed mediam, ac me- C
diam, ac mediocrem uia in mādcat, & bibit cum peccatoribus, ut sic plures capiat, & virtutem omnibus facilem ostēdat, & in omni statu colendam. Hinc dicit Paulus omnibus omnia fieri ut plures lucrifaceret, & ideo erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores accedamus, & nos, &c.

IN

A IN DOMINICA SECVNDA Post Pentec. Concio Secunda.

Hic peccatores recipit, &c. Luc. 15.

MIrabile profectò est, quanta cura Christus dominus peccatoris negotia gerat, ut peccato dimisso, ad se redeat. Huius rei causa è cœlis in terram uenit, & hac in re totam uitam, & denique sanguinē posuit, in hoc uenit filius
1.Io. 3 hominis: ut dissoluat opera diaboli. Et huic operi perpetuò insistit, quærēs ouē, quæ perijt, & in hanc rem uniuersos ministros eccl'iæ suæ instituit, & vniuersus ordo hierarchic' hoc opus respicit. Et angelos omnes fecit administratorios spiritus, ut oues errantes colligant, & ad Dei
B aulam reducant. Et demum uniuersum mundum euertit, ut hanc dragmam inueniat. Dulcissimum, ac planè iucundissimū erit, si inuestigauerimus motiua, atque rationes, qui... Christus dominus ducitur, vt totis viribus huic operi intendat. Cum enim hoc negotium alienum ab eo videatur, & inimicorum illius intersit, inauditum est, quod in illud totis neruis conetur. Simul nobis doctrina hæc proficua erit, ijsdem enim rationib. nos ducemur, ut ad Christum accedere conemur.

Io. 6. Quædam sunt motiua ex parte Christi domini, quædam ex parte nostri, quædam ex parte dæmonis.

Ex Christi quidem parte eū præcipuè mouet voluntas ac præceptū patris, qui illum in hoc opus misit. Hinc aīt. Descēdi de cælo, nō ut faciam uoluntatē meā, sed voluntatem eius, qui misit me. Hæc
C est autem uoluntas eius, qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, nō perdā ex eo quicquam. Et iterū ait: Sic non est
Ma. 18 voluntas apud patrē uestrum, ut pereat
1.Ti. 2 unus de pusillis istis. Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, Paulus ait. Duæ in Chro sunt uoluntates, diuina, et humana, diuina una numero est cū patres uoluntate, humana semper diuinę cōformis est. Cū
Ge. 24. ergo nouerint hanc patris sui uoluntatē esse, & dulcissimum esse patri, ut omnes salutē consequantur, incumbit huic ope A
ri totus uiribus, & in hoc opere sanguinē, & vitam libenter posuit. Elizer Abrahę procurator, qui domini iussu sponsam quæsiuit Isaac, ait. Non comedā, donec loquar sermones meos. Fidelis certè seruus, qui cibum nō capit, donec mandatum domini perficiat. Hic.n. pręcipuus ei cibus erat Ita Christus dominus, cum Ioā. 4
errantem ouem repetisset, & animā peccatricem ad Deum traxisset, Samaritanam, l. ait. Hic est cibus meus, ut faciam 1.Th. 4
voluntatem eius, qui misit me, ut pficiā opus eius. Hæc est autem uoluntas Dni, sanctificatio uestra. Ad hanc etiam rōnem, pertinet maximum Christi desiderium quo patrē glorificari desiderat: præ Ex. 14
cipuè uero glorificatur saluatione hominum, potius quam eorum damnatione. Ex. 15
Ex damnatis in inferno, & eorum pœnis gloria Deo redundat, sicut ipse dixit, & B
glorificabor ī Pharaone. Et gloriosè magnificatus est, æquum, & ascensorē proiecit in mare. Quia uniuersa mala, q̄ dānati patiuntur, eis inferuntur in supplicium, quia Deū contempserunt: & ideo in illis supplicijs apparet q̄tus sit Deus, cum sic puniatur, qui in eū peccauit, & sic illis glorificatur Deus: Gloria tamen, quæ Deo resultat ex sanctis, multo maior est, q̄m gloria, quæ illi in cœlis tribuitur, est media, cognitione, & amore, & iubilo perpetuo. Sicut Esaias uidit, clama- Esa. 6.
bat alter ad alterū, sanctus, sanctus, sanctus, rapit.n. illos infinita illa Dei bonitas q̄ uident, gloria uerò, q̄ ex damnatis C
Deo resultat, accipitur ab eis inuitis exercita in eos diuina iustitia. Sed laus beatorū q̄ Deo tribuunt, uoluntaria est. Beati qui habitant in domo tua dñe, in sæcula Ps. 83
sæculorū laudabunt te, gratiora uero, & Ps. 53
gloriosiora Deo sunt obsequia, & laudes uoluntaria, q̄ uiolenta. Hinc Ps. Voluntariè sacrificabo tibi. Et præterea dānatorum pęna, licet a Deo præcipiente procedat, tamen a culpa ortū habet, quę causa meritoria fuit, & ideo potius damnatis causa dicūtur eius quam Deus: gloria uero beatorum non solū a Deo procedit, sed illā sancti merentur gr̄a a Deo suscepta, & iō Paulus ait, gratia Dei uita Ro. 6.
æterna.

A æterna. Hinc Ose. Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Et denique, adeo potior est gloria, quæ Deo ex beatis resultat, quã quæ ex damnatis, vt dicat Ps. quia nõ infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, & nõ mortui laudabunt te domine, neque oẽs qui descendunt in infernũ, sed nos q uiuimus benedicimus domino. Viuens viuens ipse cõfitebitur tibi. Qui ergo patris gloriã zelat, curat animã in cœlũ ducere, quia inde maior gloria ei resultat. Et ideo Christo dulcissimum est, animas uidere Deum laudantes, ac diligentes sine fine.

Os. 13

Ps. 113

Hæc etiã accedit gaudium cœlestis patriç, cum ciuis aliquis denuo illam ingreditur, quod humano ingenio est in excogitabile, pp summam charitatem beato
B rum. Et ideo sicut tu gaudes, cum uides fratrem tuum corona regia insigniri, ita beatus, dum uidet eum, quẽ precipuo diligit amore, sicut se ipsum, cęlestẽ, & immarcescibilem coronã accipere. Hoc uero gaudium colligi aliquo modo põt ex gaudio, quod in conuersione peccatoris, Christus dominus asserit, esse. Interest vero multũ inter gratiã, & gloriã a gratia enim deficere homo facile potest. Sicut interest multum inter seminationẽ, & messem, propter multa pericula, q̃ intercidere solent, ex quib. fruges perduntur, ita gratia sem. ẽ est gloriç. Si ergo gaudium est in cęlo super uno peccatore, cũ gratiam suscipit, pp spem salutis æternæ, quale erit gaudium, cũ iam in messe colligitur in horrea cælestia? dici aut explicari nequaquam potest. Idem gaudiũ
C cęlestium colligi potest ex desiderio, & intercessione multa, ac precibus ad Deum fusis pro animæ salute. De beata Monica Aug. refert, maximum in eius conuersione gaudium illius extitisse, pp desideria, & lachrimas quæ præcesserant. Charitas beatorũ, & desiderium qđ habent nostri boni, immẽsum est, intercessio eorum p nobis iugis est. Cum ergo impleri videt eorũ uota, exauditas orationes, & venientẽ conciuem eorum summa ornatum gloria, lætantur, obuiamq; ei procedunt exultãtes. Sicut egressę sunt mulieres de uniuersis urbibus Israel cantantes. chorosq; ducẽtes in occursũ Dauid, cum caput Philistæi adferret. Nullus vnquam princeps, uel imperator, etiam cũ triũpharet, ingressus est vrbem suã tanta maiestate, ac lætitia, quãta ingreditur beatus in regnum cœleste, noua indutus stella gloriæ. Cum hoc gaudiũ Christus nouerit, tum illud quod in conuersione peccatoris fit, tum et illud, qđ cum in patriam venit cęlestem, celebratur, oẽm adhibet diligentiam, ut ouem quęrat perditam ac gaudens in aulam ducat.

Aug.

1. Reg. 17.

Ex parte etiam Christi dñi alia est ratio, ut huic operi nimium incumbat, & ea est, quod anima factura illius est, opus manuũ illius, plantatio eius. Et insuper quod eã emerit tã caro pretio, sanguine, & vita: nõ enim corruptib. auro, &
B argento redẽpti estis de uana uestra conuersatione, sed pretioso sãguine agni immaculati. Et ideo non vult animam perdi, & nimium curat, ut errantẽ reducat, ac reuocet. Ignoscit Deus Niniuitis, dolet đ hac re Ionas, cũ gaudere debuisset. Vt uero eum dñs erudiret, vmbraculum pulchræ hæderæ ei præparauit, & præcepit uermi, ut eã corroderet, perit hædera, dolet Ionas, & tristatus est uehementer. Ad quem dominus ait. Tu doles super hedera, in qua nõ laborasti, neq; fecisti, ut cresceret, quę sua una nocte nata ẽ, & sub una nocte perijt, & ego non parcam Niniue ciuitati magnę, i qua sunt tot homines, & iumenta? ne mireris, si ego nolim perire opus manuum mearũ, & op⁹ maximũ, quale est Niniue. Sed attendenda uerba illa sunt, tu doles super hedera, in qua non laborasti, posset enim Ionas
C dicere, & tu dñe quid pro homine laborasti? non dicit dñs, se laborasse, sed se inuit laboraturum, cũ homo factus sanguinem pro hominib. fundet, qua ratione dolet, homines perire, optatque, ut salutem æternam consequantur.

1. Pe. 1

Ionę. 4

Dictis uero hucusque, illud addendũ est, Christũ huic operi incumbere: videt enim quam ei deuincta sit anima, ut eũ ladet in ppetuas æternitates, cum ab eo fuerit liberata a peccatis, & dęmonis potestate. Cum Israelitæ se viderũt liberos industria, ac fortitudine Iudith, innumeras

A ras ei gratias reddiderūt, festa celebraue rūt, & in choros diuisi, hi eam laudabāt, & benedicebant: illi respondebāt. Amē, & per tres mēses hęc festa celebrata sūt, & dies festus quotannis agebatur huius victoriæ in Israel, & cū pcedebat in publicum Iudith, oīs populus eam comitabatur. Si pro parua libertate tot festa, & gratiarū actiones Iudith redditæ sunt, q obsecro vox laudis in cęlo erit in æternum, quæ festa celebrabūtur Christo Domino pro æterna salute? Hęc vidit Ioannes, cum audiuit beatos dicētes. Redimisti nos Domine Deus in sāguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, et natione, & fecisti nos Deo regnum. Et iterū. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtuté, & diuinitatem, honoré, & gloriam. Et iterū, cū vigintiquatuor seniores procidebant; & mittebāt coronas ante agnum. Nō erat conueniens, vt facile Christus Dominus relinqueret tot benedictiones, festa, ac gratiarū actiones: iō huic operi incūbit totis viribus, hæ sunt rōnes, ac motiua ex parte Christi Dñi.

Apo. 5.
Apo. 4.
B

Aliç vero sunt ex parte nostra. Primū Deum mouet, malū infinitum, quod peccatoré monet, nisi resipiscat. Videt inferni pęnas æternas, quas solus ille comprehendit, & ęqua lance pensat, & cum illas videat homini paratas, emollitur dulcissimū illius cor, & in misericordiā flectitur. Hoc Dominus mire ostēdit p Oseā. Quomodo dabo te Ephraim? Protegam te Israel? Quō dabo te? Sicut Adama ponam te, vt Seboim? Conuersum est in me cor meum, pariter cōturbata est pęnitudo mea, non faciam furorem iræ meæ, non conuertar, vt disperdā Ephraim. Ecce Deum misericordia commotum, cum videt flagella maxima. Quod si antequā homo fieret, hęc dixit, quid obsecro dicet factus homo? Hanc in peccatoris misericordia, hanc animi commotionem ostēdit, cum dixit, filius quidem hominis vadit, veruntamen væ homini illi, per quē filius hominis traditur. Id ipsum declarauit, cū uidēs Ierusalem fleuit super illam, & dixit. Si cognouisses, & tu, & c. Si mala temporalia à Romanis Iudæis inferenda, sic eius cor cōmoueūt, quid

Ose. 11
C
Ma. 26
Luc. 19

non commoueant æterna mala, quæ animam expectant, cum non Romani, sed dæmonibus est tradenda? A

Hō duro corde est, vt significat Dñs per Oseam, nō faciam furorem irę meę, quia Deus ego sum, & non homo. Id est misericors, & non crudelis. Nihilominus tū cum uidemus hominem in suppliciū duci, misericordia mouemur, attēdētes, illum breui uita excessuiū, & cū ignominia, & si cū liberare possumus à morte, Id pręstaremus misericordia moti. Quō ergo Christi viscera misericordia plena, imò quæ ipsa misericordia sunt, non cōmoueantur, cum videat duci animā à dęmone in æternā mortem, & æternos cruciatus? Hic Sapiēs. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahūtur ad interitū, liberare necesses. Nec solū misericordia commouetur homo, cum hominē uidet in suppliciū duci, sed, & si uideat agnū à Lupo, uel Leone capi, & discerpi, dolere solet. Et ideo Dauid ait. Veniebat leo, uel ursus, & tollebat arieté de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore ipsorū. Si hoc præstabat Dauid, ut erueret arietem de ore leonis: quid princeps pastorū faciet, ut animā eruat de ore illius, qui tāquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret?

Ose. 11
Pro. 24
B
1. Re. 17

Secundo etiam ex parte hominis alia ratione Christus ducitur. Quia licet in peccato propria culpa sit, eaque grauissima, & digna æterno supplicio, tamē aliquid in nobis est ignorantiæ, atq; passionis, qua abstracti, & illecti peccamus. In peccato Angeli, neutrum horum extitit, non ignoratio, non passio, ideo in eū continuo lata sententia est. At in hominis peccato remediū est, & nos Deus expectat, quia infirmi, & ignorantes sumus. Hinc Psalm. Quō miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentū nostrum, recordatus est, qm puluis sumus. Ex parte uero dæmonis, qui hominem decipit, alia ratio est, qua Christus Dominus ducitur, ut eum non sinat homines perdere. Licet. n. Deus iustè hominē tradat dæmonis seruituti, quia eum homo eligit in principem, dæmon tamen iniuste

C
Ps. 102

A iniuste hominem vsurpat, fallit, & pdit, tyrānus ille est, & nullo iusto titulo nos possidet, raptor est animarū, quas è Dei domo deceptas educit, superbus, & arrogās est in Deum, qui Deo præferri vult, hæc dæmonis iniustitia, & arrogantia Christū Dñm, mouet, vt hoïes eruat ex eius ptāte. Audit Dauid opprobria Goliæ, vi let superbiam eius, & ait. Quis est hic incircūcisus, qui exprobat aciem Dei viuētis? cōmouit Dauidē superbia, & arrogātia Goliæ, ut cū trucidaret, Cum ergo videat Christus Dñs dæmonis superbiam, quæ ascendit semper, illius arrogātiam, quæ Dei gloriā obscurare, & hoïes perdere vult, commouetur, vt eius frāgat ceruicem, & nos ab eius eruat ptāte. Hāc
Ps. 43. rationem allegat Psalmista dicēs. Surge
B Deus iudica causam tuā, memor esto improperiorum tuorum, eorū, qui ab insipiēte sunt tota die, ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum, superbia eorū, qui te oderunt, ascendit semper. His omnib. titulis, atque nominib. Christus Dominus peccatores recipit quærit maximo studio, & reuocat in salutis viam.

Sed forte ais. Si tot rōnes sunt, & tāta bona procedunt ex peccatoris conuersione, cur Christus Dñs ptāte, & vi dęmonē ex aïa non pellit, cum dæmon rapina, & vi hominib. dñetur? Rñdetur. Duplici titulo dæmon hominē possidet, primo pp Dei sniam, qua per peccatum diaboli potestati homo tradit⁹ est, & donec Dei iustitiæ fiat, satis pro pctō dæmon homini pricipabit. Sed Christi Dñi morte abla
C tus à demone titulus hic est, & princeps mūdi huius eiectus est foras. Sed manet dæmoni titulus alter, voluntaria, s. hominis subiectio. Liberauit nos Christ⁹ Dñs passione sua: sed si nos adhuc serui esse volumus, in seruitute erimus. Sicut si captiuum Argerij detentum redimas ille in Argerio manere vult, manebit volūta
Simile te sua, nō necessitate: Christ⁹ redemitte, si tñ tu seruus dęmonis esse velis, nō est Christo conueniēs, quod vi tecum agat, & cum nolis ei adhærere, te per vim trahat: satis sit, quod redemit, quod recipit, qd rogat, & obsecrat. Tu vero oïb. rōnibus superius expositis Deo adhærere teneris, & pctūm deserere. Primo, quia hęc A est voluntas Dei, hoc eius desideriū, qd tu maximè attendere debes, & ut diē festū cęlesti curiæ præbeas, ut Christo Do Esa. 49 mino obsequaris, ut eius pro te laborib. p modulo tuo satisfacias, ne dicat, in uacuum laboraui, vane fortitudinem meā consumpsi, & propter te ipsum miserere animæ tuæ placens Deo, ne in æternum pereas, denique propter dęmonis in te tyranidem, & arrogantiam, vt eum superes, vt ex inimici potestate eruaris.

Sicut ergo nūc erāt appropinquantes ad Iesū publicani, & peccatores, accidit. Sed ad quid appropinquabāt? ut audirēt illum, ait Euangelista. Dicebat. n. illis illud sa piētis. Appropiate ad me inducti, & cōgregabo vos in domum disciplinæ. B
Quia vt dr̄ in Deuteronomio, qui appro Eccl. 51
pinquant pedibus eius, accipient de do- De. 33.
ctrina illius: verba Christi trahebāt eos, quia dulcissima erant mel, & lac sub lingua eius, & diffusa est gratia in labijs Cant. 2
tuis, verba eius verba vitæ æternæ. Hinc spōsa, fac me audire vocē tuā, vox. n. tua dulcis. Sicut. n. cū maiestatem ostēdere voluit, adeo terribiliter loquebat, ut dice Ex. 20.
ret Israel: Nō loquatur nobis Dñs, ne forte moriamur, ita cū dulcedinem ońdere voluit, adeo dulciter locutus est, vt oēs post se traheret. In emblemate depingitur Hercules funib. ex ore pcedētib. q- Ioan. 7
bus populos vinciebat, & post se trahebat, pp eloquij illius dulcedinē. Quid mirum, si id Christus Dñs efficiat, cu nunq̄ sic locutus sit homo. Si ergo à finibus terræ veniebant plurimi, ut Salomonis audirent sapientiam, quid mirū, si ad Christum accederent? Nobis vero, vt eum au C
diamus, ad orationem accedendum est, vbi loquitur ille ad cor, ducam eam in so Oseę. 2
litudinem, & loquar ei ad cor.

Tāta vero benignitate suscipiebat Dñs peccatores ad se accedētes, vt murmurēt Pharisęi dicētes, hic peccatores recipit. Il li hoc tanq̄ vitiū, & notā Christo Dño Ps. 144.
inurūt: sed planè verba hæc titulus Dei Ps. 35.
sunt, encomiū eius insigne illius, qd vulgo dī (Blasō, y letra de sus armas) Miserationes eius sup oīa opera eius. Et homines, & iumenta saluabis Domine, quem admo-

A admodū multiplicasti mīam tuā Deus. Sed de tāta mīa murmurāt plurimi, adeo vt necesse fuerit Dei seruos hāc Dei cām tueri, atq; defendere, ostēdentes Dei dissimulationem, & benignitatem in peccatores, nō defectum esse iustitiæ, sed diuinā mīam id decere. Hinc Petrus, nō tardat dn̄s promissionem suā, sicut quidam existimāt, sed patienter agit pp vos, nolēs aliquos perire, sed oēs ad pœnitētiā reuerti. Quod si stupēda tibi hęc mīa apparet, nō iō non credēda, imò propterea suscipienda. Cum.n. reliqua attributa ostēdere voluit, sapiētiam, scilicet, & potentiā, mirabilia operatus est, quæ intuentes obstupescimus: & iō cū miserationes eius super oīa opera illius sint, nō mirum, si
Ps. 16. mirabilia existant. Quod petebat Ps. mirifica misericordias tuas, qui saluos facis
B sperantes in te. Attendenda hac in re est fidei nostræ celsitudo: & hominū ignoratio. Quod difficilius mūdo persuasum ē ab Apostolis, non id fuit, quod de Dei sapientia, ac magnitudine prædicabāt, sed illud quod de diuina mīa, amore, ac bonitate, hæc mundo incredibilia apparuerūt, ut quod Deus homo factus, & crucifixus pro nobis sit, quid peccatores reciperet: mundi hæc nō credentis ignorantia manifesta est, quisq; .n. optare dēret Deum, sicut magnum, potentē, & sapiētem, ita bonum, misericordē, & amantissimum hominum: imò hæc præcipue in Deo optare deberet, quam illa. Cur ergo
1.Ti. 1 hæc nō credēda? Celsitudo uero fidei apparet, dum hæc Deo nostro tribuit, præ-
C cipuè dū ait, miserationes eius super oīa opera ei⁹ Hinc Paulus: Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, qa venit Iesus, pctōres saluos facere, fidelis ait sermo, verbu.n hoc facile est, licet mundo aliud uideatur, & dignus, ait omni acceptione, idest dignus, qui ab omnib. suscipiatur, talis.n. Deus nobis erat desiderandus, q pctōres saluos faceret, essetque similis Iudæ. De quo scriptum est, & erat Iudas cōgregans extremos, idest infirmiores, & debiles, ita Christus dominus peccatores recipit congregatque.

Sed nunquid o domine, qa pharisæi
1.Mac. murmorant, hoc opus deseres? Absit, nō est Deus ut homo, ut ppterea mutetur, A aliqn̄ in Dei viam ingressus audis aliquos murmurātes, & sustinere nō potes oblatrantes tibi, & caro pretio tibi Deū stare credis, si eius cā aliquid tibi sustinē dum est. Qui serio Deum sequitur, dicere debet, oīa alia nihil sunt præter Deū, & qcq d derelīquere me oportuerit, Dei causā relinquā. Siue substantiam, siue uitam, siue honorē. Si Deum in domo tua diuersari uīs, primum ei cōcede locum, quem si in corde tuo ei nō dederis, recedet. Si em̄ uili pecuniæ, uel delectationi brutæ uel gloriosæ primū locum in corde tuo concedis, & non Deo, q̄uo eum tibi adesse vis? Si inuitasti regem, & cū discumbere facis in nouissimò loco, q̄uo te cū māducabit? Si tu dolore afficeris, nec sustinere vales, si indigne tracteris nec ti B bi debitus honor deferatur, qua rōne Deus id sustineat? sicut ergo Christus dn̄s vt peccatores recipiat, nihil difficile reputauit, oīa sustinuit, etiam mortem, ita tu, ut Deum suscipias, omnia sustine, nihil tibi sit difficile, aut arduum.

Exēplo pastoris quærentis ouem perditam Christus dominus hanc explicat Dei mīam. Ouis perdita genus humanū est, quod in primo parēte errauit. Hinc Esaias. Oēs nos quasi oues errauimus, Es. 53. vnusquisque in viā suam declinauit, oēs viā cœli dereliquimus, nec ad illam redire possumus uirib. nostris: est enim homo spiritus uadens, & non rediens. clamandū ergo nobis est ad Deum qui nos Ps. 118 quærat, & in viā reducat. Sic faciebat Dauid. Erraui, sicut ouis, q perijt, quære seruum tuum dn̄e, quia mandata tua non sum oblitus, merito ait, non se oblitū diuina mandata, qui.n. clamat agnoscit se C in uia errasse, sed quia errorem suum nō agnoscit, in uia pcedit, nec clamat, sed ī peius proficit. Hinc Sapiens. In duobus Ec. 26. contristatum est cor meū, & in tertio iracūdia mihi aduenit, uir bellator deficiēs per inopiam, & uir sensatus contēptus, & qui trāsgreditur a iustitia ad peccatū, Deus parauit eum ad rompheam. Duo priora contristant hominis cordati mētem, uidere scilicet virum bellatorē, qui reipublicæ salutē attulit, inopem, sensatum

A rum despectum. Sed tertium irā prouocat, videre scilicet hominem, qui cū iustus fuerit, iustitia deserta in peccati factionē transit, nō hic sapiens loquitur de eo, qui in peccatū infirmitate lapsus cito surgit, sed de eo, qui diu in peccato cōmoratur, quem Deus parauit ad rhōpheā, idest ad æternā mortem, de quo Petrus ait. Melius erat illis, nō cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionē retrorsum conuerti ab eo quod traditum est illis sācto mādato. De his vero, qui in peccatis

Esa. 5. durant, Esa. ait. Væ qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. Quo loco Hiero

Hiero. nymus ait. Pro vinculo plaustri septuaginta transferunt corrigiā iugi vitulæ, siue uaccæ. Peccatum. n. vinculum est, dicē-

Pro. 5. te Salomone. Funib. peccatorum suorū

B vnusquisque constringit. Eis ergo Esa. minatur, qui lōgo funiculo peccata protraxerint, & qui peccati vinculis alligati

Nu. 19. peccato seruirent. Qua ratione vacca rufa Deo offerenda vinculis iugi alligata esse non debet, funiculi uanitatis dicuntur, quia licet fortiter hominem teneant, & alligent, sed araneorum telas texuerunt, quas facile ventus tollet.

Qui ergo errorem agnoscit suū, & clamat, auditur a Deo facile, qui uenit, ut q̄reret, & saluū faceret, quod perierat, & huius rei causa reliquit nonaginta nouē oues in deserto, idest, angelos, nō eos reliquit secundum diuinitatē, sed secundū humanitatem, quam induit, secundum quam nusquam angelos apprehēdit, sed

Psa. 11. semen Abrahæ. Clamorib. uero humani generis cō motus uenit. Vnde ait. Propter miseriam inopum, & gemitum pau

C perum nunc exurgam, dicit dominus.

Venit venire, vt errātem ouē quæreret,

Ez. 34. sicut promiserat p Ezechielē. Ecce ego ipse requiram oues meas, q̄ dispersę fue

Gen. 3 runt. Sed quomodo domine venies? nū

Ex. 19. in maiestate, & terrore, ut prius, cū fugit Adam, & cum descendisse te in monte cœperūt audiri tonitrua? Fugient oues, si sic descēderis. Non ita ueniam, sed uisitabo oues meas, sicut pastor uisitat gregē suum, sicut pastor induit pellem ouis, ita ego induam humanam naturam, indui ego primum hominē pelle ouis, induar, A & ego, qui secundus sum Adā ouina pelle, & sic indutum non timebunt oues, non fugient, sed accedent.

Accede ergo ò peccator ad Christum, appropinqua ei ouis perdita. Iam non sunt ei sicut Moysi duræ manus, se leues, & clauis transfixæ, non te auersionis præteritæ culpabit, sed excusabit, ut Ioseph cum fratribus fecit, & si Deus iustificat, quis est, qui condemnaret? Cur ò homo a dn̄o mne pasciuis, & ab eo in interitum duci? Siccatus est torrēs, de quo Elias bibebat, & ait ad eum dn̄s. Surge, Re. 13. & uade in Sareptam. Pascebatur ibi a coruis Elias, sic peccator a dæmonib. pascitur, & torrens deliciarum exsiccari solet, cui dominus, surge, inde, & an pasto B rem tuum veni.

Sed ais, ego peccata reliqui, & iustitiæ operibus uaco, nescio tamen, an inuētus Ps. 41. sim a Christo. Hoc abscondituū nunc est Phil. 3 ab oculis nostris. Sed hac coniectura id Can. 5. assequi poteris. Si nunc tu X p̄m quæris, signum est, te a Christo quæsitum, & inuentū esse. Ille certè a Christo quæsitus fuit, qui ait, quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Et qui ait, sequor autem, si quomodo, comprehēdam. Et quę ait, surgam, & circuibo ciuitatem, quęrā, quem diligit anima mea. Iure optimo Christus dicere potest, quæsiui ego animam, multa itinera confeci, ut inuenirē, detinuit illa me, distulit, repulit, ego faciem, ut me illa quærat, & sic mihi faciet satis, qui eā quæsiui. Sicut de Saulo ait, Act. 9. ego ostēdam illi, quanta oporteat illum pro noie meo pati. Sæpe uocaui te, nec C respondisti, faciam, ut sępe me uoces, & tibi videatur me tibi non respondere. Sępe quæsiui, & fugisti, & ego aliquo modo fugiam, & differam, cū me quæsieris, ut sic satisfacias mihi, qui quæsiui te fugientem. An nō sic sponsæ accidit, quæ aperire noluit sponso, & ille declinauit, & Can. 5 transiuit, & postea ipsa eū quę siuit multis laboribus, nec inueniebat. Signū est, te a Deo inuentum, si Deum ardēter, & perseueranter quęris, &c.

IN

A IN DOMINICA TERTIA Post Pentecosten. Concio Tertia.

Hic peccatores recipit, &c. Luc. 15.

VNiuersę insignes respublicæ, & ciuitates, in aliqua re excelluerunt, & aliquid igne habere curauerūt, in quo reliquos superarent. Respublica Romana ī armis, & gubernatione excelluit, & eius insignē illud erat, parcere subiectis, debellare superbos. Græci sapientiam iactabant: reliquos omnes, barbaros dicebant. Illustras etiam viri aliqua singulari virtute ornati fuerunt, q̄ eos insignes
Nu. 12 reddebat. Comēdabat Moysē, & Dauidem
Ps. 131 mansuetudo: ille erat mitissim⁹ super omnes homines, hic verò, ait memēto dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Salomonem sapientia comēdauit,
B Iosiā religio, Alexandrum animi magnitudo, Cæsarē clemētia, & sic in reliquis.

Sed quodnā ē reipublicæ Christianæ encomiū? quod Christi dñi insigne, quis titulus? qui vulgo blason dicitur, egregia. n. illius facta titulo digna sunt, quod peccatores recipit, & hoc uoluit esse insigne Ecclesiæ suæ, ut pctōres reciperet,
Ro. 1. curaret, atq; sanaret. Voluit eam esse Xenodochium omnium peccatorū, in qua vniuersis animi morbis moderetur. Et ī hoc opus Euangelium cōdidit, quod uirtus Dei est in salutem oī credēti, vt Paulus ait. Et uniuersa sacramenta instituit, quæ medicamina peccatorū sunt. Et ad hoc ipse exaltatus in cruce est, ut medeatur omnib. qui a serpente antiquo morsi sunt. Sicut exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in illum, non pe-
C reat, sed habeat vitam æternam.

Intelligens vero dæmon Ecclesiam a Christo domino institui, in qua sanarentur omnes, quos ipse vulnerabat summo odio in Christum exarsit, quoniā regnū ipsius euertebat Hinc in Christū armatur, & nullum conuertebat peccatorem in sanam mentē. cuius causa non statim
Luc. 7. murmur excitaret dæmon. Sic murmurat Pharisæ⁹, quod Magdalena excipiat. Et nunc murmurant Pharisæi, quia hic peccatores recipit. Nollet ille peccatores saluti restitui, & a potestate Sathanę ī lucem prodire. Sicut ergo olim Pharao ι u A
rabat, ne Israel egrederetur ex Aegypto, Ex. 5. 6 7. 8. & 9.
ita nunc curat dæmō, ne peccator ab ei⁹ potestate procedat. Xp̄s uero peccatores recipit, quia uenit filius hominis, ut dissoluat opera diaboli. Et cum Petrus ait, 1. Io. 5.
exi a me dñe, qa homo peccator sum, Luc. 5.
oppositum rectius intulisset, ueni ad me dñe, quia homo peccator sum, quia medicus in domum infirmi uenire debet.

Plures fuerūt ī Ecclesia errores, ab his muenti, qui cum in Ecclesia fuissent, extra illam per hæresim facti sunt, sed omnium errorum stupidissimus, & pnici osissimus fuit Nouati error, q negauit pęnitentiam post baptismum. Cōtra quem sancti plurima scripserūt. Fuit hic error perniciosissimus, qa ut dicit Basilius homilia 29. de pęnitētia. Desperatio nam- Basil. B
que, quę ab aduersarijs introducitur, eū, qui semel cecidit, in peccatis volūtari, ac perdurare, pęnitētiæ uero expectatio iacentem surgere, & amplius non delinquere hortatur. Simul vero stupidissim⁹ hi. error fuit, quia ut Ambr. libr. de pœnitentia dicit, hi diuinitatis naturam, & Am
Dei bonitatem omnino ignouerūt. Et si in alterutram partem esset declinandū, potius dicere debuissent, omnia Deum ignoscere, etiam sine pęnitētia, quam negare pęnitentes a Deo admitti. Summa diuinæ bonitatis laus est, peccatoris misereri, eique parcere, ut late probat Ter- Tertu.
tullianus in lib. de Dei patientia. Et ideo Paulus has appellat diuinæ bonitatis diuitias, q̄ ait. An diuitias bonitatis eius, Ro. 4.
& patientiæ, & longanimitatis contemnis? Si ingenium, & natiuam Dei nostri conditionem nosse vis, scito, esse ignosce- C
re, & misereri, & qui misericordiam Dei nostri non nouit, Deū pęnitus ignorat, Luc. 4.
& quid Christus sit, & ad quid in mūdū Esa. 61
uenerit, nescit. De se ipso explicuit illud Esai. spiritus domini super me eo quod vnxerit me, ad annuntiandum pauperibus misit me, ut mederer cōtritis corde, & prædicarem captiuis indulgētiam, & clausis apertionem. Nec enim est Iesus vt Moyses, qui extendens manus super Ex. 14
mare, Aegyptios suffocauit, & vidēs ido Ex. 32

A la colentes, magnam in stragẽ fecit. Nec est, ut Iosue, qui populos interemit, & Acham cõfitentẽ pctũm lapidib. obruit, Nec vt Iephte, qui vada Iordanis Ephrateos trucidar. Sed saluator est hoĩum, eis indulgens, & peccata condonãs, peccatores suscipiens. Arcanũ fidei nrę mysterium, qđ proinde in symbolo, vt articulus fidei proponitur est: Credo remissionem pctorũ. Nullus peccator adeo multa patrare crimina pt, cui remissio, & remediũ non sit, si ad Christum veniat. Et hic summus Christi mos est, vt nu lº sit adeo desperatus, q in eo remediũ facile non inueniat. Hinc Ps. quia apud te propitiatio est, & pp legem tuam sustinui te
Ps. 129 dñe. Sperandum ergo nobis in Christo
Ps. 118 semper. Ideo Ps. Et ueniat super me mĩa tua dñe salutare tuum scdum eloquium
B tuum, & respondebo exprobantib. mihi verbum, quia speraui in sermonibus tuis, & ne auferas de ore meo verbũ ueritatis vsquequaq;, quia ĩ iudicijs tuis supsperaui. Et iterum, Qui timẽt te, videbũt me, & lætabũtur, quia in verba tua sup
Ps. 118 speraui. Et iterum, in verbũ tuum super speraui. Non solũ ait speraui, sed superspaui, qđ super spem addit, quasi dicat, erit mihi spes sup spẽ, quia in oĩ pctõ, & in oĩ miseria, in supremo discrimine sperabo semper. Et hoc est illud verbũ melle dulcius. Oẽ qđ uenit ad me, non eijciã
Ioã. 6. foras: qđ idem est cum eo, quod nũc dr, hic peccatores recipit, indiscriminatim omnes peccatores, nullum excipit, oẽm curat, ac sanat, si ad eum accedere velit.

Basil. De qua re Basi ubi supra, sic ait. Quid tibi ò peccator dęmon dicit? nõ est salus ipsi in Deo eius, sed Deus ait. Qui cadit,
C non adijciet vt resurgat? non persuasit tibi nudo uerbo, p'suadebit conspicuo exẽplo. Quid. n. non tam pr erui atq; coccinum? quid niuis candori æquari põt? & tñ qui ista condidit, dicit. Si fuerint pctã vestra, ut coccinum, quasi nix dealbabũtur. Nõ es persuasus exẽplo? vel iuramẽto affirmanti, Deo crede. Viuo ego, dicit dñs, quia nolo mortem pctõris, sed magis, ut conuertatur, & viuat: qui viuit, vivere vult pctõrem. Si verbo, exẽplo, & iuramento non credis: vel operib. crede.

Nõ est subuersa Niniue, qa pñiam egit, A humiliatus Achab est, & dicit Deus, nõ inducam in dieb. eius mala. Peccauit David contra præcepta rria: ut vero videret festucam in oculo alieno, qui fortasse in suo trabem nõ viderat, efficitur iudex in cã aliena, in se ipsum sñiam fert iustam: licet. n. peccator esset, tñ Dauid erat. Dicit, peccaui, & statim audit, dñs trãstulit peccatũ tuũ. Itẽ peruerso Manasse accidit. Videamus, quid Xps dicat, & quid faciat, nõ veni uocare iustos, sed peccatores: peccatores recipit, ouẽ portat super humeros, ficus expectatur licet infrugifera spe futuri fructus, quid dubitas? Magdalenam recipit, Petrum, Paulum, quomodo te non recipiet? hæc Basilius.

Sed ais, maxima ista bonitas est, & sũma misericordia, quæ omnẽ vincit malitiam, & nulli peccato nõ parcit. Certe B maxima, & quæ omne humanum ingenium superat, & ideo tãquam articulus fidei proponitur, cum dicimus, credo remissionem peccatorum. Sed maior nihilominus Dei bonitas, & misericordia ẽ, vtpote infinita, nec potes tu adeo malus esse, ut Dei bonitatẽ superes, aut ęques, maior longe Dei bonitas omni malitia, & eius misericordia quam miseria nra.

Murmurantib. vero Pharisæis respõdet Christus dominus parabola proposita ouis perditæ. Homo merito ouis dr Ez. 34 hinc dominus: uos autem oues pascuæ meæ homines estis. Ouis per seipsam uiuere nequit, maximè indiget pastoris cura, & industria, ut eã ducat. & reducat in pascua, & in caulã. Si forte errat, nescit in domum, uel caulam redire, cum alia animalia id norint. Cætera animãtia ha C bent arma, quibus se tueri valeant, & ac ab impugnantibus defendere, ouis vero secus; si pastor eam nõ reducit, tueturq;, perditam puta. Sicut ergo dixit Augusti Augu. nus, palmiti unum conuenit ẽ duobus, aut uitis aut ignis. Ita de oue dicendũ, ei cõuenit aut pastor, aut lupus. Huiusmodi per omnia homo est. Attende tunc Ec. 34. oues sub pastoris baculo, & cura degẽtes Ecclesiastici 34. Oculi dñi sup timentes, eum, protector potentiæ firmamentum virtutis, tegimen ardoris, vmbraculũ meridia-

A ridiani, deprecatio offensionis, adiutorũ casus, exultans aĩam, & illuminans oculos, dans sanitatem, & uitam, & benedictionem. Quibus uerbis ostenditur, diuini pastoris cura uniuersa mala ꝓpalari ab hoie, & uniuersa ei bona uenire ponũtur. n. quinq. paria ad hoc pertinentia quæ Deo tribuuntur. Primũ par est ꝓtector potẽtiæ, firmamentũ uirtutis. i. ꝓtectio, fortis, & firmamẽtum robustũ, ꝓtector, quia defendit à malo, firmamentũ qa ei tuto inniti licet, p quẽ ad fortia peragenda homo roboratur. Scdm par est tegmen ardoris, & umbraculum meri-B diani, qb. significat Deũ instar tegumẽti, & umbraculi ꝓtegere suos à malis hui⁹ vitæ affligentib. instar æstus meridiani.

Isa. 4. Et alludere videtur ad illud Esaię, & tabernaculũ erit in umbraculum diei ab æstu, & in securitatẽ, & absċõsionẽ a turbine, & pluuia, tegimẽ ardoris, i. tegumẽtũ contra ardorem, vmbraculũ meridiani. i. cõtra meridianũ calorẽ. Tertiũ par est deprecatio offensionis, & adiutoriũ casus. i. Deus est, a quo deprecatione cauemus casum, vel deprecatio accipitur ꝓ depulsione, sicut verbũ deprecari acci-C pitur nonnunq̃ propellere, adiutorium casus. i. contra casum. Duo sequentia paria significãt bona, quę Deus suis confert, sicut tria priora mala quæ depellit. Ait. n. exaltans aĩam, & illuminans oculos. i. licet aliqñ permittat suos cadere, sedeos exaltat, & cæcitate pulsa oculos lætificat, & illuminat, & tandẽ cœlu dit, dans sanitatẽ, uitã, & benedictionẽ, quib. uniuersa hominis bona siue corporalia siue spiritualia cõprehẽdũtur. En ouis felicitatẽ, cum sub tãto pastore est.

Sed quomodo perit hęc ouis? Cũ peccat, a pastore recedit, & elongatur, & sic

Simile ꝑditur, nesciet illa redire, nisi a Deo quæratur. Est peccatum labyrintus, in quẽ semel quis ingressus exire industria sua nõ põt, imo amplius, & amplius perditur, & irritetur, quo amplius in eo procedit, nisi a Deo iuuetur, sicut ouis errans quo plus ambulat, plus aberrat. Manifestum id in Saule est, quia a Deo recessit inobediens pp Agag, & deinde in innumera peccata incidit. Sed & i Dauid id licet videre, qui peccato adulterij admis-A so, statim homicidij peccatũ aggreditur, scripta epist. ad Ioab. Iungamur nũc lateri Dauidis scribẽtis epistolã illã, et dicamus ei, qd scribis? non ne tu es, qui dicebas, lauabo ĩter innocẽtes manus meas? & his manib. hanc scribis epistolam: an nõ tu ille, q dicebas, in via mandatorum tuorũ delectatus sum, sicut in oĩb. diuitijs: an nõ tu, q pepercisti Sauli inimico, & Absalon? cui promissus Chrus Dñs est, qd nũc agis, qd scribis? Certe altrũ hoiem cum poteris nũcupare prius Dei filius, nũc dęmonis mãcipiũ, prius ouis pascuę Dei, ouis errãs, & quo plus ꝓce-B dit ĩ uia, plus aberrat, donec a Deo quæ.

Sed nihilominus Dauid licet erraret, sed ouis, erat, reprobi namque ferarum more si à domo Dei exeunt, redire volũt imo, & contra reuocantes sęuiunt, ut si leo a domo tua fugerit, reuerti nõ vult et te discerpet, si reuocare volueris. Ouis uero si errauit, & quęsieris eã, nõ contra nititur, facile eã in caulã reuocabis. An nõ ouis Petrus qui ad primũ Christi aspectũ reuocatus est? Respexit Dñs Pe- Luc. 22 trũ, & fleuit amare. Iudas uero tãquam leo a Dei domo discessit, noluit reuoca- Gen. 8. ri, licet plorib. uerbis, & factis illud Xp̃s Dñs curauerit? Petrus tanq̃ columba, ad arcam redijt, Iudas tanquam coruus egrediebatur, & nõ reuertebatur, spũs vadẽs, & nõ rediens: Dauid errauit sicut ouis, qui a Nathan correctus, statim ait, Psa. 77 peccaui. Saul ut leo, qui a Samuel corre- 1. Reg. ctus, ait, honora me coram senioribus 15. Israel. Deinde ouis, cũ errauit, clamat, et C balatibus cõqueritur, vt a pastore audiatur. An non ouis Dauid, qui ait, erraui sicut ouis, quæ periit, quę re seruũ tuum Domine. In libro de naturis rerum memoriæ proditũ est, esse auem, quæ dicitur auis paradisi, qa pulcherrima est, & eius pennę oẽm colorẽ exprimunt, eius vox dulcissima est. Si tñ illaqueatur, irremediabiliter gemit, ac quæritur, nec clamoribus finem ponit, donec reddatur libertati. Huic similis prædestinatus est cuius origo ẽ cœlo, & paradiso est, qualis cœlestis, tales & cœlestes, pulcher & decorus, voce dulci, si peccato capiatur,

2 K plangit,

A plangit,& vlulat,balat,sicut ouis,quę perit:an non sic Magdalena. Petrus, Latro,Chananæa?

Nisi uerò a pastore ouis requiratur,redire non potest in caulam,ideo ut ouem errātem quæreret pastor bonus, eiusdem induit pellem,factus homo,& baculum crucis manu tenuit, & in similitudinem carnis peccati apparuit, & venit q̄rere, & saluum facere quod perierat. Et sicut pastor inueniēs ouem inter vepres illuc ingreditur per spinas,& tribulos,ita genus humanū erat inter vepres, ut Aries

Ge. 22. ille quem Abrahā inuenit. Vt nos eriperet pastor bonus,ī spinas se dat,& ī omnē nostram tribulationem,& miseriam ut nos ab ea eripiat. Hoc vero inuit De⁹ se facturum,dum ī rubo apparuit Moy-

B si, quia populus Israel in laboribus erat, se Deus in spinis posuit, ut eū liberaret.

Exo. 3. Et tāta ardet charitate ī peccatores adeo desiderat eos reuocare,ut tūc paratus sit, si opus esset similia multa pati Cum Demophilus quidam durius iusto tractaret sacerdotem peccatorem, qui ab eo pęnitentiam poscebat, ad eū Diony. Areo

Dion. pagita epistolam scripsit, narrans, quod ei Carpus Cretæ eps retulit sibi contigisse. Cuius viri tanta erat sanctitas, ut nunquam sacra faceret,nisi diuina prius admonitus reuelatione. Hic uir peccatorem quemdam ad Deum conuertit, sed eum alter cito auertit a uia recta: cumq; ambo scādalum essent pluribus, orabat Carpus Deum,ut eos è medio tolleret,ac perderet.Cum nocte ad matutinas recitandas surgeret,Deū orauit,ut illos pec-

C catores puniret.Subito uidit cęlos apertos, & Iesum in throno gloriæ stantem spiritibus Angelicis stipatum, cumque oculos inclinaret subter,uidit os inferni apertum,& meo duos illos homines peccatores summo timore correptos, quas serpentes cingebant, & curabāt in infernum iactare. Videretim alios homines qui curabant eos in baratrū trudere, & ipse Carpus accedēs id etiam curabat,ac nitebatur.Cum uero oculos eleuaret uidit Iesum cōpassione motum erga illos peccatores,a throno descendere,ut eos a tanto periculo eriperet, adiuuātibusque Angelis ille suis manibus ab inferni faucibus liberauit eos. Conuersusq; ad Carpum, qui adhuc extētam manum aduersus illos habebat, dixit illi, me percute Carpe,me propelle,in me irascere,paratus sum,iterū hæc perferre,si ad salutem hominū necessariū sit, & hoc mihi gaudium erit,dummodo perire homines nō patiar. En uiscera pietatis Chri in nos. Erat uita nostra inferno appropinquās, & dæmones nos in eū pellere curabant, descendit Christus dn̄s de cœlo, ut nos eriperet,seque ipsum in labores dedit,ut nostros tolleret. Et nunc iterum paratus est,si oporteret multa pati pro nobis,sūma, & immensa hæc charitas est.

Sed dn̄e quid quæris amissam ouē,qd tu amisisti? ille amisisse dicitur,cuius est damnum: peccatoris uero damnum est, ille te amisit, ille te quærat, tu uero quid amisisti? Mirus Dei hic amor est,nos sumus qui amisimus, & ille amisisse se dicit, Deus nos quærit, cū nos eū quærere dēremus: Deus festū agit,cū nos inuenerit, cum nos diē festū agere deberemus. B

Deniq; Gaudiū est in cęlo super uno peccatore pęnitentiā agente,q̄ super nonaginta nouē iustis q nō indigēt pęnitētia. Dubium est,cur maius gaudiū sit de peccatore cōuerso,q̄ de iusto,cum innocentia sit maius bonum quā pęnitentia.

Respondetur primo. Loquitur Christus Dominus non de iustis simpliciter, sed de iniustis Pharisæis,q sibi iusti uidebantur. De quibus Paulus: Volentes suā iustitiam statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Plus vero gaudij in cœlo est de uno peccatore pœnitentiam agente, qui uere iustus iam est,quā de multis simulate iustis. Hinc Sapiens: multigena autē impiorum multitudo non erit utilis,nec lętatur Deus in multitudine filiorum infidelium. Hinc Esaias. Et erunt q beatificant populum istum seducentes,& qui beatificant præcipitati, propter hoc super adolescentulis eius nō lætabitur Dominus, & ideo Esaias ait: multiplicasti gentem, sed non magnificasti lætitiam. Ro. 1. C Sap. 4. Esa. 9. Esa. 19

Respondetur secundò. Si hæc uerba Christi domini de uere iustis accipiantur, attendenda est doctrina Gregorij in-

A in homelia, Plerumque hi, qui nullis se oppressos peccatorū molib. sciunt, stant quidem in via iustitiæ, sed tñ ad cœlestē patriam non anhelant, tantoq; sibi in rebus licitis vsum præbent, quanto se ppe trasse nulla illicita meminerūt, & plerūque pigri remanēt ad exercēda bona præcipua, quia valde sibi securi sunt, q̄ nulla commiserint mala grauiora. At contra nonnūquam ij, qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti inardescunt in amorē Dei seseq; in magnis virtutib. exercent, cuncta difficilis sancti certaminis appetūt, omnia mundi derelinquunt, ad cœlestem patriā anhelant, & quia se errasse a Deo cōsiderant, damna præcedentia luctis sequētibus pēsant. Maius ergo de peccatore sic conuerso, quam de stante iusto fit in cęlo gaudium, quia, & dux in prælio plus eū militem diligit, qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quam illum, qui nunquam terga præbuit, & nunquā aliquid fortiter fecit. Si agricola illā amplius terram amat, quæ post spinas uberes fruges pfert, quam eam, quæ nūquam spinas habuit, & nunquam fertilē messem produxit. Hęc Greg.

Greg.

B

Respondetur tertio. Maius gaudium de peccatore conuerso esse, quia de iustis stantib. non est noua ratio gaudendi, est verò de peccatore, qui ad gratiā redit. Sicut pater de salute desperata filij gaudet plus q̄ de aliorum filiorū salute, qui infirmatio non fuerant. Et quemadmodū si pater plures filios habeat, quorū unus mutus sit, forte hic loquatur, plus lætaē pater de eo, quam de aliorū loquela, propter nouam rationem gaudendi. Ita cū omnia opera domini loquantur Dei laudes, solus peccator mutus erat, nihil recti loquebatur: cum uerò in gratiā redit, locutus est mutus, mirant, & gaudent oēs.

Simile

C

Sed ut hoc cęleste gaudiū in peccatoris conuersione explicemus, attende. Nō esse hoc gaudium in solis Angelis quib. Bernardus ait, vinum sunt lachrymæ pęnitentis, sed & in Deo ipso, Trinitas em beatissima lætatur in peccatoris conuersione. Vnde per Hieremiam ait. Et lætabor super eis cum bene eis fecero. Letatur pater, quia nouum acquirit filium, filius, quia nouum membrū in quod trāsfundat merita sua. Spiritus sanctus nouum membrum, quod viuificet, nouum templum, quod inhabitet. Deus quidem gaudere nō dicitur, quia aliquid gaudio illius addatur: quid enim prodes Deo si iustus fueris, aut quid ei cōferes, si immaculata fuerit uia tua? Licet vniuersi homines, & Angeli damnentur, nihil gaudij Deus amittet, & si omnes salutem æternā consequantur, nihil ei adijcitur. Ego Deus, non mutor. Dicitur ergo Deus gaudere in peccatoris conuersione, quia si Deo adijci lætitia posset, hoc eam adijceret, quia hic summam ostendit bonitatem, unde his summe glorificatur. Sicut Aristoteles dicens motum æternum, ab oriente cœpisse dicit, quia si principium haberet, inde illud sumeret.

Bern.

Hi. 32.

A

Iob. 1 a

Arist.

B

Videamus ergo, quo pacto in peccatoris conuersione Deus maximè glorificetur, & eius gloria, ac bonitas pręcipuè splendeat, quę licet in se crescere non potest, in ostensione crescit. Dicimus itaque, nec in mundi creatione, nec in iusti cōseruatione, nec in eius glorificatione, ita diuina bonitas illustratur, ac ostenditur, ut in peccatoris conuersione, & ideo hoc opus eum lętificare dicitur. Ad hoc notanda est Augustini doctrina in Psal. 108. qui ait. Triplex est bonitas, prima benefacere ei, a quo bona accepisti. Secunda, benefacere ei, a quo nihil boni, vel mali accepisti. Tertia, benefacere ei, a quo plura mala accepisti. Primum bonum quidem est, sed infimum, quia, vt Christus dominus ait, Ethnici, & publicani id pręstāt, & natura nos ad id inclinat, & bruta id faciūt. Cognouit bos possessorem suum. Secundum superius qd est. Sed tertiū summe bonitatis est, cum bene de his mereris, a quib. mala accepisti. Hoc opus heroicum, & perfectio Euangelica. Benefacite his, qui oderunt uos, ut sitis filij patris uestri. Et commendat Deus charitatem suam in nobis, qa cum ad huc inimici essemus, Christus p nobis mortuus est. Cum ergo Deus mūdū cōdidit, & grām Angelo, & homini

Augu.

Mat. 5

C

Esa. 1.

Ro. 5.

A dedit, benefecit eis, a quib. nihil boni, uel mali acceperat. Sed cum iustificat impiũ, benefecit ei, à quo malũ accepit grauissimum. Qui mihi dedit uitã, ostẽdit bonitatem suã, & diuinam largitatẽ. Sed quod postquã in eum peccaui, ille me insequatur, ut ad se ducat, quod cum ego proditiones in eũ machinor, & operor, ille uicissim innumera bona faciat, & grãm cõferre uelit, & simul cõueniãt innumera ea mea peccata, & innumera illius beneficia, hoc plane diuinæ, & infinitę bonitatis est, & summe Deũ glorificat. Et ideo hoc primum proposuit Psa:

Ps. 102 B ut diuinę laudis materiam. Benedic anima mea Domino, &c. q propitiatur omnib. iniquitatibus tuis, &c. non s. peccata nostra fecit nobis, nec secũdum iniquitates nostras retribuit nobis. Ex parte ergo eius, cui beneficium cõf rtur, sũmum Dei opus est cõuersio peccatoris, in quo eius bonitas pręcipue elucet, & iõ ille de hoc gaudere dicitur pręcipuo gaudio. Licet. n. maius donum sit innocẽtia q̃ pęnitentia, sed maioris bonitatis indicium est peccatori inimico conferre gratiam, quam amico perseuerãtiam in gratia, & ipsam ẽt gloriam, sicut maior uirtus i re necessaria est, ut beneficias hosti

C ẽt in re minori, q̃ ut amico i maiori: hinc

Rom. 5 Pau. Ro. 5. pluris ducit iustificare peccatorem, quam glorifica iustũ, nec gloria sit maior gratia, quia plus est conferre inimico gratiã, q̃ amico gloriam. Et sic tanquam a maiori ad minus arguit, si. n. cum inimici essemus, recõciliati sumus Deo p mortem filij eius, multo magis recõciliati salui erimus in uita ipsius, quasi dicat, qui fecit quod maius est, faciet qd minus. Hinc est, qd beneficentia Dei in pctõres maximis encomijs in scriptura celebratur. Hinc Ps. mirifica misericordias tuas q saluos facis sperantes in te, i. mirabiles fac mĩas tuas in peccatoribus: & iterum, confiteantur Domino mĩæ eius, & mirabilia eius filijs hominum, et suscepit eos de uia iniquitatis eorum, ecce mirabilia, & misericors, & miserator Dominus, longanimis, & multum misericors, & iterum homines, & iumenta saluabis Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus, per

A iumenta eos accipies qui computuerũt ut iumento in stercore.

Secũdo in hoc opere ostenditur pręcipue diuina bonitas propter operis difficultatem. Cũ opus aliquod facile est, minor bonitas illud præstat, sicut leue pondus à minorib. uirib. portatur, unde ad facilia dixit Arist. opus non esse uirtute, uirtus vero versatur circa difficile. In õuersione uero peccatoris opera interueniunt difficillima, quæ sola diuina bonitas præstare poterat, tũ ex parte gratię, tum ex parte dispositionis necessariæ ad Arist.

B illã suscipiendam. Ex parte quidem grãæ, quia ut ea concederetur, necessaria fuit X̃pi passio, et meritum. Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, q̃

Rom. 3 est in Christo Iesu, ubi necessarius Christi sanguis est, an nõ opus difficile? Sed ais iam pretium illud datum est, nunc nõ datur. Satis est opus iustificationis difficillimũ: dicatur, quod illud fuerit necessarium. Non solum. n. magnum donum est, qd nunc pretio magno emitur, sed illud etiã, quod olim maximo pretio emptum est, & nunc tibi conceditur. Grã ergo, quæ tibi nunc gratis datur, a Christo empta est pretio sanguinis sui. Cũ ergo

C grã cõfertur, manifestatur in cælo Christi meritum, & passio. Ostenditur medicina peccati, & iõ bonitas Dei infinita ob oculos posita gaudium nouum cumulat beatis, ea vero cernitur in curatione peccatoris, & in medicina ei adhibita.

Secũda huius operis difficultas est, disponere peccatũ, ut grãm suscipiat. Nullus enim peccator suis uiribus disponi

Ioa. 15 põt ad gratiam, sed à Deo disponendus est, qa nemo uenit ad me, nisi pr̃ meus traxerit eum. Sicut ergo agens naturale, quo dat formam, disponit ad eam suscipiendã, ita Deus, qui gratiam dat, disponit ut ea suscipiatur. Non ergo Deo solũ grãm debemus, sed ẽt dispositionem ad illam, & cum ad hanc sit necessarius liber consensus voluntatis, hunc Deus curat, & sępe perannos, & tẽpora illum negamus. Et Deus unico uerbo mundũ cõdidit, & multis uerbis non obtinuit à nobis cõsensum, sed ei resistimus, & moro

los

A sos nos,& difficiles exhibemus. Vñ ait.
Pro. 1. Vocaui, & renuistis,despexistis oẽ consi
Aug. lium meum. Hoc mire in se Augustinus
depinxit,dicebat Deo sine modo paulu-
Hie.15 lũ. Hinc per Hieremiam Deus ait laboraui rogans. An non tibi durum est, si cum homine vili, & agresti ac moroso agis,qui rationi non assentitur? Huiusmodi est peccator, cum quo Deus nunc
De.32. agit, gens absque consilio est,& sine pru
Mar.9 dentia. Et hoc fecit,ut diceret,generatio incredula quamdiu vos patiar? Deinde dolore afficitur homo,si in puncto amittat,quæ longo tempore lucratus est,ut si in mari mercatori pereant omnes merces. Multis laboribus a te obtinuit Deus conuersionem, & accepta gratia facili occasione, omnia proijcis in profundũ maris,an non hoc Deo dolorem incuteret,si dolere posset? Nihilominus ꝑ sua
B infinita bonitate iterum Deus operatur salutem tuam te solicitat, ac rogat, an non hęc immensa bonitas?

Angeli vero sancti lætantur etiã,quia propter ea quæ diximus,tum etiam,quia patroni nostri sunt in bello spirituali. Et quemadmodũ patronus militis gaudet, cum miles ipsi demandatus victoriã reportat,ita Angeli,cum nos uictores euadimus. Mira Dei in hominem dilectio, perit seruus fugitiuus, & festum diẽ rex agit,quia inuentus est, ac si filium inuenisset, ac si regnum nouũ acquisiuisset. Nos filios habet Deus;& ideo quemadmodum si regis filius a barbaris ereptus rediret, gauderet rex, & uniuersa curia, ita cum homine agitur. Lætifica ergo ò
1.Reg. peccator Deum, & beatos conuersione
41. tua. Cum aulici norunt,regi aliquid gratissimum, illud ei deferunt. Sic tres fortes attulerunt Dauidi aquam de cister-
C na. Deo ergo hoc offer gratissimum,conuersionem tuam. Ingrata multa fecisti Deo tuo sæpe, hoc ei exhibe gratum, & id facile præstabis, in corde tuo id perages. Maximos uiros non commouet nisi res magna, maximũ plane malum peccatum, quod Deum contristare aliquomodo dicitur, maximum bonum conuersio,quę eũ, & Angelos lætificat, &c.

DOMINICA QVARTA
Post Pentecosten.

Them. Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Luc. 5.

PRoponitur hodie nobis Xps dominus piscator piscium, & hominũ, quo in munere, sicut i alijs, Maria inter puras creaturas primatum tenuit. Cũ .n. Verbũ diuinũ uersaretur in pelago illo immenso pectoris,& mundus eo pisce maximè indigeret, ut ostensũ est, ĩ Thobiæ pisce,cuius viscerib. dæmon pulsus est,& senilis cæcitas curata,qui non piscatorũ illũ capere potuit, & hamo extrahere in terrã,nisi Maria,q̃ esca humilitatis ꝓposita,cũ dixit,ecce ancilla dñi, illũ exire fecit a patre,& ĩ mũdũ venire? Tho.
Quę uero orone sua illũ de cęlis in terrã traxit, poterit etiam in mẽtes nostras deducere,illud ut faciat,orem⁹, Aue Maria B

Duo hæc munera piscatoris,& prædicatoris ualde inter se cõueniunt uoce, & re ipsa. Hodie Christus dominus,piscatorẽ se exhibet animarum, & plures efficit piscatores,qui ei adiutores sint hoc in munere. Videamus nũc mare, pisces,& piscatores. An nõ mundus iste mare est? Sicut mare salsum est, ꝓcellis,ventisque agitatum,periculis plenum, syrtibus,& scopulis abundans,in quib. pleriq; miserè pereunt Ita in hoc mũdo quid uideas nisi amaritudines, tentationes pericula vbique,in quibus cum aïæ,tum corpora pereunt? Pisces maris huius hoïes sunt. Et ideo queãdmodũ pisces in mari sum ma celeritate,ac diligẽtia huc illucque di C scurrũt,quasi negotia max. tractarẽt, cum tñ nihil negotij illis sit,sed vana curiositatione huc,illucq; perãbulant. Sicuideas homines in hoc mundo versantes, Simile adeo in temporalibus solicitos, per uniuersum mũdum discurentes lucri causa, ac si æterna illa essent, & vera bona,cũ tamen nihil sint:hinc Sapiens,peccatori dedit afflictionem, & curam superfluã, Ecc. 2. ut addat,& congreget. Sed,& hoc uanitas est,& crassa solicitudo mẽtis. Deinde sicut pisces maris inuicẽ se deglutiũt pręcipue uero maiores pisces minores deuorant,

A rant, ita diuites, & potentes huius sæculi
Hab. 1. pauperes, & minores vexant, & opprimunt. Hinc Iacobus. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos? Et propheta, & taces, deuorante impio iustiorem se, & facies homines, quasi pisces maris.

Iaco. 1. In hoc mari dæmō olim præcipue, & nunc magna ex parte piscatur homines, quia fur est, q uenit, ut mactet, & perdat.
Io. 10. Innumeros uero capit homines, qa eis proponit escam dulcē, voluptatē. s. qua hoies capiunt, non attendentes hamum latētē damnationis æternæ. Plato dixit
Plato. Cicer. de Senect. malorū escam voluptatem, & Architas Tarētinus aiebat (referente Cicerone) Libidine dominante temperantiæ nullum locum esse, nec in voluptatis regno virtutem posse cōsistere. Nec solum hac esca
B pposita homines decipit, sed innumeris fallendi artib. vtitur, quib. miseros decipit homines, inter quas una ē, qua se uer
Simile um ostendit piscatorem. Sicut.n. astut' piscator cū hamo cepit piscem grādem, nō eum statim in terrā extrahit, nec exasperat, aut, dura manu tracta (si enim id ageret oīa rūperet [illegible], & liberabitur) sed ei blāditur, largam chordam cōcedit, vt libere per aquas uagetur: sic.n. hamū omnino deglutit, & lassat, ac deficit, vt facile in terrā trahi possit. Ita dæmon, callidissimus sup oīa animātia terræ, misso ad te hamo cooperto uoluptate, aut gloriola uana, te cepit, & in graue peccatū impulit, quo admisso te tenet. Sed ne ab eo discedas, & vincula eius disrūpas, aliqua bona opera agere concedit, nō ut te dimittat, sed ut securius teneat. Sic He-
Ma. 6. rodem tenebat per adulterium, permittit tamen ut Ioannem audiat, & eo audi-
C to multa faciat; sed tandem eum impulit, ut Ioannem occideret, & demum in æternum periret. Decipit te incautū astutus dæmon, permittens bona aliqua facere quibus tibi securus uidearis, & etiam [illegible] agere te credas, cum in infernum p[illegible]peres, quoniam [illegible] lethali crimine aliquo teneris, [illegible] tibi mortua erunt.

Ecc. 1. Innumerabiles astutias nullus enumerare [illegible], astutias illius qs cognouit? Sapiens ait. Hac esca pposita, voluptate. s. & his astutijs vniuersum pene genus hominum capiebat olim. Audi gloriātem

A ipsum per Esaiā. In fortitudine manus
Esa. 10. meæ ego feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorū, & principes eorum deprædatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes, & inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum, & sicut colliguntur oua quę derelicta sunt, sic uniuersam terram ego congregaui, & nō fuit, qui moueret pennam, & aperiret os suū, & gannitet. Mirabilis profecto dæmonis arrogātia, & potentia his verbis ostenditur. Et huius rei querelas proponit Deo Habac.
Habac. 1. Quare non respicis super iniqua agētes? & taces deuorāte impio iustiorem se, & facies hoies quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem? Totū in hamo subleuauit, traxit illud in sagena
B sua, & congregauit in rete suum super hoc lætabitur, & exultauit, propterea immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo, quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electus. Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & super interficere gentes non cessat. Hinc et Psaltes
Ps. 140. ait. Cadent in retiaculo eius peccatores.
Ecc. 9. Et Sapiens. Sicut pisces capiūtur hamo,
Eph. 6. sic homines in tempore malo, tps malū
Io. 10. dicit tps tentationis: sic enim uocat Paulus diem malum diē tentationis, dicens: accipite armaturam Dei, ut possitis stare in die malo. Dæmon ergo homines piscatur in ipsorū interitum, quia fur non uenit, nisi ut furetur, & mactet, & in mortem ducat sempiternam.

Misertus dominus necem piscium horum, & dolens sempiternū eorum inte-
C ritum, misit filium suum, ut homines piscaretur, nō in piscium interitum, sed ui-
Io. 10. tam. Ego ueni, ait ipse, ut vitam habeat, & ut abundantius habeat, ut relicta sensuali uita, cęlestem viuāt. Piscis, & piscator factus est dum homo dignatus est fieri, & ut hunc piscem caperet, ad eū acces-
Mat. 4 Hyeroglyphicum. sit tentator. Sed factus est, similis pisci, q dicitur Torpedo, q Aegyptijs Hyeroglyphicū fuit defensoris multorū, ac liberatoris reipublicæ; Qui cū in reti aliquo capitur, cū alijs piscibus, p fila retis uenenū mittit, quo torpere facit manus piscatoris

toris

A toris, & sic relinquit vniuersos pisces liberos, quos reti tenebat incluso. Ita plane de homini cũ Xp̃o dño accidit, quẽ cum reliquis hoĩbus capere voluit, sed ei⁹ virtute oẽs liberati sumus. Vt ei dicamus.
Ps. 145 Dirupisti dñe uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Piscator vero homum factus est, dũ eos ad se traxit, nec ei deesse esca pót multo suauior ea, q̃ dæmõ ꝓponit, hæc vero est delectatio virtutis. Vnde Sapiens Sapientia ſm nomen est
Ecc. 6. eius, a nomine suo dicit sapidam esse sciẽtiam. Esca etiá eius sunt innumera ipsius beneficia, quib. nos ad se allicit, esca est promissio æternorum bonorum.

Sed nũc vos alloquor rõnales pisces, quis piscium, si rõne vtitur, piscará permittet ab eo, qui ei necem machinat̃ æterná, & eum fugiet, qui uitam donat sine fine
B má uram? Quená quis past uẽ fugiet, & lupum sequetur? Quem præeligis ò miser peccator, quem diligis? quẽ sequeris? dæmoné, aut Deum? Forsitan dices, quod
Oseę. 2 olim Synagoga p Oseá. Vadá post amatores meos, q dant panes mihi. Putas te amatoré sequi, sed non diligit te, qui te ĩ morté ducit ęterná? An nõ itelligis dæmonem tibi eá escá ꝓponere, q̃ piscator pisci, ut eum capiat, & interimat? An nõ
1. Reg. 13. hoc est conuiuium Absalonis, in quo interficit Amnõ? Audi Psalté regium. Ad
Ps. 77. huc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Est ne homo adeo demens, qui audiat, cibus hic veneno infectus est, & nihilominus illum su
Ap. 17. mat, & mánducet? An nõ sæpius audisti. in delectatione sensuali in substátia aliena peccatũ est, mors in olla hac est? an ñ hic calix meretricis plenus fornicatione, veneno, & abominatione? quo pacto
C eũ bibes? Vis absconditá in eo mortẽ ti-
Sap. 16 bi manifestem? Audi Sapienté. Homo p
Pro. 2. malitiam occidit aĩam tuá, nescis ò stulte, qđ de periculo animæ tuæ agitur? nescis viam delectationis, viá esse inferi?

Et ergo piscatoris munus Xp̃s dñs impleat, ait Lucas. Ascendit in nauim Simonis, & rogauit a terra reducere pusillum. Duas uidit naues, sed vná elegit, vt ei esset suggestum, vnde doceret turbas, & aĩas caperet. Hęc uero nauis Ecclesia est, in qua Christus dñs docet, extra quá A nec salus, nec ei⁹ doctrina est. Doctriná vero, & uerbo Dei hoĩes capiuntur, maxima .n. est diuini verbi vis, quo hominũ corda mutantur. Verbo Dei ex nihilo cõdita sunt uniuersa; uocat .n. Deus ea, quę non sunt, & efficit, ut sint. Et uerba Dei in sacramentis mira operãtur, & hominũ corda gratijs replent. Vñ Aug. Quæ Aug.
est ista tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciẽte verbo, &c. Et licet Dei verbũ extra sacramenta nõ eá vim contineat, q̃ in sacramentis, tamen latentem uim habet potentissimá, vt nouos homines ĩ Dei filios regeneret. Et ideo dictum est a Christo dño semẽ, Luc. 8.
quia sicut semen nõ est quid mortuum, sed viuum, uiuax, efficaxq; ut producat herbas, fruges, arbores, ita Dei uerbũ nõ est res emortua, ut uerba philosophorũ, B
sed vim continet diuinam, ut fructũ referat. Hinc dominus per Esaiam. Quo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc ul- Esa. 55
tra non reuertitur, sed inebriat terrá, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti. Sic erit uerbum meum, quod egredietur de ore meo, nõ reuertetur ad me uacuũ, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.

Fructũ uero huius diuini uerbi explicare uoluit Christus dominus ĩ loco, unde illud prędicauit. Dum rogauit a terra reducere pusillũ. Quo ostẽditur uerbũ, & doctriná eius separare hoĩes a terra. Omnis alia doctrina, quæ ducet in affectis homines terrenos efficit, & amare terrena docet. Et ideo est illa sapiẽtia, de qua Iacob. ait. Nõ est ita sapientia desur- Iac. 3.
sum descendens a patre luminũ, sed ter- C
rena animalis, diabolica; doctrina uero Christi domini a terra nos sperata, do- 2. Co. 4
cens, non contemplari ea, quæ uidentur, Dam.
sed quæ non videntur: quæ uidẽtur temporalia sunt: quæ non uidentur, æterna. Testatur D. Ioannes Damascenus in historia Iosaphat, nomen fidelium olim fuisse gẽs, quę omnia terrena despicit, & nihil habet, & solũmodo futura, & æterna curat. Inclitum profecto nomen, & a quo nunc plurimi fidelium alieni sunt.

Hæc

A Hæc doctrina ostendit, terram esse viuētium, cęlestem Hierusalem, ad quā suspiremus, Christus dñs hanc incepit vitam cœlestem, & qualis cęlestis, tales & cęlestes. Hoc vero valde mirandum est, q cū lex Christi nihil aliud doceat, nisi terrenorū despectū, nihilominus in hac Christi naui, i eius schola plurimi versantur, qui terrena sapiunt, nihil præterea, & sic se gerunt, ac si cęleste nihil audissent, & ita humi hærentes, ac si ad meliora uocati nō essent. Si nunc nunciorum certissimis verbis diceretur vobis, prope Hispaniam adinuētam fuisse regionem nouā, in qua mors non dominatur, in qua nulla infirmitas, dolor null⁹, triste nihil, sed vniuersa læta, iucūda, & ex voto esse, in qua montes aurei, mōtes lapillorum pretiosissimorum, & uniuersa, quæ delectationi sensuum deseruire possunt, quanta diligentia, ac celeritate oēs curreretis in eam regionem, ut in ea fœlicē vitam degeretis? O miser peccator, nosti ne uocationem tuam? in quam vocatus es terrā? an non in terram viuentium, ubi portio tua est? an non in terram, vbi infinita bona, qūo hic stas? Vocatur Israel a Deo ī terram fluentem lac, & mel: & licet habitarent in optima Aegypti plaga, nullus nō exit uocatus: tu in cęlestē patriam nō procedis, sed hic tibi mansionem paras æternam? Sed ais. Patria mea hic est, hic natus, & educatus sum, & mirabilis natura loci proprij est, ut Aristoteles ait, q adeo me tenet. Imo verò patria tua cœlū, terra vero exiliū, illa q sursū est Hierusalē, q est mater nostra libera est, duo erant oppida in terra promissa, quæ dicebantur Salem, alterum in radice mōtis Siō, de quo meminit Euāgelista, ubi multæ aquæ erant, alterum in mōtis summitate. Sed magna inter ea diuersitas erat, nam quæ ad montis radicem sita erat, ciuitas erat parua: quæ uero in mōtis summitate, maxima, amplissima, & toti⁹ mūdi metropolis. Cumq; exteri plures veni rent, vt hanc viderēt, ingressi priorē Salem dicebant, hæccine est inclyta vestra, & regia Salem? quib. respōdebāt Israelitæ, non est hæc præcipua Salem, sed illa, quæ in mōtis vertice sita est, illa, quæ hic videtur procul, & hac ratione Hierusalē dicta est, quod sonat visa Salem, quæ ibi cernitur. Id ipsum nunc tibi dicimus, nō est hęc terra, quā incolis, vera Salem nō est hæc patria tua, sed quæ in cęlis est, qd hic sistis? Dedit Salomon regi Hirā viginta oppida in Galilea, & non placuerūt ei, & ait, hæccine sunt ciuitates, quas dedisti mihi ò frater? Galilæa rotatio, & volubilitas interpretatr, eius ciuitates significant tp'ia bona, quæ mutationi obnoxia sunt. Quomodo hęc nobis placere possunt, quæ parua sunt, & facile amittūtur? Aeterna sunt nobis quærenda, quæ Christus promisit. Hinc Petrus. Benedictus Deus, qui secundum misericordiā suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hęreditatē incorruptibilē, & incontaminatam, & inmarcescibilē, B conseruatam in cęlis. Vt ergo in hāc veniamus hæreditatē, oportet, a terra nos reduci pusillum. Audiamus cum Abrahamo, ergo egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris, & veni in terram, quam monstrauero tibi.

Simile (margin) · B · Arist. · C · Ioā. 3. · 3. Re. 9 · 1. Pe. 9 · Ge. 13.

Reducta ergo naui a terra, docuit Christus dominus turbas, & piscatorē egit, Quia vero alios etiam hominum piscatores esse voluit, quibus diceret, quod hodie Petro. Ex hoc eris hoīes capiēs. Qui innumeros pisces capturi erāt, ut huius tantæ rei ob oculos figuram proponeret, Ait Petro. Duc in altum, & laxate retia vestra in capturā. Præclare Ambrosius hic ait. Soli Petro dicitur Duc in altū, & deinde reliquis, laxate retia uestra in capturā, Petri enim munus est, ducere Ecclesiam in altum, prædicatorum vero laxare retia, qui summ⁹ Pōtifex Magister est Ecclesiæ, ad eū ptinet, quæ fidei sunt, decernere, scripturā interpretar authoritate diuina, & in profunda illius Ecclesiam ducere. In Petri manibus gubernaculum Ecclesię tradidit Christus. Vis videre, quomodo Petrus hanc nauim in altū ducit? Audi primum illius decretū pontificium. Interrogat Christus dominus, quem dicunt homines esse filium hominis? cumque hominum sententias Apostoli retulissent, qui humana solum

Ambr. · C · Ma. 16

A sentiebant de Christo Domino, & ideo terræ hærebant, Petrus a terra recedens in altũ ducit nauim, dicens. Tu es Chri-
Eccl. 1. stus filius Dei uiui, quod nam altius, quod profundius pelagus? Reliqui terrena dicebant. Petrus cœlestia, vere Ecclesiã duxit in altum. Interrogat Sapiẽs. Profundum maris quis dimensus est? possemus
Eph. 3. ei respondere, Petrus, qui id attigit, qui ait ego Sapientia in altissimis habitaui, & thronus meus in columna nubis. duxit ergo in altum, cum eum attigit, qui in altissimis habitat. Audi in quam profunda scientia mysteriorũ Dei ducta Ecclesia fit. Mihi omnium sanctorum minimo. (Paulus ait) data est gratia hæc in gentibus
B Euãgelizare inuestigabiles diuitias Xpi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sęculis in Deo. Vt innotescat principibus, & potestatib. in cęlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, tantus diuinorum mysteriorum intellectus Ecclesiæ datus est, ut Angeli beati ab ipsa plura didicerint. Vere in profundum, in altum ducta est Ecclesia a Petro. Nec mirum. cum ipse di-
2. Pe. 1 cat. Spiritu sancto inspirãte loquuti sũt sancti Dei homines spiritus uero omnia scrutatur, etiam profunda Dei, ut ait
C Paulus. Postquam Petrus in altum du-
cit nauem, dicitur omnibus doctoribus.
1. Co. 2. Laxare retia uestra in capturam.

Sed attẽdenda est mirabilis piscium captura cõcluserunt pisciũ multitudine copiosam, ita ut rumperetur rete, & implerẽt duas nauiculas. En uelut imagine expressũ fructum Apostolicæ prædicationis, qua uniuersus fere mũdus ad Deum
Mat. 13 cõuersus, & innumeri capti pisces. Et ideo assimilata a Xpo Dño est sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium con
Esa. 49 greganti, quam cũ impleta esset, &c. Idque per Esaiã loquitur pater filio. Parũ est, ut sis mihi seruus, ad suscitãdas trib. Iacob, quod fæces ad Israel couertendas, dedi te in lucem gentiũ, ut sis salus mea usque
Psa. 21 que ad extremum terræ. Et regius Psaltes in idem concinit, dicẽs. Reminiscentur, & cõuertentur ad dominum uniuersi fines terrę, & adorabunt in conspectu eius uniuersæ familiæ gentium. Vna con

cione quasi unico rete misso traxit Petrus A tria millia hominũ ad Christum, & alia quinq. millia quorum erat cor unum, et anima una. Et deinde innumeri sancti collecti sunt Deo ab Apostolis, & eorũ discipulis, quod præuidens Esaias, & uidens se, & prophetas nocte tota laborantes nihil fere prędidisse, Apostolos uero innumeros cepisse pisces ait, Beati qui seminatis super omnes aquas, immitentes Esa. 32
pedem bouis, & asini. Cum sterilitatem Synagogæ, & Ecclesiæ abundantiam prædidisset, rãdem ait, ò vos beatos Apostolos, & Ecclesiæ doctores, qui uerbũ Dei seminatis maximo cum fructo, nõ in terra aretĩ, ut nos, sed in fertili, et irrigua. Il B
lud uerbum immittentes pedem bouis, & asini, Hyeron. refert ad duo populos Hiero.
Iudæorum, & gentium, qui in Ecclesia conuenerunt, quorum unus mundus, alter immundus est. Vel illa duo animalia nominat Propheta, qa illis pręcipue homines utũtur in agris colendis, quasi dicat, facile uos, qui uerbum Dei seminatis maxima adhibita cura, ac diligẽtia, et maximo cum fructu.

Sed quid est, quod, rete rumpitur? respondeo, primum tyranni hoc rete disrumpebant, dum Ecclesiam persequebantur.
Sed hac in re diuina Ecclesiæ uirtus ap- Exo. 1.
paruit, quoniam cũ rete rumpebatur, non exibant pisces per rupturam illam, imo noui pisces per eam intrabant. Sicut. n. quõdam creuit Israel persecutione Aegiptiaca, ita Ecclesia persecutione tyrannorũ. C
Et aliud sepenumero miraculum efficiebatur, ut ipsi persecutores, qui rete rumpebant, fierẽt pisces, & rete intrarẽt. Ita Act. 9.
Saulo cõrigisse Lucas ait, De quo Ananias ad Dominum ait lupus hic est, quid me ad eũ mittis? & Dominus, imo ouis, & piscis reti inclusus. Sed Domine cur Ecclesiã rũpi permittis, an nõ sic pisces egredientur a reti? Imo illac intrabũt noui pisces. Qui enim ex carne medicinam efficit contra carnem, qui aquam de petra eduxit, & serpentem medicinã facit contra uenenum, & qui de comedẽte cibum extrahit, simul efficiet, ut per retis rupturam non egrediantur, sed ingrediantur pisces.

Respon-

A Respondeo secūdo, Hanc rupturam effici a prauis piscib. qui re e ingrediuntur. Cuius rei intelligēdæ, causa notandum est, duplicem piscium capturum in Euangelio describi similē, ualde. Prima
Ioã.21 est hęc, de qua Lucas meminit. Altera q̄ Ioannes memoriæ prodidit, quę post resurrectionem facta est, in qua cum tota nocte laborasset Apostoli incassū, Xp̄o Domino pręcipiente ad dexteram nauigij mitti rete, cęperunt centum quinquaginta tres pisces grandes, nec rete ruptū est. Hæc a Ioanne descripta pisciū captura significat eam, quam Christus Dominus faciet omnium electorum, cum eos in cælo congregauit. Mittitur tunc rete ad dexteram nauigij, quia soli filij dexte-
B ræ tunc colligunt. Fit post resurrectionē quia in futuram uitā seruatur. Tunc nu-
Eccl.1 meratur piscium numerus, quia boni, & iusti numerum habent, impij uero multiplicati sunt sup numerum, quia infinitus numerus stultorū, & iustos singulari quadam ratione Deus numerat, q no uit eo ex nomine, & numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina
Simile vocat. Sicut tu numeras lapillos pretiosos, quos domi repositos habes, non tamen reliquos lapides, & uasa argenti, & auri simili rōne in numerum redigis, & libro mandas, non uero fictilia. Ibi oēs p̄isces grandes sunt, nullus enim in cælo est, qui magnus, & princeps non sit, do-
Eph.4. nec occurramus omnes in uirum perfectum, ut iam non simus paruuli, ait Paulus. Ibi rete nō est scissum, nullam enim
C tunc rupturā pisces faciēt, quia uniuersi boni congregantur, nullus est prauus.

Alia piscīū captura hodie nobis proponitur ante resurrectionem facta, i qua plurimi capiuntur pisces, sed eorum nu-
Ma.13 merus non dicitur, & rete rūpitur, nec omnes pisces grandes sunt. Hęc significat collectionem fidelium in Ecclesia q̄ est similis sagenæ missę in mare, & ex oi
Esa.9. genere piscium congreganti, quia in hac Ecclesia non solū boni, sed & mali sunt. Ideo licet multiplicasti gentem sed non magnificasti lætitiam. In hac sagena inclusi pisces non habent licentiam uagan di per illicita desideria, quia reti continē-

tur. Vnde optimus piscis ait. Continuo A
nō acquieui carni, & sanguini. Sed pec- Gala.1
catores contineri nolunt in officio, subijci nolunt, & ideo quasi rete rumpunt, & charitatis quidem filium rumpunt, licet
fidē retineant. Et hinc uniuersa Ecclesię Ecc.40
mala ortum habēt, quæ propter peccatores ueniunt. Hinc Sapiēs, mors, sanguis contentio, Romphea, oppressiones, fames, cōtritio, & flagella propter iniquos creata sūt hęc, & propter illos factus est
cataclismus, i. diluuium, quo mundus deletus est. Qui ergo ingressus es, in Chri- Iob 25 Ma.11
sti rete captiuum te puta. Sicut ille, qui ait, posuisti in neruo, pedem meum. Et ideo legem suam Christus iugum appellar, licet suaue, q̄a sicut iugo ligatur bos,
ita fidelis Christi lege. Sed attende cum Eccl.6
te ligarum videris, quod Sapiens ait, alligatura eius alligatura salutis, sicut enim
infans ligatur in bonum, ut robustiora B
habeat brachia, & puer ligatur cum turbeculis sanguineis, et rubris laborat (uulgo dicuntur uiruelas) ne sibi malum pro prijs manibus inferat ita in bonum tuū ligaris non in perniciem, ideo alligatura salutis illa dicitur. An non alligauit
Samaritanus infirmum uulnera rum, ut Lu.10.
eum sanaret? Sed alligatura hæc libera
est. Sicut Ioseph missus in carcerem, alli- Ge.39.
gatus est, sed cito ei traduntur carceris claues, & sic clausus, & liber erat. Ita iusto lex imposita non est, quia licet lege ligetur, tñ non constringitur, non arctatur, non est ei graue onus, sed leue uolū-
tate enim, & dilectione seruit Deo, non C
grauatus, onere, sed ductus amore. &c.

Tandem ô homo in unam ex duabus retibus incidere debes, impossibile est, utranque fugere, uel in dæmonis retiaculū, uel in Christi rete uenire debes, inter medios cleros stas, inter duas has sortes quam eliges? calicē Christi habiturus es, aut calicem dæmoniorum, ecce po-
sui in conspectu uestro uitam Deu.18
& bonum, e contrario
mortem, & malum
elige ergo uitam
ut uiuas,
&c.

IN

A

IN EADEM DOMINICA
Quarta Post Pentecosten.
Concio Secunda.

The. Cum turbe irruerunt in Iesum, ut audirent verbum Dei, &c. Luc. 5.

Maxima plane uis uerbi diuini est, si
cut nomine assimiliatur Xpo Do
mino, qui uerbũ est patris, ita ui atq. po-
Psa.77 tentia. Hinc Psaltes. Ecce dabit uoci suę
vocem uirtutis. Et hoc uerbũ est, ꝙ uim
tribuit reliquis omnibus, quæ Deus pro
homine operatus est, ut illũ in Dei obse
quiũ trahant. Sicut.n. lux ex seipsa uide
B tur, & uisibiles reddit uniuersos colores
q sine luce videri nequaq̃ possent, ita
Dei uerbo docemur, & illuminamur, ut
reliquas Dei misericordias ꝑpẽdamus.
Sine hoc uero uerbo reliqua oĩa nihil no
Ez.34. bis prodessent. Est Verbum Dei in Ec-
clesia, quod lignũ uitę in paradiso. Lignũ
hoc promiserat Deus per Ezechielem.
34. Et suscitabo eis germen nominatũ,
& non erunt ultra imminuti fame in ter
ra, nec portabunt ultra opprobrium gen
tiũ, ꝙ nam germen nominatum nisi li-
gnum uitę? quis est cibus animarũ, nisi
Dei uerbũ? quod ẽt opprobriũ gentiũ, ni
Pro.11 si ignorãtia a qua Dei uerbo liberamur?
Sed clarius Sapiens ostẽdit Dei uerbum
lignum esse uitæ, cum ait, Beatus homo,
qui inuenit sapientiam, & affluit prudẽ
tia, lignum uitę est his, qui apprehendẽt
C eum, & qui tenuerint eum beati.

Pręcipue tñ hoc uerbum in Xpi Dñi
ore uim habuit, quia unaquæque res in
sua causa, & principio maxima uirtute
cõtinet, sicut calor in igne, lux in sole fru
ctus in arbore, sic diuinum verbũ in Dei
verbo substantiali. Cuius rei testimoniũ
non petamus a Magdalena Christi dile
Luc.10 ctrice, quæ omnium oblita, ad Christi pe
Ioan.6 des sedebat, ut audiret uerbũ eius, nec a
Petro Christi discipulo, qui ait, quo ibi-
mus? verba uitę ęternæ, habes sed ab ip
sismet inimicis Christi Domini qui eun
tes, ut eũ caperent, attoniti, & stupentes
facti sunt eo audito; & reuersi dixerunt
nunquam sic loquutus est homo. Eius
verbo audito Apostoli oĩa reliquerunt. A
Matthæus lucra pecuniarum. Petrus, &
Andreas retia Ioannes, & Iacob. ẽt pa- Psa.16.
rẽtes, & deniq. propter uerba labiorum
tuorũ ego custodiui vias duras. Nec id
mirandum est, sed potius ꝙ uniuersus
mundus non traheretur. Depictus Her
cules est a poetis, multis funib. ex ore ei⁹
procedentib. quib. multos populos post
se trahebat, pp maximum uiri eloquen
tiam, quid obsecro non faceret uerbum
illud patris. qui aperit os mutorum, &
linguas infantiũ facit disertas? Vere di- Luc.10
cere possumus audientib. Christi uerba Ma.13
beati oculi, qui uidẽt quæ uos uidetis, & Esa.2.
aures quæ audiũt, quæ nos auditis. Ad
quos fausta uaticinatus Es. aiebat, & erũt
oculi tui uidentes pręceptorem tuum, & B
aures tuę audient uerba post tergum mo
nentis, hæc est uia ambulate in ea. Hac
rõne nunc Luc. ait. Cum turbæ irruerẽt
in Iesum, ut audirent uerbum Dei. Qui
bus uerbis maximam audientiũ auidita
tem expressit. Sed nobis, qui Christũ lo
quentem non audiuimus qui boni reli-
ctum est? certe uerba Christi, quæ ipse ꝑ
ministros suos ad nos loquitur. Sed ais,
unde sciam, Christum ad me loqui? Au-
di Paulum id asserentem, an experimen
tũ quæreti eius, q in me loquitur Chrus?
Et idem Paulus, tanquam Deo exhortã 2.Cor.
te per nos. Et idem gratias agimus Deo 13.
qm cum accepissetis a nobis uerbum au 2.Co.5
ditus Dei, accepistis illud, non vt uerbũ 1.Th.2
hominum, sed sicut vere est, uerbum C
Dei, qui operatur in vobis, qui credidi-
stis. Christus ergo loquitur in pdicato
ribus suis. Relicti sunt nobis piscatores.
qui eadem retia, qua Christus, piscatur,
eadem uerba usurpant, & ex ore Xpi
uim acceperunt, vt nunc homines cõuer
tãt in Deum. Hinc Paulus, uiuus est ser Heb.4
mo Dei, & efficax, penetrabilior omni
gladio ancipisti, pertingens usq. ad diui-
sionem animæ, & spiritus. Viuus ait, nõ
emortuus, similisq. gladio, unde Esaias,
posuit os meum Dominus quasi gladiũ
acutum, diuidit spiritũ ab anima, anima
li, scilicet, ut ibi nõ coerceant, & cũ unus
sit homo, verbum Dei illum diuidit, ut Esa.46
nihil commune cũ carnis appetitu spi-

ritus

ritus uelit, sed reijciat beluinos appetit⁹ quasi à rōne alienos. Vere maxima diui ni uerbi eis ē. Lex Dñi imaculata, cõuer Psa.44 tēs aīas. Et Ieremiæ dictum est, dedi uer Hier.5 ba mea ut ignē, & populū iustum ut lin gua, & deuorabis eos. Fortissimi, ac mu nitissimi muri erat Iericunthini, sed clā gētibus Dei tubis ceciderūt, sic maximi pctōres Dei uerbo audito ī mētē redeūt, & ī terrā se deijciunt. Loq mini ad petrā Nu.20 ait Dñs, & illa dabit uobis aquas Sagit- 2.Re.1 ta Ionathę nō est reuersa retrorsū, et gla dius Saul nō est reuersus innanis. Quid mirū Dei uerba, q̄ sagittæ potētis acutæ sūt, & glaudius anceps, mirabilia operēt ut populi sub Deo cadāt. Merito nos. Ia Iaco.1 co. monet. Suscipite insitum uerbum, ꝙ pōt saluare aīas uestras: insitum dicitur verbum, quia in eo insita diuina vis est. B

Eccl.21 Ecc.27 Sed ais. Audio ego Dei uerbū, nec tū tātā in me operaſ mutationē. Sine dubio tu ex ille ď quo Sapiēs ait. Cor fatui qua si uas cōfractū, oēm Sapiētiā nō tenebit & iterū, quasi in pcussura cribri puluis, sic aporia (,i. scoria) in cogitatu illius. Si- militudine optima exprimit diuinus spi ritus ea quæ peccatorib. accidunt, sicut, inquit, cribrū solas retinet paleas, triticū vero affluere finit, sic peccator audiens Dei verbū modū, et flosculus uerborū cō seruat, non uero substantiā eius, & ideo uim in corde ipsius nō hēt. Hoc uero du plici ex causa acciddre solet, prior illa est, ꝙ non auide Dei uerbū audis, non il lud esuris, & sitis, sed potius fastidis, & quasi necessitate duct⁹ uenis, ut illud au C dias. Sicut uero desperas de salute infir- Ps.106 mi, q oēm escā fastidit, ita quasi de spera 2.Par.36. tus est, q Dei uerbū reijcit. De quo Psal. ait. Oēm escā abominata est aīa eorū, & appropinquauerūt usq. ad portas mor- tis. Et reddēs diuina scriptura rōnē, qua cōmotus Deus est, ut uniuersū populum suum abijceret ait. Illi subsannabat nun cios Dei, & parui pendebant sermones eius. illudebantq. Prophetis, donec ascē deret furor Dñi in populum eius, & nul la esset curatio, ꝙ ī Sodomis curatio nō fit, non adeo minorum, at quod in Dei populo, hoc valde mirandum, hoc uero efficit despectus diuini uerbi. Proxima ē populo desolatio, & oīmoda uastitas, cū A Dei uerbum in eo despectui est: hanc.n. proximam causam desolationis Israel Spūs sanctus fuisse asserit. Si ad come- dias, aut tragedias uanas uocaris, inue- nies plurimos, ut se inuicem comprimāt si ad uerbum Dei audiēdum accedas, fe- re nullum cōperies, in his ergo Dei uer bum uim nō habet, quia illud conculcāt. Altera eiusdem rei ratio est, quod dæmō aliquos peccatores armis induit, quasi à Vulcano in inferno cōfectis, quæ nulla arte, nullis telis disrumpuntur, qui nulla re cęlesti admoniti cōmouentur, nō mor te. non iudicio, non inferno, nō Christi cruce. De quib. Arist. ait. Quemadmodū Arist. Simile in medicina fieri dicunt, ut corpora non pura quo magis nutrieris, eo magis læ- B das, materiam nimirū corruptis humo rib suggerens, sic prauis opinionib. prę- occupatam aīam quo plus docueris, eo magis lædes maiores subinde male, & perperā sentiendi occasiones suppediās. Sed horū extremū periculū Spiritus san ctus ostendit, cum ait. Cor durum male habebit in nouissimo. Et iudas in sua ca Eccl.3 nonica, cū eis plurima noīa imposuisset, Iud. ad iustos cōuet'us ait. Et hos quidem ar guit iudicatos, illos uero saluos de igne rapiētes, alijs aūt miseremini in timore, odientes eam, quę carnalis est, maculatā tunicam. In quem locum D.Th. ait. Tri D.Th. plex est peccatorum genus: primū obsti natorum, quos dicit arguendos, quasi iā iudicatos, & damnatos, licet omnino de sperari non debeant. Secundum, pecca- C torum, qui indurati non sunt, quos a pec catis abducere, curare debemus, quasi ab igne eos rapientes, est enim peccatū ignis. Tertium eorum, qui desiderant a peccatis liberari, & illud curant, quibus miserandum est cū timore, ne & nos in eandem foueā incidamus, hoc uero de- bemus facere odientes peccatum, uel cor puspcti, quod dicitur maculata tunica.

Sicut ergo turbę irruūt, ut uerbū Dei audiant, ita tu irrue, & omni cura dıligē tia, ut verbū Dei audias, menteque reti- neas. Sed ais, quid audiam, quæ iam no- ui? Scio, me in peccato esse, scio, quę sint adhibēda remedia, cū ab eo recedere vo luero.

A lucro. Quid ergo audiã: nihilominus au
Ps. 50. di Dei verbũ, an non plusquã tu sciebat Dauid dicẽs, incerta, & occulta sapientię tuæ manifestasti mihi? & tñ donec Prophetæ voce admonitus fuit nõ pœnituit. Vim diuinã Deus uoci suæ tribuit, dabit uoci suæ uocẽ uirtutis, qua nõ solum audias, sed proficias, non solũ comedas, sed
Eze. 3. vẽter tuus impleat. Sicut ab Ezech. dr. Fili hoĩs uẽter tuus comedet, & uiscera tua cõplebũtur volumine isto: Quæ uer
Greg. ba enarrans Greg. ait. Multi uocem prædicatoris audiunt, sed post uocem vacui recedunt, quorum etsi venter comedit, uiscera non replentur, quia etsi mẽte intellectum sacri uerbi percipiunt, obliuiscendo, & non seruando, quæ audierũt, hæc in cordis uisceribus non recipiunt.

B Sed quia plura de hoc Dei uerbo in Euangelio hodierno uidebimus, ad eius literam explicandam accedamus.

Cũ turbę irruerent in Iesũ, ut audirẽt verbum Dei, & ipse stabat secus stagnũ Genesarch. Lacus iste uocat̃ ẽt mare Galilææ, & mare Tiberiadis, q erat in Galilea iuxta ciuitatẽ Tiberio dicatã: sed nomen eius antiquũ est mare Genesareth,
Nu. 34 sic appellatur Num. 34. capite, & Iosuæ,
Ios. 11. vndecimo, a ciuitate Genesareth, q̃ erat in eius littore. Protenditur in longitudinẽ per leucas duodecim, in latitudinẽ uero per octo. Præterfluit per hunc lacum Iordanis fluuius, aqua illius dulcis est, abũdatq; piscib. Cum ibi Xp̃s dñs esset, uidit duas naues. Piscatores ãt descenderant, & lauabant retia. Non sine cã hæc ab Euangelista cõmemorata sunt, quid ergo nobis hæc verba innuũt? Certe pręclarã dispositionẽ, ut uerbũ Dei cũ fructu
C audiamus, & optimũ hoĩ cõsiliũ, ut sua rete curet. Iecerãt piscatores retia sua in mare, & multa supflua, & immũda collegerant, lauabãt ergo retia, & ab immũdiijs purgabant. Optimũ uiro consiliũ, postquã retia misisti in mare, postq̃ muneri, & officio tuo operã dedisti, inspice accurate conscientiã tuam, & uide utrũ immunditiam aliquã contraxeris. Sicut .n. expãsis in mari, aut flumine retibus, multa immũditia colligi solet, ita nobis sæpe accidit, ut dum tpalia curamus, peccata colligamus, a quibus nos mundari A oportet, dicente Apostolo. Emũdate conscientiam uestram ab operib. mortuis,
Heb. 9 ad seruiendũ Deo uiuẽti. Qua in re exẽplo nobis Deus noster est, qui licet uniuersa bene, & optime faciat, tñ postquã opus aliquod fecerat, dr illud respexisse, unde dr, postquã creatio huius, & illius
Gen. 1 rei cõmemorata fuit. Et uidit, q̃ esset bonũ, prius opus factum intuebatur, quam ad aliud procederet. Et cũ uniuersa opera perfecisset, oĩa respexit, & in uniuersa oculos conuertit: ũ dr; Vidit Deus cuncta, q̃ fecerat, & erãt ualde bona, qua ĩ re ostendit nobis, optimum esse, si in die fine cõsideremus uniuersa, quæ eo die gessimus examine adhoc adhibito omniũ,
Ps. 6. q̃ cogitauimus, diximus, & fecimus. Vt si quid sit immundũ, lauemus rete conB scientiæ nostræ a peccatis per pœnitentiã. Et hoc est, qd Dauid ait sese pstitisse, Lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrimis meis stratũ meũ rigabo. Nec
Virgil. mirũ est, id fecisse Dauidẽ mirũ tñ est id omnib. consuluisse Virgilium, qui uersiculis de hac re cõpositis ait, uiri prudentis esse, quaque nocte se suaq; opera inspicere, ac perscrutari. Hoc uero consiliũ plures ab inferno liberasset, qui si nocte pœnituissent, damnati non essent, nunc uero quia sine pęnitentia discesserunt, in inferno sunt. Despice ergo uniuersa tua opera, ẽt bona, q a sicut uix aurum inuenitur, qd a terra repurgatũ sit, ita uix iustitiã operamur, de qua dicere non possimus, quod Propheta ait, Oẽs iustitiæ no
Esa. 64 strę tanq̃ pannus menstruatæ. Audi Iob
Iob. 9. dicentem, Verebar omnia opera mea, &
Iob. 1. cũ filij intenderent operibus charitatis, se inuicem inuitantes, ipse offerebat sa- C crificia per singulos, dicens, ne forte peccauerint filij mei. Hoc ipsũ pstabat Da-
Ps. 76. uid dicens; Meditabar in nocte cũ corde meo, & exercitabar, & scopebã spiritum meum. Hęc ẽt pręclara est dispositio, ut verbum Dei cum fructu audiamus, quia
Ioã. 8. qui ex Deo est, verba Dei audit. Si.n. ab oĩ labe peccati cõsciẽtiã emũdaueris, tũc puro corde uerba Dei percipies, & tibi fi- cua erunt. Hinc Christus dñs, ait. Si qs voluerit uoluntatem Dei facere, cognoscetur

A scetur de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. Qui voluntatem
Io. 7. Dei facere vult doctrinam capit, eique dulcessit, & uiscera illius rep[?]ent Ideo que ante Christi domini concionem me moratur piscatores retia lauasse. Cũ ergo auditurus Dei verbũ accedis, laua cõ scientiam delictorum pœnitentia, sic.n. purgato palato verba Dei dulcia percipies, & dices cũ Psa'. Quam dulcia fau-
Ps.118. cib. meis eloquia tua, sup melliori meo.

Sed qũo Xp̃s verbũ suum proponat, videamus, Et sedens ait Euangelista, docebat de nauiculas turbas. Primò, sedet in nauicula Petri, quæ est Ecclesia, qa in
Simile eã perpetuo mansurus est, nec est super alas Cherubim, ut oli in Synagoga, quasi inde migraturus. Secũdo sedẽs docet,
B quasi medicus amicissimus, qui infirmũ visitãs sedet, & serio, ac magna cura amicum sanare vult. Cũ medicus pauperem aut, ignotum inuisit, non sedet, sed stans præcipit, quæ ad infirmum curandũ pertinent: sed cũ amicum, ut potentem curat, sedet, & multũ amorẽ cum infirmo facit. Ita Christus dñs nobiscũ agit, qui ea cura salutem nr̃am curat, quasi ex ea vita ipsius penderet. Tertiò, in hac sessio ne ostendit effectum diuini verbi, quẽ in nobis efficit. Reliquę.n. sectę, & earũ doctrinę pacẽ, & quietẽ aĩo nõ tribuũt, sed Dei verbũ oĩ ex parte cordis nr̃i affectus mirabiliter tranquillat, & pacẽ cordi tri-
Ps. 118 buit. Hinc Psal. Pax multa diligentib. le-
Es. 48. gem tuam. Emphasim habet illud, pax
Ps. 118 multa, at contra nõ est pax impiis. Et inde Dauid ait. Narrauerunt mihi iniq fabulationes, sed nõ ut lex tua. Quasi dicat, Multæ sũt sectæ, multæ doctrinæ ini
C quorum, quæ fabulationes sunt, non ueritates, & cũ contra rõnem sint, non sedent in corde rõnali, nõ illud satiãt, nec ei pacem tribuunt, ut lex tua. Quo pacto namque insidere potest rationi, quod cõtra rationem est? Fluctuant infideles, & ducuntur uarijs uẽtis doctrinę, at fidelis in fide sic sedet, & uerba Dei ĩ corde ei⁹ ita sederunt, ut eis potius credat, quã uisis nec ulla rati one ab eis dimoueatur.

Sed quid post prædicationẽ Xp̃s dñs facit ait Petrus. Duc in altũ, & laxate retia uestra in capturã. Quib. verbis oñdi- A
tur Christi dñi largitas, ac magnificẽtia, acceperat Petri nauiculã in suggestũ breui tp̃e, nũc cumulate ei soluit naulũ, nec ad æqualitatẽ solum, ut mercatores facere consueuerunt, sed mensurã bonã tribuit, supereffluentẽ, ac abundantẽ, & iõ innumeros pisces Petro tribuere vult.
Tanq̃ Deus magnifice facit. Iõ Moyses Deu.
ait, date magnificẽtiã Deo nr̃o. Vbi nũc
sunt, q dicunt apud Malachiã, vanus est, Mal. 3
qui seruit Deo, & q̃ emolumẽtũ, qa custodiuimus mãdata eius? Nõ solũ in alio sæculo mercedẽ, sed & in hoc cẽtuplum tribuit. Et hoc ostendit oĩs historia diuina, & humana, qđ iustis bñfecerit Deus,
et nunc. Solus Deus magnifice se habet Ge. 31.
cum seruis suis. Mũdus uero sicut Labã Iud. 14
cum Iacob, parcissimus in soluendo est,
qm̃ pauper est, ut uni soluat, alterũ expo B
nat. Sicut Sãpson fecit, qui sindones surripuit, ut alijs daret, nihil dare põt mundus tibi, nisi ab alio tollat, & ideo parce soluit, & sæpius mala pro bonis tribuit. Vñ Psaltes ait. Retribuebãt mihi mala pro bonis. Decẽ uicib. mutat mercedem Laban, sp minorẽ tribuere curans, Deus uero auget, & supauget ĩ dies mercedẽ. Vnde nũc Petro plures tribuit pisces, & statim enim hominũ cõstituit piscatorẽ.

Secundo his verbis significatur, quærendũ primũ esse regnũ Dei, deinde tpalia. Primum anima pascenda est diuina
verbo, deinde victus corpori quærẽdus? Ioã. 6.
Sic alibi fecisse legitur Christus dñs cũ his, qui eum in desertum sequuti fuerãt, pauit primum eorum animas doctrina,
deinde corpora cibo. Hinc Iob, Ad præ- Iob. 39
ceptum tuum eleuabitur aquila, & in ar
duis ponit nidum suum, de longe contẽ C
platur escam. Quo magis aquila ascendit, eo melius escam uidet, ut rapiat, ascẽde tu cum aquila in cœlum, & quo plus recesseris a terra, eo melius corpori pui debis, quia hęc omnia adeijciẽtur uobis. Ante concionẽ auditam nihil Petrus ce-
perat, licet multum laboris posuerit, au Ps. 4.
dita concione duas implet naues piscib. Nescit De⁹ sibi retinere mercedẽ mercenarij sui, spera ĩ Deo, ei adhęre, & ipse te enutriet. Et hoc est q̃ Psaltes ait. Multi dicunt,

A ti dicũt, quis ostendet nobis bona? idest, quis dabit nobis necessaria? quis cibum
Ps. 4. tribueret? Rñdet Dauid. Signatũ est sup nos lumen vultus tui dñe, idest, tu nos respicis, nõ curas, cum in obsequio tuo versamus. Et inde sequit, a fructu frumẽti, vini, & olei multiplicati sunt, idest, maxima abundantia necessaria tribuis. Et iõ in pace in id ipsum dormiam, & requiescam, qm̃ tu dñe singulariter in spe constituisti me. expertus sũ tuã in me curã, & ideo dormire possum, & quiescere fidens tibi. Hinc & dñs ait. Si audieritis
Esa. 1. me, bona terræ comedetis. Si Deo obseq volueris, ipse te pascet, qui Israel dedit manna in deserto, & panem, & pisces sequentibus se in montem, & nunc Petro piscium multitudinẽ, & Israeli aquã de petra, & Eliæ cibum corui ministerio.

Sed quid Petrus Christo dño respondeat, videamus. Præceptor per totã no-
B ctẽ laborãtes nihil cepimus, in verbo ãt tuo laxabo rete. Quib. verbis multa do-
Io. 9. cemur. Primo, peccator laborat, sed in nocte laborat, & ideo operatus nihil proficit. Hinc Xps dñs. Venit nox, qñ nemo poterit operari. Contra uero luce ex
Ps. 102 orta, operari valemus pficua. Hinc Psal
Sap. 17 tes. Ortus est sol, &c. exibit hõ ad opus suum. Dum es in peccato, in nocte versaris, nihil capies. Hinc sapiens. Ignis quidem nulla uis neque siderum limpidæ flammæ poterant illuminare noctẽ illã horrẽdam. In hac nocte peccator est, & ideo piscantur nihil. Vis id videre? audi Psaltem. Dormierũt somnum suum, &
1. Thes. 5. nihil inuenerũt omnes uiri diuitiarũ in manibus suis. Qui dormiunt, nocte dor-
Ps. 11. miũt. Paulus ait, & nihil inueniũt in manibus suis, quod hac nocte prẽdent int. Et hac ratione dicitur, impij in circuitu am
C bulant, quia sicut rota molẽdini in circuitu ambulant, & ideo nihil ambulãdo pficit, nullam uiam agit, semper in eodem loco uersatur, ita peccator in circuitu ambulat, non proficit, viam in cœlum non agit. Quando accesserit mors, & uideas ĩnumeros labores tuos sine fructu, quo
Esa. 49 tãgeris dolore? Cũ dixeris illud Esaiç. Sine causa, & uane fortitudinem meã con
Iob 3. sumpsit. Et illud Iob. Ego habui mẽses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui
A mihi. Noli ergo nocte laborare. Nec solũ q in peccato est, ĩ nocte laborat, & nihil percipit fructus, sed in uniuersũ qui mundo inseruiunt, & eius uanitati, laborant, & mercedem nõ recipient, quia nocte laborant. Vis laborãtes uidere? Audi Hieremiã. Seruietis Dijs alienis, qui nõ dabũt uobis requiẽ die, ac nocte. Et ipsi Hie. 16
fatẽtur, lassati sumus in via iniquitatis. Nihil tamen mercedis accepisse, ipsimet dicunt, quid nobis profuit superbia? diui Sap. 5.
tiarum iactantia quid contulit nobis? Afficitur Dalilæ Sampson, trahat ergo mo lam, & nullam mercedẽ recipiat. Ei per- Iud. 16
similis est, qui sensuali delectationi seruit, plures patiatur labores, & mercedẽ non accipiat. Sicut nobilis, qui vili fœminæ despõsatur, multa eam ob causam patit, & postea pœnitẽtia ductus, & agnoscens errorem suũ, tristis manet iugiter, hinc nũquã audiet, est merces operi tuo. B
Quidnam datum est Sãpsoni pro labore suo? nihil omnino. Quid Iacob seruiẽti Laban? decem vicib. ait, mutasti mercedem meã. Si hinc adessent Alexãder, Cæsar, Augustus, & omnes, qui pro mundi Ge. 31.
gloria usque ad mortem laborauerũt, & eos interrogaremus, qd mercedis accepisti pro labore tanto? dicerent nihil. Quia dormierunt somnum suũ, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarũ in manib. suis. Interrogo vos cũ Paulo quem fru- Ps. 48.
ctum habuisti tunc in his, in quib. nunc Rõ. 6.
erubescitis? Si uero in Dei domo laboraueris, paruo labori multã merces respondebit. Hinc Hiere. Quiescat uox tua a Hiere.
ploratu, est merces operi tuo. Et Sapiẽs. 31.
In opere ipsi⁹ modicũ laborabis, & cito edes de generationib. illius. Et iterũ, Mo C
dicũ laboraui, & inueni mihi multã requiẽ. In his pterea verbis. Per totã noctẽ Ecc. 6.
laborãtes nihil cepim⁹ ostẽdit aliquorũ Ecc. 51
hoium ingeniũ, qui ex plurimis laboribus fructum sibi non colligunt. Aliquãdo magna aliqua ægritudine homo grauatur, ex qua maxima lucrã animæ posset colligere, & tamẽ per totã noctem laborat, & nihil percipit, sed similis Petro manet, sine somno, & piscibus. Dissipati sunt, nec compuncti, ait Psaltes. Corpus Ps. 34.

A plenũ est dolorib. Sed animus inuictus,
Nu.22 & integer ut adam⁹, licet p'ures ictus ac cipiat. Videt asina gladium angeli,& ter retur,calcarib. percutitur,& dolet,ac cõqueritur,sed Balaã ei insidẽs nihil videt, nõ terretur, sed inceptã viã Deo cõtrariã perficere conatur. Quot infirmitates,dolores,labores in carne sustinuisti, & illa asina est, & cõqueritur, sed spiritus tuus in malitia persistens, viam prauam non
Hiere. deserit. De his loquitur Hieremias. Defecit sufflatoriũ in igne, cõsumptum est plumbũ,frustra cõflauit conflator: malitiæ.n.eorum non sunt consumptæ,argẽtum reprobum uocat eos. Optima simi-
Simile litudine diuinus spiritus ostẽdit indurati hominis peccatum. Sicut enim argentum plenum scoria, ut ab ea emũdetur,
B ponitur in cõflatorio,admixto plumbo, cumque cõflator multum insufflauerit, & plumbum consumptum est,nec tamẽ scoria recessit ab argento,reprobum argentum putatur: Ita cum Deus hominẽ infirmitate,& laboribus tangit,curat,ut a malitia recedat,quod cum factum non fuerit homo reprobus dicẽdus est Hinc
Ez.24. Ezechiel. Multo sudore sudatũ est, nec sic exiuit ab ea:rubigo execrabilis est im munditia tua,quia mundare te volui,& non es mundata sordibus tuis.

Nõ sic alijs accidit,sed apti⁹ illud Iob, appropinquauit corruptione aĩa eius, &
Iob 33. vita illius mortiferis: si fuerit ꝓ eo angelus loquens vnus de millibus,ut annunciet hominis ęquitatem, miserebit̃ eius & dicet,libera eum,vt non descendat in corruptionem, inueni, in quo ei propitior,cõsumpta est caro ei⁹ a supplicijs,reuertatur ad dies adolescentię suę. Depre
C cabitur Deũ,& placabilis ei erit,& videbit faciem eius cum iubilo,& reddet hoĩ iustitiã suam. Quasi dicat. Immittit De⁹ laborem in hominem, qui conuersus ad Deum orat miam, & Angelus eius proponit laborem,& iustitiam hominis corãm Deo , qui miseretur hominis, & eũ liberat. Hoc plane ꝓbi viri est,qui similis est rubo, quæ ardet,non tñ comburitur,nec consumitur. Sic accidit Iosepho
Exo.3 Iob,& Susannæ. Decorus profectò,& pulcher labor, ex quo fructus colligitur; infelix tribulatio,ex qua bonum animæ nõ prouenit. Hinc Zacharias. Assumpsi A
mihi duas virgas, vnam vocaui decorẽ Zac. 11.
alterã funiculum. Duabus virgis Deus homines percutit, quarum altera decor dr̃,qa decora est tribulatio, ex qua colligitur conuersio in Deũ. Altera vero dr̃ funiculus,& ea est,qua percutitur durus corde, q quasi funiculo plus irretur peccatis cum tribulatur. Cõclusa multitudine piscium, quia in verbo Iesu laxa retis est,quid Petrus loquit̃. Exi a me domine,quia homo peccator sum. Amb.in Ambr.
hunc locum ait,agnouit in virtute verbi Iesu factum piscationem, ideo negat suã esse prædã. Alludit ad illud Lucæ: Dñe Lu. 19.
en Mna,quam dedisti mihi,fecit alias decem mnas Deo.n. vniuersa bona referẽ- Lu. 17.
da sunt,quia eo authore gerũtur. Et insuper deijcit se,ac humiliat Petrus,implẽs illud cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite,quia serui inutiles su- B
mus. Ita Petrus perpetrato grandi miraculo ait:hõ peccator sum,exi a me. Attẽde initium Apostolatus Petri, quod est humilitas , optimũ ꝓfectũ collocat fundamẽtum sui cognitionem, & humilitatem,ut supremum construat ædificium, quod deinde dilectione consummat, cũ ter interrogatus,diligis me plus his, rñdet,tu scis,quia amo te. Nunc ergo maximam constructurus fabricam ab humilitate incipit,sic.n.euehendus est. Hinc ad Ioã. 21.
Saul dr̃. Nõne cũ paruulus esses in oculis tuis,caput in filijs Israel factus es? Pe 1.Reg. 15.
trus dicit, indignum se Christi domini consortio,& Christus eum cõstituit primũ, & principẽ in domo sua. Hoc Dei ingenium est. Ait Baptista. Non sum dignus soluere corrigiam calceamẽti eius. C
Et Christus ait. Pone manum super verticem capitis mei, & baptiza me, Maria Ioan. 1
ait. Ecce ancilla dñi. Et Xp̃s ait, esto mater mea. Ait Ioãnnes,nõ sum propheta. Ait Christus,plus quam propheta. Ait publicanus nõ sum dignus infimo templi loco, ait Deus ponã te in sancta sanctorum. Petrus ait:exi a me dñe,& Christus,ero semper tecum,eris homines capiens. Dum se humiliat homo, scalam construit per quam ad Deus ascendat.

DO-

A DOMINICA QVINTA Post Pentecost.

The. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquã scribarum, & Pharisæorum non intrabitis in regnum cælorum. Matt. 5.

3.Re.3 ABundatiori gratia pdita, ornataque est Ecclesia Christi, quã Synagoga ab hac.n. ablatus est Xps, & Ecclesiæ traditus. Cõtendunt mulieres duæ corã Salomone, cuius earũ filius uiuus sit, &
Ma. 16 altera ait: diuidat, interficiat, altera ait, nequaquam. Huic dãdus puer est, & ab illa auferendus Synagoga ait, crucifigat diuidatur. Ecclesia uero ait, nequaq̃, cuius noie Petrus dixit, absit à te Domine
Osea 5 Huic ergo dãdus est Christus Dñs, & a Synagoga tollẽdus. Vnde Propheta ait.
B In gregib. suis, & in armentis suis uadẽt
Ioã. 19. ad quærendum Dñm, & non inueniẽt, ablatus est ab eis. Nec mirum, cũ illi clamauerint tollẽ, tolle, crucifige eũ. Ecclesię uero Christus datus ab ea non rece-
Ma. vl. dit, ecce ego uobiscũ sum omnibus dieb. vsq. ad cõsummationem sæculi. Vbi uero Christus est fons gratiæ, ibi abũdare dẽt grã, & iustitia superabundauit uero in Maria, ad quã nunc accedamus, &c.

Durum profectò uerbũ, imo durissimũ non intrabitis in regnũ celorũ. Hoc est uerbum illud, a quo se liberãdũ Psal. ait, qm ipse me liberabit de laqueo uenã
Psa. 90 tium, & a uerbo aspero. Hęc auditio ma
Ps. 111 la, de qua idẽ ait, ab auditione mala non
Ge. 42. timebit. Dixit Ioseph fratrib. Non uide
C bitis faciẽ meam, nisi fratrem uestrum
1. Reg. 14. minimũ adduxeritis uobiscum. Nullum .n. lapidẽ illi mouerunt, ut eum adduce
Ioã. 13. rẽt. Dicit Dauid de Absalon, nõ uidebit faciem meam, multa ille fecit, ut eam uideret. Cum audit Petrus, si non lauero te, nõ habebis partem mecũ, respondet, nõ tm̃ pedes meos, sed & manus, & caput. Cum ergo tu audieris, non intrabis in regnũ cælorum, audis uerbũ durum, auditionem malam, nõ uidebis Dei faciẽ plenam gratiarum non habebis partem cum Christo, omnia ergo facere te oportet, ut a uerbo hoc aspero liber sis. Dic ergo, quid faciam Domine, omnia præcipe, omnia mala immitte, dũm ego ingrediar hoc regnũ. Sic aiebat prophe- A
ta. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & super me scateat, donec requiescam in die tribulationis, & ascẽdam ad populũ accinctum nostrum. Si dederis Domine regnum tuum, quocunq. id pretio uendideris gratis datum erit.

Vis ò homo Dei regnum, uis a uerbo aspero liberari? integrã serua iustitiam, & legem Dei Dixit Booz ad consanguineũ suum. Eme agrũ Elimelec fratris nostri, respondit ille, ego emam. Rursũ ait; Booz vxorẽ teneris ducere Ruth iu Rut. 4.
xta legem Deut. Respondit ille, Cedo iu De. 25.
ri propinquitatis, tu meo utere priuilegio, ita si ab unoquoque fidelium sciscite ris, vis agrum regni Dei, respondebit, B
volo, quid.n. mihi. proderit, si uniuersũ mundum lucrer, animam uero perdam, cras moriar, & omnia relinq̃, quid faciam, si à Dei regno excludar? Sed audi, si hũc agrum possessurus es oportet, ut iustitiæ nubas, ut legem Dei integrã serues, serua ta lege agrũ possidere poteris, Relinque iustitiæ causa patrem, & matrem, ut ei adhęreas. Quid ad hęc respondes ò homo. Plures dicũt, cedo iuri meo. Pro. 13
Quia vult, & non uult piger, ut Sapiens ait, vult hęreditatem, sed non uult onus hæreditatis, vult sine certamine uincere sine victoria coronari. Sed unum sine altero nequaquam dabitur. Nisi.n. abundauerit iustitia vestra, &c. nõ intrabitis in regnum cælorum.

Sed quid nomine iustitiæ intelligam? C
Certe uirtutem uniuersam, quæ dicitur iustitia generali quadã ratione, quia debita Deo, & rationi est, tenemur.n. ẽm uirturẽ operari. Dr ẽt uirtus iustitia, qa & pręmio, & supplicio afficit, quod ad iustitiam pertinet, uirtus præmium est habenti illam, quia gaudium est iusto fa Pro. 21
cere iustitiam. Simul ẽt ultionẽ sumit ab eo qui circa eam deficit. Iustus intra domum cordis sui iustitiam habet, & iudicem, & ideo nihil dignum supplicio agit, cui statim ultionem nõ adhibeat: & ne Deus eum iudicet, seipsũ iudicat, dãnat, & puni, qa ut Paulus ait, si nos me- 1. Co. 11
tipsos iudicaremus, non utique iudicaremur. Et iõ Psaltes ait. Fecit iudicium, &

A iustitiā, nō tradas me calumniantib. me.

Ps. 118 Sed quia nō omnis iustitia satis est, ut nos perducat in regnū ce'orum, ait nūc Christus Dñs. Nisi abundauerit iustitia vestra, &c. Videndum nobis est, quid minus habuerit illa iustitia Pharisæorū, cū appēsa in Dei statera inuenta sit, minus habens. ¶ Primū iustitia Scribarum, & Pharisæorum humana erat, & operib. suis innitebatur, non Christi iustitiæ, & meritis, ac Dei misericordię, putabāt. n. illi pp opera sua deberi ipsis diuinā gratiā, sine Christi meritis, Hinc Pau. Quid ergo dicemus? quod gentes, quæ non sectabātur iustitiam, apprehēderunt iustitiam, iustitiam autē, quæ ex fide est, Israel
Ro. 9. vero sectādo legē iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit, quare? qa non ex fide,
B sed quasi ex operib. Ex operib. ergo suis solū, sine Christi iustitia putauit Israel, posse consequi iustitiam, ideo eam non apprehendit. Homo etenim ex se ipso iustitiam apud Deum non habet, nisi Xpi iustitiam induat, ac participet. Ille. n. factus est nobis iustitia, quā si homo participauerit, coram Deo iustitiam habebit, participatur, uero fide, susceptione sacramentorum, ac bonis operibus, quib. omnib. ualorem tribuit Christi iustitia, meritum, ac satisfactio. Verbi gratia. Peccator nunc de peccato dolet, confiteturq;,
C recipit gratiam, sed qua ratione? non ex operibus eius solum, sed quia iustitiam Christi participauit, illa opera perficiēs. Eadem ratione philosophandum est de merito glorię, & gratiæ in iusto. Hoc uero in sacrificijs priscis expressum fuit. Pro hominis peccato mactabat agnus, vel hircus. Sed qd peccauit agnus, ut occidatur, cum unius maneat homo q peccauit? nū placebit Deo innocentem punire, & nocentem impunitum relinquere? Certe mysterium hic latet, & quod illud? Significare uoluit Deus uenturum in mundum agnum Dei, qui immolandus esset pro omnium peccatis, cum nullum peccatum admiserit, eiusque sanguine placandum Deum. Vt ergo huius rei typus, & figura præcedat, immolatur agnus nocens pro nocente homine. Hoc vero diuinum sacrificium Iob expectebat, cum diceret. Si occidit, occidat semel, & nō de pænis innocentum rideat. A Quasi diceret. Quid prodest o Domine, quod me, & illū supplicio afficias, qui satisfacere pro peccatis non possumus, ueniat ille, qui semel occisus pro omnium peccatis satisfaciat plene. Oīs ergo hominū iustitia, ut corā Deo iustitia sit, huic iustitię inniti dēt. Ideo Paul. Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quē proposuit propitiatorem p fidem in sanguine ipsius, nullum ergo opus humanū, vel legis sine Christi iustitia apud Deum prodest quicquam, quia ergo Pharisęorum iustitia huiusmodi erat, nihil erat.

Et quibus nobis illud colligēdum est ut opera nostra meritum habeāt, oportere, ut nos in gratia Dei simus, gratia etenim nos efficit viua Christi membra, efficitq. ut eius participemus uim atq. iustitiam. B Si uero sine gratia fueris, solus manus, iustitiam Christi nō participas. Membrum quidem eius es, si fidem retineas, sed mortuorū, q̄ uim capitis non participat, ideo fructus non dabis, sicut nec palmes, cum discesserit a uite, & nihil tibi ad meritum prosunt opera tua, licet magna uideantur. Ma. 23

Secundo Pharisęorum iustitia inuēta est minus habēs, quia eam in exteriorib. esse putabāt, & dum exteriora composita essent, interiora nihil curabant, cū tamē uera iustitia i animo sit, & corde, vnde procedere debent exteriora. Ideo ad C eos aiebat Christus Dominus. Vę uobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod de foris est calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Ideo eos ēt dicit sepulchra dealbata, exterius speciosa, & perampla, intus vero plena abominatione, cuiusmodi multi hodie sūt. Nostra ergo iustitia, ut Pharisæorū iustitiā excedat in corde pcipue sit, quia omnis gloria filiæ regis ab intus, à quo exteriora procedūt ordinata. Psa. 44

Tertio iustitia Pharisęorum exterior non in eum finem dirigebatur, ut Deo placerent, sed ut hominibus, ideo iustitia illa sufficiens non erat, ut intrarēt in regnum cælorum, quia illud non intendebant,

A debât, sed gloriam hominum. Ideo Christus Dñs, ait receperunt mercedem suã.
Mat. 6

Nos ergo excedamus Pharisæorũ iustitiã, curantes in oĩb. Deo placere, non hominibus. Ideo ad nos dicit cælestis magister. Attendite, ne iustitiã vestrã faciatis corã hoĩb ut uideamini ab eis. Inter opera artis, & naturæ hoc interest, q. ars naturã imitatur, sed illo non peruenit, quo natura. Pingit ars equũ, sed nõ uiuit, pingit rosam, sed odorem nõ spargit, pingit hoĩem, sed nõ uidet, nec ambulat. sed natura eẽ uerũ tribuit, vitã, ac operationes vitę. Si ab inimicis sa luari uolueris, proderit tibi equus quẽ natura efformauit, non equus, quem ars depinxerit. Si cibũ sumere volueris, a ptus erit cibus a natura conditus, non cibus quẽ pictor depinxit. Simili rõne in hoĩum operibus philosophandum est. Sũt. n. opera virtutis vera, quæ à corde procedunt recto, illa nos saluare poterunt, & in regnũ cælorũ introducere. Sũt vero opa alia ab hypocrisi effecta, q̃ similia sunt, sed lõge diuersa exteriora. n. uirtutis dũtaxat habẽt, depicta sũt, nõ uera ea, nos saluare nequeũt.
Mat. 6
Simile
B

Quarto tãdẽ Pharisæorũ iustitia erat curare nimiũ ea, q̃ in lege minima sunt, ea uero quæ maxima, negligere. Iõ ad eos Xp̃s Dñs. Vę vobis scribę, & Pharisæi hypocritæ, q decimatis mẽtã, & anethũ ciminũ, & reliq̃stis, q̃ grauiora sũt legis, iustitiã, iudiciũ, & veritatẽ. Hæc oportuit fa cere, & illa nõ omittere. Illis uero nũc multi p̃similes sunt, qui mãdata Dei negligũt, cũ tñ aliquas deuotiones, quas sibi imposuerunt, nullo modo prętermittant. Primum Dei mãdata seruãda sunt & grauiora præponenda minoribus.
Ma. 23
C

Sed attẽdamus iam exemplũ iustitiæ Pharisæorum, q. Christus Dñs in euangelio proponit. Audistis, q̃a d ictũ est antiqui non occides qui autem occiderit reus erit iudicio, &c. Quasi dicat. Docuerunt Pharisæi, non esse occidendum hominem, nihil uero curabant, si in corde odium esset, & in uerbis contumelia, in his enim nullum esse dicebant peccatũ. Hãc uero doctrinam in populo illo disseminatam ab antiquis, ostẽdit manifeste Iosephus, libro duodecimo de bello Iudaico, capite decimo nono, quo loco narrat infęlicem exitum regis Antiochi, dicit uero, Polibium dixisse, illius causam fuisse, quod in Persia uoluerit expoliare templum Nanę. Addit Iosephus, nullo modo id potuisse fieri licet enim intẽderit, ac uoluerit templum expoliare, sed opere non perfecit, unde nullum peccatũ ea in re esse potuit, licet corde id uoluerit, dum opere exteriori non compleuerit. Ecce Pharisæorum doctrinam. Sed quæ cælestis magistri doctrina est? Ego autẽ dico uobis, omnis, qui ira scitur fratri suo, reus erit iudicio, &c.
Ioseph
A
Ioseph.

Ad huius sentẽtiæ intelligentiam, aliqua notanda nobis sunt. Primum quid Racha significet. Augustinus ait Racha nihil certe significare, sed esse apud Hæbræos interiectionem, qua indignatio significatur, & quia nihil significat, quod nobis explicari potuerit, sic relicta est in euangelio. Chrysostomus ait Racha lingua Syriaca, q̃ erat familiaris Hebręis, significare idem quod tu. Hieronymus ait, Racha deriuari a Rec, qd significat inanem aut uacuum, uel pauperẽ. Hoc vero certum est, esse aliquid minus quã fatue. Est ergo triplex irę, genus q. hodie Christus ostendit, est ira cordis, est ira, quę leuius ostendit exterius, & est, quæ grauius per uerbum, fatue.
B
Au. li. 1. de le. dom. ĩ mõt. c. 19. to. 4
Chrys.
Hiero.

Secundũ sciendum, qd sit reũ esse iudicio, concilio, gehẽnæ. Augustin. & D. Tho. aiunt, significare Christum Dñm Ab antiquis traditũ nobis est, eum dũtaxat in iudicium ducendum, ac damnãdum, qui exterius occiderit, sed ego dico eum, qui solo corde irascitur, in iudiciũ ducendum, in quo forsan damnabit', & forsan nõ, quia si ira in odium puenit, damnabitur, si aliquis fuit negligentia, peccatum erit veniale, si nulla, nullum erit peccatum. Non ergo uobis solũ cauendum est ab homicidio, sed etiã ab ira propter quam in iudicium estis ducẽdi, & forsan damnandi. Si uero ira pcedat exterius, ad signa conuitij, iam culpa est manifesta, & res grauior est, & digna cõcilio multorum iudicium, qui solum ad grauiora cõuenire solebãt, sicut Athenis in curia Martis res grauiores agitari solebãnt,
C
D. Th. 2. 2. q. 158.

A lebant. Qñ.n.ira duntaxat erat in irascibili,quę no pareat despotice volũtati,dubiũ est.sit ne culpa,an non ; de qua re iudicandũ est in iudicio. Sed qñ ira procedit in nobis,q despotice paret os. uoluntati,culpa manifesta est;solũ restat deliberatio iudicũ,quænā sit culpa,& q̃ta pęna digna. Si uero ira eo procedat,ut pximo dicamus graue conuiciũ, culpa mortalis manifesta est,pp q̃ in infernum est damnandus,qui eam admiserit. Non ergo solum ab homicidio cauendum , sed et à peccatis cordis , & oris. Gregor. & alij,per iudicium,cōcilium,& gehēnam intelligunt æternam damnationem,quę maior,vel minor est pro criminis qualitate,ut iudiciũ sit minor inferni pœna,q̃ infertur odienti solum , conciliũ maior, quæ datur uituperanti,gehenna , adhuc maior,quę datur inhonoranti proximũ: vtorq. sensus eo tendit,ut non solum reputemus homicidium esse peccatũ, sed etiam odium, & linguæ conuitium , de quibus aliqua nobis dicenda sunt.

Greg.

B

Et Primũ de ira. Au. refert duas philosophorũ sententias, Prima est Stoicorũ, qui dicunt,iram in sapiēte omnino esse nō debere. Secunda est Peripateticorũ, qui aiunt,irā moderatā, s̃m rōne optimam esse, Arist. ait: Vtilis ira est : sic tñ, vt in castigando militis, non ducis officio fungatur,1. à ratione regatur,& hæc Peripateticorũ sentētia uera est. Sed ais Quæ ira est s̃m rōne? illa certe, qua irascitur quis in uitia,& peccata, quia Deo contraria sunt. Sicut q aiebat. Iniquitatem odio habui,& abominatus sum. Vlterius hæc ira iusta pcedit: vlciscitur.n. in se peccatum , & de se uindictā sumit tanquā iudex. Deinde si in proximo peccatum uidet,illud tollere curat, corrigit fraterne proximũ. Sed hoc leniter facit. Ideo Paulus ait. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto,uos,qui spirituales estis,huiusmodi instruite in spiritu lenitatis,cōsiderans te ipsum, ne & tu tenteris. Est.n.in peccato Dei offensa,& hominis malum,cum respicit peccatum ut Dei offensa ira consurgit,cum ut hominis malum,cōmiseratio , qua proximus corrigendus est. Vltima uero ira, ista p

Aug. 9. de ciui.

Arist.

C

Ps.118

Gala.6

cedit in superiorib.& iudicib.qui punire dēnt malefactores,et tollere mala de medio populi,ne modicum fermenti totam massam corrumpat. In Saulē iratus Dñs est,& ab eo regnum abstulit,quia pepercit Agag. Et quia alter percutere noluit, cum in sermone Dñi diceretur,ei,percute me,à leone occisus est. Dauid licet mãsuetissimus,testō præcepit Salamoni,ut Ioab,& Seme interficeret. Et Moyses dixit ad eos, qui idololatras iugulauerant, cōsecrastis manus vestras Dño. Sicut.n. miserēdum nobis est,& mia mouēdi in proximos,ita ēt in ipsam uirtutē, qñ impudēter abijcitur, ut Bern. ait. Vnde cũ malefactor punitur non solum iustitia exercetur,sed misericordia in rēpublicā, & virtutem . Atque adeo uoce prçconis id dici posset,sicut iustitia dicitur.

A

1.Re.15

3.Reg.20.

3.Re.2

Ex.32.

Bern. se. de re sur.

Ira uero, qua in proximũ mouemur, quia nos læsit,contra rationem est. Et iō uindictam sumere,peccatum est. Hãc in nobis iram coerceri,ac frænari Christus Dñs præcipit,ne in iudicium trahamur. Irę irrationabilis damna plura sunt. Primum,anima ira turbatur,ut Dei habitaculum non sit, quia factus est in pace locus eius. Sicut uero procellis mare turbatur,ira cor. Quod adeo uerũ est,ut dicat Gregorius,ēt zelum Dei,à charitate procedentem,animam turbare,ut Deo non fruatur,nec eũ uideat. Sicut.n. collyriũ oculũ quidem purgat,& mundat,ut postea melius uideat,sed dũ collyrio inungitur,nō recte uidet: ita Dei zelus collyrium est animæ,quia cum a charitate pcedat,illum purgat,& perficit,sed dũ durat,mentem turbat,ut Deum videre,& eo frui nequeat. Secundum,ira pusillanimes maxime uincit,& pusillos, ac uiles homines reddit. Iō.n.pueri,senes, infirmi,& mulieres,leuius , ac facilius irasci solēt. Inter officia uero magnanimi Aristoteles numerat,non irasci, & iniurias obliuisci:at cōtra iniuriarũ memoria,& ira pusillorum sunt. Tertium,ira stultorum est,ideo Iob. Virum,stultum interficit iracundia, paruulum occidit inuidia Et Sapiens,Ne sis uelox ad irascendum quia ira in sinu stulti requiescit. Hinc iratorum plurima deliramēta,quia ira breuis

B

Ps.75.

Ge.32

Simile

C

Aristo.

Iob.5.

Eccl.7.

A uis est furor. Sed ais qua arte iram cohi-
Pluta. bere potero? Multa d hac re Ethnici tra
Seneca diderunt. Plutarchus librũ edidit de co-
hibenda ira. Seneca multa de hac refert
psit. Primo cũ iratus fueris, nihil agas, ni
Simile hil dicas, qd ab ira imperetur. Sicut nau
tæ cum tranquillum tps est, vel adant uẽ
tis, cũ vero aduersum, ĩ portu quiescunt,
ita cũ ira turbaris, tẽpestas orta est, noli
in altum ducere nauim, noli loqui, noli
tunc punire, nec tũc alijs, sed potius tibi
Ps. 76. remediũ adhibe. Sic Dauid agebat, q ait.
Pluta. Turbatus sum, & nõ sum locutus. Quid
quod Ethnici consilium hoc præbuerũt:
de Attenodoro Plutarchus refert dedis-
se consiliũ Augusto, vt nihil diceret, aut
faceret iratus, nisi prius recitaret alpha-
betũ Grecum. Et qm hoc dedit consiliũ,
eum in domo sua commorari facit alte-
B ro anno, dicens. Adhuc te præsente mihi
In hist. opus est. Et beatus Ambrosius Theodo
Trip. sio iniunxit, ut pęna capitis nullus ple-
lib. 9. c. ctetetur, nisi post triginta dies a sententia
30. lata, quod & lege cautum est.
Pluta. Sed pręclare Plutarch⁹ ait. Cętera ma
Simile la et cũ morb. uiget, remedia admittunt:
ira vero nõ sic. Sicut. n. cũ domus ardet,
ita solet, q intra eã est, fumo, & igne tur-
bari, ut remedia nõ admittat: ita irato cõ
tingere solet, dũ ira corripitur. Et iõ sicut
ciuitas obsidionẽ futurã timens, sibi ne-
cessaria prouidet, sciẽs, cũ hostes eam cir
cundederint, sibi necessaria ꝓuidere nõ
posse. Ita facere dẽt, qui ira corripit, ut si
bi ꝓuideat ante irę tps. Iratus. n. similis
equo currenti est, quẽ in medio cursu nõ
est qui teneat. Sed ais. Quã mihi adhibe
bo medicinã præseruatiuã cõtra irã? Rñ
det Plutarchus. Radix iræ inordinatus
C amor sui est, cupiditas nimia, superbia,
elatio aĩ. Hęc tolle, & remediũ apposuisti
irę. De Stephano seruo Dei memorię
Greg. prodidit B. Gregorius. Quod cum inui-
dial. dus homo segetem vniuersam incendio
cõsumpsisset, ex qua aledus ipse cũ disci-
pulis erat, eique hoc quidã nũciaret, di-
cens. Stephane uæ, tibi. n. malũ contigit:
eo audito rñdit, uæ ei, q incẽdit: mihi. n.
Pectus vero percutiebat publicanus, & quasi ictib. illud è somno surgere, & euigilare faciebat, ut pctĩ fœditatẽ agnosceret, & ad bona opera agẽda surgeret erectus. Ita Theophil. Percutiendum. n. est cor dolore uitæ anteactæ, vt in nouã vitam surgat, ut opera pęnitentiæ exerceat, vt faciat fructus dignos pęnitentię, vt tanquam nouus homo, noua opera p ficiat. Quia vero nos ipsos nimiũ diligere solemus, nec ut decet, opera pęnitẽtiæ exercemus, solet Deus manum suam adhibere, nosq; punire, ut patienter tolerãtes mala dicamus cum illo verè pęnitente latrone. Nos digna factis recipimus.

Theophil.

B

Ma. 27 Et tandem ait, Deus, ꝓpitius esto mi
Ps. 31. hi pctõri. Non excusat, aut tegit peccata sua, sed confitetur. Iuxta illud psal. Cõfitebor aduersum me iniustitiam meam dño. Cuius rei fructum cõtinuo ostẽdit, & tu remisisti iniquitatẽ peccati mei. Ita descẽdit hic iustificatus, quia peccatum suum non abscondit ut homo, nec excusauit ut Adã, & Eua, quorũ alter in mulierem, altera in serpẽtem culpã reiecit.
Pro. 28 Non abscondit ẽt vt Cain. Quia qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autẽ cõfessus fuerit, & reliquerit ea, miam consequetur, vt Sapiens ait. Vacabat cul

C

Ge. 44. pa Beniamin in furto scyphi, & nihilominus ait: Quid rñdebimus dño nño, Deus inuenit iniquitatem seruorũ suorũ. Ita Xps dñs vt peccator tractari voluit, & quemadmodũ simplex Iacob ve
Ps. 140 stib. Esau induitur. Quid tu vere peccator peccata excusas tua, ad excusandas excusationes in peccatis, & dicis, amicũ fuisse in causa, quod peccares, vel esse natam occasionem? Tu peccasti uoluntate propria, ideo confitere, & dic cũ publicano, Deus ꝓpitius esto mihi peccatori.

IN EADEM DOMINICA. X. Post Pentecost. Concio Tertia.

A

Thema. Omnis qui se exaltat, humiliabitur, &c. Lucæ 18.

Beatus Greg. in caput Iob Quadragesimum, mire expendit verba illa quibus concludit Deus vniuersa, quę de Behemot, idest, dæmone, dixerat. Omne sublime videt, & ipse est rex super omnes filios superbiæ. Hoc omnium malorum ultimum est, & quasi radix, a qua reliqua procedunt.

Gre. li. 34. moral. a c. 15. usq; ad libri finem.

Hoc(ait Greg.) superbia ab alijs vitijs differt. Alia. n. uitia eas solummodo virtutes impetunt, quib. ipsa destruuntur, vt ira, patientiam, libido, cõtinẽtiã expugnat. Superbia aũt oium uitiorũ radix, nequaquã unius uirtutis extinctione cõtenta, contra cuncta animę mẽbra se erigit, & quasi generalis, ac pestifer morb' corpus oẽ corrumpit, vt quicquid illa inuadẽte agitur, ẽt si esse virtus ostẽditur, nõ per hoc Deo, sed soli vanæ gloriæ seruiatur. Quasi. n. tyrannus quidam obsessam ciuitatem intercipit, cum mentẽ superbia irrumpit, & quo ditiorem quemque ceperit, eo in dominio durior exurgit q a quo amplius res virtutis sine humilitate agitur, eo latius ista dominat.

B

Quisquis vero eius in se tyrannidem captiua mente susceperit, hoc primũ dãnum patitur, qd clauso cordis oculo, iudicij æquitatem perdit. Nã cuncta, quæ ab alijs bene geruntur, displicẽt, & sola ei, quæ ipse vel praue egerit, placent. Sẽper aliena opera despicit, semper mirat, quæ ipse fecit, quia quicquid egerit, egisse se singulariter credit. Sic Pharisęo cõtigisse Lucas testat, qui nullũ sicut se esse putauit. Vnde recte dicitur. Omne sublime uidet. i. Cunctos uelut infra se positos quasi de sublimi respicit, quia per elatam cogitationem cordis in cuiusdã se altitudinis arce posuit. Cui Esai. ait. Vę, qui sapientes estis in oculis uestris, & cõ rã uobis metipsis prudẽtes. Et ideo Paulus monet. Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Quasi altũ, & grandem se respexit Pharisæus, dũ se prætulit alijs.

C

Esai. 5.

Ro. 18.

Vnde

A Vnde Aug. versans illud Pauli. Superiores sibi inuicem arbitrantes, ait: Non hoc ita debemus æstimare, ut nos æstimare fingamus, sed vere æstimemus posse esse aliquid occultũ in alio, quo nobis superior sit, et si bonum nostrũ quo illo videmur superiores esse, nõ sit occultũ. Sic posset æstimare de publicano phariseus, & de meretrice Simon, nec deciperentur. Cuius rei exemplum in Dauide licet conspicere, qui unctus fuerat in regẽ, sciens se diuino iudicio prælatũ Sauli, & tñ semp ei humiliabat, & dicebat. Quẽ persequeris rex Israel, quem persequeris canẽ mortuũ, & pulicem unum? Vnde discere debent, quo se humiliare proximis debeant, qui adhuc quo loco apud Deum habeantur, nesciunt, si sic se electi humiliant ijs, quibus sciunt, se per
B diuina iudicia præpositos esse. Hoc autẽ proprium esse specimẽ electorum solet, quod de se semper sentiunt infra, quam sunt. Hinc psal. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui aĩam meam. Hinc Sapiens ad sapientiam paruulos uocat. Si quis est paruulus, veniat ad me. Hinc Christus dñs. Confiteor tibi pr̃ dñe celi, & terræ, quia abscõdisti hæc a sapiẽtib. & prudentib. & reuelasti ea paruulis. Quia sicut iniusti est, oĩb. se putare superiorem, sic iusti, oĩb. se putare infimum. Et iniustus bona sua inspicit, iustus uero mala, & mira Dei dispensatione agitur, vt mala iusti, dum ea cõspicit, ei vertantur in bonum, & cõtra bona iniusti, dum ea inspicit, ei uertãtur in malũ, dũ de eis hic superbit, ille humiliatur. Sic itaq; malo bene uiit ꝓbus, & bono ma
C le vtitur reprobus. Sicut sæpe contingit, vt alius ex cibo salutifero inordinate sũpto incurrat ægritudinem. Alius ueneno serpẽtis in medicamine ordinatæ cõfectionis adhibito languoris molestiam vincat. Ille ergo, q cibo salutifero recte uti noluit, inde pniciose morit, unde alij salubriter uiuunt. Iste ãt qui ueneno serpentis caute uti studuit, inde salubriter uiuit, unde alij perniciose moriuntur.

Aug. li. 73. q. q. 71. Phi. 2.

1. Reg. 24.

Ps. 130

Pro. 9.

Ma. 21

Sed hæc mentis elatio quibusdam cõtingit pp tpaliũ copiam, quibusdam uero pp spũalia dona, ut pharisęo. Eadem, quidẽ superbia est, sed diuerso amictu. Quod si efferri pp spũalia stultũ est, an non stultissimũ erit, pp tpalium superbire, cũ nihil sint? Maxime humiliari eos oportet, qui temporalib. fulgent, quia ea vera bona non sunt, sed fallaces diuitiæ vel fallacia diuitiarum appellant, & visa mendacia. Qui ex carnalib. superbit, audiat Esaiam dicentem. Omnis caro fœnum, & oĩs gloria eius sicut flos fœni. Qui ex spũalib. audiant, multis post ingentia miracula dici. Nescio uos, vnde sitis, discedite à me. Audiãt illi. Diuitię si affluãt, nolite cor apponere. Audiãt isti, quo fatuę Virgines multa bona tulerũt: sed quia eis oleum defecit, perierunt. Et tandem audiãt omnes illud Ecclesiastici. Immundus est apud Deũ oĩs, q exaltat cor suum. Et quod magistri voce dr̃. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Ad hoc nãq; unigenitus Dei formam infirmitatis suscepit ad hoc inuisibilis, non solũ visibilis, sed ẽt despectus apparuit, ad hoc tot passiões, & ludibria sustinuit, ut superbum nõ esse hoĩem, doceret humilis Deus. Quãta ergo humilitatis uirtus est, propter q̃ solã veraciter edocendam, is, qui sine æstimatione magnus est, vsq; ad passionẽ factus est paruus. Quid est, originẽ perditioni nr̃æ superbia præbuit diaboli, instrm redẽptionis nostræ inuẽta est humilitas Dei. Hostis quippe nr̃ magnus inter omnia conditus, videri super omnia uoluit elatus: Redemptor autem noster, magnus manens super omnia, fieri inter oĩa dignatus est paruus. Videte horum principũ diuersitatem. Ille namque ait: In cœlum ascendam. Iste autem per psal. Repleta est malis anima mea, & uita mea inferno appropinquauit. Ille dicit. Sup astra cœli exaltabo solium meum. Iste dicit. In terris visus est, & ecce venio cito, & habitabo in medio tui. Ille dicit. Sedebo in mõtem testũ in laterib. aquilonis. Iste dicit. Ego sum vermis, & non homo opprobrium hominum, & abiecto plebis. Ille dicit. Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo. Iste, cũ in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum

Esa. 40

Luc. 13

Ps. 61.

Ma. 25

Ecc. 10

B Mat. 11

Esa. 14

Ps. 87.

C

Baru. 3

Zac. 2.

Ps. 21.

Phil. 2.

Mat. 13

A ipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs.
Sicut uero p se ipsos diuersa admodũ loquuntur, ita ẽt per mẽbra sua, Xp̃s.n. per suos dicit, dñe, quis similis tibi? dæmõ uero per mẽbra sua loquitur dicẽs.
Exo.5. Nescio dñm, & Israel nõ dimittã. Cum illa dicat per semetipsum, si dixero, quia
Ioan.8 non noui eum, ero similis uobis mẽdax, sed noui eum. Dęmõ ait per mẽbra sua,
Ez.29. mea sunt flumina, & ego feci ea: Xp̃s ait. Non possum a me ipso facere quicq̃,
Ioan.5 & pr̃ in me manens ipse facit opera. Dæmon ostẽdens regna mundi ait. Hæc oĩa
Luc.4. tibi dabo, qa cui uolo, do illa. Christus ait. Nõ est meum dare uobis, sed quibus paratũ est a patre meo. Dęmõ ait. Eritis
B sicut Dij scientes bonum, & malũ. Dicit
Ma.20 vero Xp̃s, non est uestrum nosse tpa, uel momẽta, quæ pr̃ posuit in sua pote-
Gen.3. state. Dęmõ ait. Cur pcepit uobis Deus: vt Dei volũtate relicta suam sequantur.
Ioan.5 Christus ait. Non quero uolũtatem meã sed uoluntatem eius, q misit me. Dęmõ membra sua docet, ut omne sublime uideant, oẽ culmen appetant, oẽm hoĩem
Ps. 72. transiliant, ut Psal. ait, transierunt (ita legit Gregor.) dispositionem cordis, cogi-
Ioã.12 tauerũt, & locuti sũt nequitias, &c. Xp̃s patiẽs, & humilis suos alloquitur, Si qs mihi ministrat, me sequat. Manifestissimum ergo reproborum signũ est superbia, & electorum humilitas. En cui quis
C que regi militet, hoc signum ostendit. Sicut milites signis dignosci solent, dæmõ rex est super oẽs filios superbię, Christus super humiles. Hæc Gregor. ubi supra.

Hæc uero diuersa signa hodie uidere licet in duobus hominib. qui in Euangelio proponuntur. Vnus.n. diabolo, alter Christo militat. In quib. apparet, q̃ sint Dei occulta iudicia. Nã queadmodũ ac-
Simile cidere solet, cum sortes mittũtur, ut regi sors nulla seruo uero prima cõtigat. Sic nos sorte uocati sumus & Pharisæi sors
Ps. 15. nulla apparet. Publicani uero pclara. Et
Ma.13 dicere posit. Sortes ceciderũt mihi ĩ pręclaris. Ideo simile dr̃ regnum cęlorũ thesauro abscõdito in agro quẽ infimus de plebe inuenire solet. Vere pluuia uolũta-
Ps. 67. ria est diuina gratia, q̃ eo immittit Deus quo vult, Et in angulo tẽpli pluit super publicanum & aridus relictus est Phari- A
sæus, qui erat iuxta altare. Dixerat Christus dñs Pharisæus, Publicani, & mere- Ma.21
trices pcedũt uos ĩ regno Dei. In Magdalena oñdit meretricẽ pcessisse Pharisæũ Mat.7.
hodie ostẽdit Publicanũ præcedere Pharisęũ, qa Publicanus pc̃tm̃ suũ agnoscit, Pharisæus uero in se cõfidebat, & hac rõne Deus Ecclesiã dedit gẽtib. quæ agnouerũt pc̃tm̃, & abstulit a Iudæis in se cõfidentib. Hinc Paulus. Quid est qd̃ gen-
tes, quæ nõ sectabantur iustitiã, apprehẽ- Ro. 9.
derũt iustitiã: Israel uero sectãdo legẽ iustitię, ĩ egẽ iustitiæ nõ puenit? Quia nõ ex fide, sed quasi ex operib. Quasi dicat, Israel nõ diuinæ grã, sed operũ meritis innixus, elato ad Deũ aĩo accedebat, a B
quo crimine lõge aberãt gentes, quæ bonis operib. se uacuas agnoscẽtes fide, & spe diuina innitebãt, ut publican⁹. Quia bonus est dñs sperãtib. in eũ. Et licet ob
murmurẽt Pharisęi, q̃ Christus peccato- Luc.15
res recipiat, sed eos recipit, qui humiles sunt, & gratiã Dei agnoscũt, ac peccata cõfitentur, Pharisæus putat, omnia deberi suis operibus, ideo ei gratia negatur.

Sed duos hos hoĩes cõtẽplẽmur, & primũ, Pharisæũ q sic ait: grãs tibi ago non sunt, &c. Aperit uniuersos suos thesauros. Primus.n. effectus supbiæ, & pprię ęstimationis est, uelle ostẽdere bona sua. Sed quia hoc uitiũ reputat, induũt illud ueste religiosa et ea ẽ gratiarũ actio Deo. C
Et sic superb. dicere solet, gratias Deo refero, quia oĩa bona mihi concessit, nihil mihi deest. In omnib. ẽt temporalibus uult superbus ut nihil sibi deesse uideat.

Sed quid mali perpetrauit dũ gratias egit? Hinc disce inumeratua discrimina ac pericula, et laqueos multos quos, ut te
capiat dæmõ parauit. Hinc Psal. Narra- Ps. 63.
uerunt, ut abscõderent laqueos, dixerũt quis uidebit eos? Quasi dicat. Adeo subtiles sunt, ut uisum effugiant, quis.n. sub gratiarũ actione superbiam latere putaret? Sed Christus id nobis ostẽdit. Quia sibi placebat nimium in bene gestis & sibi potius quam Deo gratias referebat.

Sed ſm superbiæ effectum attẽde. despectum.s. proximi, cum ait, uelut ẽt hic Publicanus. Quib. uerbis multa cordis

sui

A sui mala ondit Phariseus. Primū, cū singularis velit esse superb. & oib. supior. Hinc oritur, vt reliquos despiciat, de eis obmurmuret, & mala aliorū ostēdat, vt ipse maximus habeatur. Scdm, latet hic dolus dęmonis, q nos supbire facit, ac extolli, propositis nobis aliorū paruis exēplis, quib. uitā nostrā conferentes iusti apparemus. Quasi al orū maiora pctā nfa minora excusare valeāt coram Deo. De

Hier. 3 qua re olim p Hier. Dñs ait. Iustificauit aiam suā auersatrix Israel, cōparatione pṽaricatricis Iudæ. Hoc ipsū nobis nūc accidit: qescimus.n. in malis nfis, cōsiderātes aliorū maiora pctā, & dicentes, nō

Simile sum sicut ille publicanus. Qui speculum confractum, aut lutulentū inspicit, faciē suam terram videre nequit: sic qui aliū peccatorem respicit, non agnoscet fęditatem

Ps. 72. suam. Ideo psal. ait. Lauabo inter innocentes manus meas. Idest, Cādidam

B iustorū uitam contēplabor, & sic in claro speculo me vidēs, recte me cōponam.

Et iustis ēt aliqñ accidere solet quid simile, ut non proficiant in uirtutibus fm Dei auxiliū eis concessum, sed dicant, satis est, ut sim sicut alij, ut quid ultra pro

Arist. grediar. Cum tamen Aristoteles dicat. Obliquum non esse regulam sui, nec alterius, sed rectum regulam esse debere.

Tertium defecit hic Phariseus conferens se peccatori. Et rectius fecit publicanus si se cōtulit cū Phariseo, vt humiliaret. Diuinum iustorum artificiū, & ingenium est conferre se meliorib. ut sic humilientur. Ingeniū vero peccatorū, est,

C conferre se peiorib. ut sic superbiāt. Con

Ioan. 1 fert Ioā. Christo, & nihil, i se inuenit boni. Nec est propheta, nec dignus soluere calceamēti eius corrigiā. Si alteri hoium se conferret, inueniret se oib. superiorē.

Ge. 47. Sic Iacob a Pharaone interrogat⁹, quot sunt anni uitæ tuæ, ait parui, & mali, & nō peruenerunt ad dies patrū meorum.

Quartū, peccauit Phariseus iudicans publicanū, & accusans illū corā Deo, q dñs eius erat. Hinc Sapiens. Ne accuses

Pro. 30 seruum apud dñm suū. Vera iustitia pec

Ap. 12. catores excusat, falsa uero accusat. De dęmone ait Ioannes. Eiectus est accusator fratrū nostrorū, qui accusabat eos die ac nocte, adeo Deus amicus hoium est, vt licet hō inimicus Dei sit, uelit, ut eū excusemus corā eo, & nō accusemus, imo curemus, ne in eū Dei ira desæuiat. Sic placuit Abrahā Deo orās pro Sodomitis, et

Ge. 19. recordatus orōnis illius liberauit Loth. Sic ait scriptura. Recordatus est dñs Abrahę. Hoc Dei ingeniū nouerat Moyses. Et iō licet Deus ad eū dicere, ne pro populo oret, qa ipsū delere de terra vult nihilominus orat, qa cū Deus dicit, noli orare, significat, ut ardētius oremus, curemusq; ne ira Dei ueniat sup hominē. Hinc ipse Xps in cruce orat p crucifigentib. & cū eos accusat uniuersa creatura, ipse excusat, dicēs. Nesciunt qd faciūt. Hinc ēt cū Elias hoies corā Deo ac

3. Reg. 19. cusaret. Relictus sū ego solus, & qrunt aiam meā, Deus eos excusat dicēs. Reliqui mihi septē millia uirorū, qui nō curauerūt genua ante Baal. Sed pcipue sustinere De⁹ nō ualet, q q spiā accuset, aut ma- B lū de eo dicat, q ad eū cōuertit, & vitā in

Luc. 7. melius mutat. Cū in corde suo detraheret pharisæ⁹ Magdalenæ, tacere Xps nō potuit, sed illi⁹ patronū se pstitit. Est ille pctōrū aduocat⁹, & iō eorū cās agit apud patrē, & apud hoies. Nec solū p eis verba pmit, sed & sanguinē, & uitā fundit. Corā pre positus dixit, descēdat ira tua in me, & mia in pctōres. Pro illorū salutē flagella, spinas, & crucem sustinuit, quāto magis uerba aduocati dabit? Aduoca

1. Io. 4. tum habemus apud patrē Iesum Chrm iustum. Displicuit ergo hic sermo in cōspectu domini, quod pharisæus mala de publicano loqueretur eique detraheret, C ideo oratio eius facta est in peccatum.

Quintū erat, Phariseus se, suaq; reputāt meliora, q̄ sint. Si unq̄ aliquis se, suaque dicere bona posset, Xps dñs fuit, qui nouit infiniti ualoris, ac pretij ea esse. Et tñ cum audiret, magister bone respōdit.

Mat. 19 Quid me dicis bonum, nemo bonus nisi solus Deus. Qua ergo rōne uilis homo se dicet bonū, & iustū, cū Xps eum titulū respuerit? Si ergo Deo placere uis, defectus tuos cōsidera, & pximi uirtutes.

Sextū, orat pharisæ⁹, sed eleemosynę, q orationis ala est nihil meminit, q̄ si pręstitisset, sine dubio dixisset. Sed deride-

Lu. 16. bant

A bāt Iesū Pharisæi, q erāt auari, & e'eemo sinā nō dabāt. Qd significauit Xps d ns
Lu. 10. parabola Samaritani, quē nō iuuerūt sacerdos, & leuita. Et iō orātes mīam non consequebant, qua mīam nō pstabant. Sicut ergo legatus, & quiuis, qui à rege obtinere beneficiū desiderat, primū curat ingeniū regis agnoscere, ut illi placet & sic negotia ex uoto peraga. Ita is, qui oraturus Deū est, exploret Dei ingeniū
Iudit. 9 vt orō eius irrita non sit. Sed q, inquis,
Ecc. 35 hoc est? Audi dicentē. Humiliū, et māsuetorū semp tibi placuit depre atio. Et orō humiliātis se, nubes penetrabit, et donec propinquet, nō solabitur. Et nō discedet donec altissimus aspiciat, & dns non elōgabit. Qui ergo superbe orat, & despicit pximū, Dei amicitiā amittet, ut Phariſęus. Si uero humili corde orat inimicus amicus fiet, & oīa obtinebit quæ uolet.

B Sed forsan dictis hucusq; obiicies. Sāctos aliquos bona sua aliqn enumerasse nec stultum aliquid locuti sunt, cur ergo stult' est Pharisæus, ea enumerās? Paul. .n. discipulo scribēs ait. Bonū certamen
2. Ti. 4. certaui, cursum cō summaui, fidē seruaui. Et Eze. rex ait. Memento dn̄e, q ambulauerim corā te in ueritate, & in corde p
3. Reg. 20. fecto, & placitum est corā te fecerim. Et Iob. Si ambulaui ī uanitate, & festinaui
Iob. 31. in dolo pes meus, appēdat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatē meā. Si in manib. meis adhęsit macula, feram, et alio comedat. Si negaui, q uolebāt pauperibus, & oculos uiduæ expectare feci, &c. Hæc similia multa locutus est Iob, de quo testimonium perhibet dn̄s, q ni
C hil stulte locutus sit. Rn̄det Greg. Paul.
Gre. in eū locū & 22. moral. ca. 6. bona sua enumerasse, cū morti pximus esse, præmiserat. n. ego. n. iā delibor, & tēpus resolutionis meę instat. Tūc memoratur bonorum operū, cū tps finitur beneoperandi. Et sicut in uita obliuisci debemus bona, q gessimus, ut ampliora faciamus, ita in morte eorū memorari oportet, ut spe firmemur. Addit Gr. Aliqn̄ cōueniēs est, bona opera numerare, tpe .s. calamitatis, maxima tpe tentationis, ad desperationē trahere nos conatur dæmon. Et hoc tpe Iob, & Ezechias bona sua enumerauerunt. Non sic Pharisæus enumerat, sed elatione motus, ideo displicuit sermo ille in oculis Dei. A

Sed iā humilē Publicanū attendamus. Ascēdit in tēplū, ut oraret, & a se diuer Ma. 17
sis descendit. Sicut Xps orans transfigu Exod.
rat. Et Moyses quasi sol à Dei consortio 35.
venit. Similis est oratio Xpi corpori, q illud digne manducat, uitam māducat, qui indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Ita oratio indigna a Pharisęo facta, est ei in peccatū, publicano in gratiā. E sacrificio prodit Abel sanctificatus in martyrē, & Cain a sacrificio egredit, dæmoni persimilis. Sacrificiū obtulit Saul 1. Reg.
insupbia, & regnū amisit, & Dei grām. 13.
Videmus in Pharisæo, q nobis fugiēda sūt, uideamus i publicano, q mitāda. In greditr tēplū humil. s, & pęnitēs, & sic cūcta obtinet, q vult. Refert Damas. in hi B
storia Iosaphat. Vidisse eū coronas duas Dama.
optimas, & equales, audisseq; hæc corona seruata est Iosaphat, hęc Abenir eius parenti, q recēs ad Deū cōuersus fuerat. Et dixis Iosaphat, paruo tpe pr̄ æquale meæ coronā meruit? Et ei rn̄sum eū, q d ad te. Scito humilitatē, ac pniam paruo tpe multa apud Deū mereri. A lōge orat sicut Magdalena ad pedes Xpi iacet, Pharisæus in mēsa sedet, ita & nūc se ha bēt Publicanus, & Pharisæus. Sed Xps Luc. 7.
dn̄s manus cōmutat, velut alter Iacob, et Magdalena nō Pharisęū laudat. Quo lōgius recedis a Deo p tui ipsius cognitionē, eo Deus magis ad te accedit. An nō
sic Petro accedit, dicēti, exi a me Dn̄e, qa Luc. 5.
hō pctōr sū: & Xps ait, noli timere, ex C
hoc eris hoīes capiēs? An nō sic, & Ioan. accidit dicēti, Nōsū dignus soluere cor Ioan. 1
rigiā calceamēti eius, & Xps ad eū accedit, ut baptizet. Id ipsū publicano accidit, à lōge orat, et Deus ei appropinquat. Mirā cōmutationē humilitas facit, pctā .n. Publicani trāslata quodamō sūt i Pharisęū, & Pharisæi iustitia in Publicanū.

Non audebat oculos in cęlū leuare, p̄ Hie. 3.
uerecundia. Ne audiat illud Hier. Frōs meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Agnoscit pctm̄ philosophus, quia lumine naturali uidet illius turpitudinē. Sed agnoscit fidelis lumine diuino illustratus, quos uidet, in Deū se peccasse, & grauissi-

A grauissim e deliquisse,& inde uerecũdia oritur qua ad Deum faciem leuare erubescit. Cum Azael insequeretur Aner, dixit ad eum Abner. Recede,& noli me seq ne cõpellar confodere te in terram,
2.Re.2 & leuare non potero faciẽ meã ad Ioab fratrẽ tuum. Si ille aspicere hominẽ verebat,cuius fratrẽ se in sequẽtẽ in bello occidisset, quo pacto ad cæleſtẽ patrẽ oculos leuabitis,q eius filiũ toties crucifixit

Deinde pcutit cor suũ. Naturaliter manus mouetur ad locũ,in quo dolor est,si manũ cordi admouet, ibi dolor pmitur.
Ioel.2. Hinc Ioel. Scindite cordã vestra. Nã arbor,quę radicitus euellit,terrã in qua hærebat,deijcit. Ita si a corde tuo radicitus pctm̃ euellis,terrã cordis cõmotã,scissã, & afflictã relinques. An nõ hoc est illud Ps.cõmouisti terrã,et cõturbasti eã,sana cõtritiones eius, qa cõmota est? Ad hoc
Ps. 59. vero Christum dnm venisse,ipse testat,
Esa.63 dicens, Spiritus dñi super me, eo ꝙ vn-
Luc.4. xerit me, &c. ut mederet cõtritis corde.

Orat uero, Deus propitius esto mihi pctõri. Dulcissimu Deo est, si te pctõrẽ dicas eũ uero misericordẽ, & pctõrũ remissorẽ. Licet iratus ualde Deus si cum hæc pleno corde te erantẽ uidet, ꝓpitius erit. Sic nos orare Moyses docuit,q ira-
Ex. 32 tũ Deũ uidit pp uituli adorationẽ,et ait. Miserator Dns patiens, & multũ misericors faciens misericordiam in millia.

Sed audi orõnis effectũ. Descẽdit hic iustificatus.i. factus Dei filius,ex dæmonis mãcipio,hõ cælesti,ex terreno,ex carnalis spũalis. Mirus ꝓfecto artifex De⁹ est,q nõ ex auro,aut argẽto vas cõficit ꝓ
C ciosũ,sed ex scoria. Per Ez.ait. versa est
Esa.2. mihi domus Israel in scoriã. Et Esa. ait, argẽtũ tuũ versum est in scoriã. Sed ex hac scoria ꝓtiosum vas conficit in glãm suã, qm̃ vbi abũdauit delictũ supabũda
Ge.47. uit & gfa, ut Paul. ait. Qua in re mirabilis Dei gfa agnoscit. Et hac rõne graues iustorũ,& scelera maxima pmittere solet, ut & ipsi magis in humilitate radicẽtur,& proficiãt,ac à superbia longe sint, & ut eius gratia illustrior reddat in eorũ curatione. Sic pmissus est David cadere, ut postea surgens diceret afflictus sũ,& humiliatus sũ nimis. Et iterũ. Bonũ mihi,qa humiliasti me. Sic Petrus,et A
sic Paul. ut postq̃ in cælũ raptus sit,dicat Ego sum minimus Apostolũ,q nõ sum 1.Co.5
dignus uocari Apostolus,qa persecutus sũ Ecclam Dei. Qua in re q̃ũ sit malũ pctm̃ supbiæ,ostedit. Sicut.n. ut grauissi Ge.10.
mã infirmitatẽ medicus curet,cum prauũ humorẽ vincere nequit medicamine illũ deflectit in aliã corporis partẽ, licet nocumẽto sit,ut maius vitetur malũ. Et sicut abscindi mẽbra solẽt, ut uita salua sit,ita in alia grauia pctã cadere iusti permittunt,ne eis supbia dominet. Grauissimũ ergo pctm̃ supbia est. De quo proin de Ps.ait. Emũdabor a delicto maximo Ps. 18.
ubi Glos.i. supbia: vtile eũ supbis cadere,ut minori malo maximũ vitent,iõ dixit David, Bonũ mihi,q humiliasti me.

Demũ in his uerbis, Descẽdit hic iustificatus,Dei ingeniũ attendendũ est. Nihil nouit Deus auferre,nisi illud, uel qd B
melius donet, quia sine pnĩa sunt dona Dei. Si patriã abstulit Abrahæ,meliorẽ concedit hæredit. tẽ. Si domum patris Ma.21
tollit seipsum præbet in mercedem, dicens. Ego ero merces tua magna nimis.

Si uero is, a quo res aufertur, idoneus nõ est,ut recipiat,aliũ hoiem De⁹ parat, cui cõferat,ꝙ ab eo abstu it. Hinc ait. au Ma.21
ferret a uob.s| regnũ Dei, & dabit genti faciẽti fructus eius. Et iterũ ait. Nuptiæ qdẽ paratæ sũt, & q uocati sunt nõ fuerunt digni,ite ad exitus uiarũ,& quoscũ que inueneritis,uocate ad nuptias. Si abstulit regnum a Saul,parauit Dau dẽ,cui illud cõtulit. Et ait prouidi mihi regem C
de filijs Israel prouide sibi Deus hoies, in quos dona effundat,q̃ ab indignis tollit. Decreuit Deus auferre a facie sua heli nutritã a pueritia Samuelẽ,quẽ sacerdotẽ cõstituat. Iõ Iob ait. Qui cõterit multos,& innumerabiles,et stare facit alios Iob.34
ꝓ eis. Processit n tẽplũ Pharisęus ornatus forsan Dei gfa,q̃ amisit superba oratione. Sed publicanus cã accipit,quia nescit Deus auferre,nisi ut donet. Miser ꝓfecto Pharisæus est, qui gratiã, & bona opa amittit. Fælix publicanus,q ea recipit. In quo illud impletur, quod dicitur. Mat.18
Habenti dabit, & abundabit,ei aũt qui nõ habet,& quod habet,auferetur ab eo

Ope-

A Opera enim illa, quę superbus habebat, quia ea operabatur, auferentur ab eo, & humili dabuntur vt illa exequatur.

Ex his, q̄ diximus illud reliquum est. Apo. 3. Qđ nos Io. monet. Tene qđ hés, ne alius Hest. 1 accipiat coronam tuã. Si.n. superbieris, & inobediens Deo fueris, vt Vasthi regi Mat. 8. na Assuero, nõ deerit Hester, q̄ in ei⁹ suc cedat locũ. Iõ ait Xp̄s dñs. Multi ab oriẽ Mat. 3. te, & occidente uenient, & recũbẽt cũm Abrahã, Isaac, & Iacob, filij aũt regni eij cient foras. Et Ioã. Facite fructus dignos pniæ, &c. Potẽs ẽ.n. De⁹ de lapidib. istis suscitare filios Abrahę. Non.n. est Deus vt homo, qui hoc ministro sic indiget, ut similem inuenire non possit, de lapidib. ministros suscitabit, qui uocat ea, quæ B non sunt, tanquam ea, quæ sunt, &c.

DOMINICA XI. Post Pentecosten.

The. Bene omnia fecit, & surdos fecit au dire, & mutos loqui. Mar. 7.

Ecc. 30 HIs verbis Xp̄i dñs Deus ostẽditur, Dei.n. ꝓpriũ est, ac natiuũ, bñ oĩa Eccl. 7 facere. Vnde Sap. ait. Opa dñi uniuersa bona valde. De hoĩe vero Eccl. ait. Non est hõ iustus in terra, q̄ faciat bonum, & nõ peccet. Deinde ostẽditur Xp̄s Deus, quia surdos facit audire, & mutos loq. Pro. 20 Opus.n. Dei est auris audiẽs. Hinc Sap. Oculũ videntẽ, & aurẽ audientẽ dñs fecit utrumque. Vt.n. verba eius interiori Sap. 10 aure audiamus, ipse pstat. Ipse ẽt linguã C donat mutis. Hinc Sap. Sapiẽtia aperuit Pro. 20 os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. Pretiosa quidem lingua est, si di uinã scientiam loquitur. Vnde Sap. Est aurum, & multitudo gẽmarum, uas aũt pretiosum labia scientiæ. Vos nũc aure indigetis, ego lingua, petam⁹ hæc ab eo, q oĩa bñ fecit, surdos fecit audire, & mu tos loqui. Petamus vero per Mariã, &c.

Proponit nobis hodie mutus, & surdus, Xp̄i dñi contactũ, sanitati redditus. Mutus vero, & surdus in bonam, & ma lam partẽ in diuina scriptura accipi so-Ps. 37. lẽt. Attẽde mutum, & surdum optimũ, Deoque charissimũ psal. dicentem. Ego aũt tanq̄ surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus A sum, sicut homo non audiens, & non ha bẽs in ore suo redargutiones. Cũ inimicorũ cõuitia dissimulabat, cum malum pro malo nõ reddebat, cum iniurias. Se mei humiliter tolerabat, tunc quasi surdus, ac mutus erat. Similis Dauidi aliqñ 1. Reg. 10. Saul fuit, cũ paruulus esset ĩ oculis suis: tunc.n. ut scriptura ait, despexerunt eũ viri Belial: ille vero dissimulabat se audi Iob 3. re. Similis ẽt mutis Iob fuit, qui ait: Non ne dissimulaui, nonne quieui, nonne silui, et venit super me indignatio? Mutus ꝑfecto Iob fuit in tribulatione sua, cum nihil stultũ contra Deũ locutus fuit, sed sed nec aduersus proximos. Hinc ẽt ps. Ps. 38. ait: Dixi custodiã uias meas, ut non delinquã in lingua mea, posui ori meo cu- B stodiam, cum consisteret peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum.

Præclarum, & illustre exẽplũ hac ĩ re nobis dederunt sancti quos enumerauimus, & reliquĩ oẽs, præcipue tñ Xp̄s do- Ma. 17 minus, q̄ Pilato non rñdit verbũ; ita vt miraretur pses vehemẽter. Nec cõtra crudelissimos inimicos ĩ passione sua os ape Esa. 53 ruit: sed ut ait Esa. quasi agnus corã ton dente se obmutescet, & non aperiet os suum. Quo docemur, cũ iniuria lacessiti fuerimus, si interius tanq̄ hoĩes cõmouemur, exterius tñ linguã frenemus ne procedat in uerba malitię. Lingua sicut alia mẽbra exteriora despoticẽ, & seruiliter voluntati nr̃æ parent, nec ei resistere ualent. Interior vero appetitus nõ despoticẽ, sed ciuiliter, & politicẽ obedit, vnde C non ita facile a rõne cohiberi põt, ut lingua. Si ergo appetitus non quiescit, si interiora tua cõmota sunt, q a uoluntati nõ ita facile parent, linguã, q̄ reniti nõ põt, tene, & liga, & muti optimum, Deoque charissimum te prestabis. Et hoc significat illud, q cum Noe factum a dño, scriptura testatur. Inclusit (ait) eum dñs de Gen. 8. foris, cũ ingressus est arcã. Cum aquæ diluuij inundare cęperunt, nõ habebat ille de intus seram, ut se clauderet, inclusit eum dñs de foris. Si intus perfecta uirtute præditus esses, de intus facile clauderes ianuam cordis. Tunc.n. exultares in passione, caneres in tribulatione, sicut

nos

A nos facere monet Iacob. Omne gaudiũ
Iac. 1. existimate fratres, cũ in varias tẽtationes
incideritis. Tunc diceres cũ Paulo. Nõ so
Ro. 5. lũ aũt, sed & gloriamur ĩ tribulationib.
Sed si excel eũ hac uirtute pditus nõ es si
appetitũ oĩno frenare non potes, uoluntatẽ illęsam cõserua, & linguã liga, sic.n.
de foris clausus eris. Gratissimũ Deo si
lentiũ hoc est interrogauit Christũ dñm
uir sanctus qua rõne posset satisfacere p
immenso passionis beneficio. Et ille rñ-
dit. Inimici mei me totũ uinxerũt sed lin
gua ligare nõ potuerunt, hanc uero ego
ligaui summa patientia & mãsuetudine.
Tu ergo linguã tuã liga, cũ. mala passus
fueris, et nihil stultũ loquaris, & sic mihi
B satisfacies patienti p te pro modulo tuo.

Et præterea surdus, & mutus Deo pla
cens qui intẽtus cælestib. ea q̃ mũdi. hu-
ius sunt nõ attendit. Sic.n.q nimiũ cæle
Ecc. 32 stib. intẽdit, tpalia, & peritura spernit, ef
ficiturq; ad ea surdus. Hinc nos Sapiens
Ecc. 3. monet: In multis esto quasi insci⁹, en sur
Ecc. 20 dũ. Hic ẽt mutus est, quia linguã frẹnare
nouit. Cũ.n. ut Sapiẽs ait, sit tps, loquẽdi
& tps tacendi, qui iustus est, pstat illud ꝙ
Ps. 140 Sapiẽs, tacebit usq; ad tps, ut opportunè
loquatur, & sileat. Quod significat Ps. di
Greg. cẽs. Pone dñe custodiã ori meo, & ostiũ
circũstantiæ labijs meis. In q̃ uerba Gre.
3.p. curæ pastoralis admonitione 15. ait:
non ponit ori suo parietẽ, sed os nostrũ
C petit, ꝙ videlicet aperitur, & clauditur, ut
os nřum congruo tpe uox aperiat, & rur
sus cõgruo taciturnitas claudat. Huma-
na mẽs, aq̃ more, circunclusa ad superiora
Pro. 11 erigitur, quia illuc repetit, unde descẽdit,
& relaxata deperit, qa se p infima inutili-
ter spargit. Vnde Sapiẽs. Sicut urbs pa-
Ps. 136 tens, & absq; murorũ ambitu, ita uir qui
non põt in loquẽdo cohibere spũm suũ.
Ma. 12 Hinc Ps. Vir linguosus non dirigetur in
terra. Tremendũ profectò uerbum illud
Xpi est. De oĩ uerbo otioso, quod locuti
fuerint hoĩes, reddent rõnem in illa die.

In malã uero partem surdus & mutus
accipiuntur, quia sunt surdi, & muti, qui
dæmone facti sunt per pc̃m: surdus ille
est, q Dei uerba nõ audit, sed induratus
in pc̃õ ẽ. Mutus uero, qui confiteri non
1. Re. 2 vult. Huiusmodi erant filij. Heli, de qb.
dr. Et nõ audierunt uocẽ patris, sui, quia A
uoluit dñs, occidere eos. Quibus similes
peccatores ij sunt, qui non solũ peccauerunt, & a Deo recesserunt, sed, & reuerti
nolunt, nec Deũ audire. De quibus Ier. Iere. 8.
ait: Hæc dicit dñs: Nũquid qui cadit, nõ
resurget? & qui auersus est non reuertet?

Quare, ergo auersus est populus iste in
Hierusalẽ auersione cõtentiosa? Appre
hẽderunt mendaciũ, & noluerunt cõuer
ti. Attẽdi, et auscultaui, nemo ꝙ bonũ est
loquitur, nullus est qui agat pniam sup
pc̃õ suo, dicẽs qd feci? Oẽs conuersi sunt
ad cursũ suũ, quasi equus impetu uadẽs
ad prẹliũ. Miris uerbis ꝓpheta describit
induratos hoĩs pc̃m. Si quis forte in linũ B
cecidit, an nõ surgit? an non curat se mũ
dari? Si ergo in pc̃i lutũ incidisti, si coin
quinasti te, an nõ surges? an non curabis
emũdari? Cur cõtẽtiosè auertis te à Deo.
Sed quid est auersio cõtẽtiosa? Qui obfir
mauit in pc̃õ faciẽ suam, qui oĩno a pec
cato nõ recedere decreuit, hic auersionẽ
cõtẽtiosa a Deo recedit: vulgo dr, (ha to-
mado al peccar por tema.) Simili eqs ef-
fiẹnib. qui cursũ suum conficiunt, licet
in præcipitiũ ruant, nihil. n. aliud atten-
dũt nisi cursũ. Similes ẽt equis in pugnã
ruẽtib. q teneri nequeũt medio in cursu.

De eisdẽ pc̃õrib. loquitur Ps. Furor Ps. 57.
illius fm similitudinẽ exaudit serpẽtis,
sicut aspidis surdæ, & obturantis aures C
suas, q̃ nõ exaudit vocẽ incãtãtiũ & ueneficii incãtantis sapiẽter. Quæ uerba enar
rãs Incognitus ait: Dicit magister de p- Incognitus
prietatib. rerũ libro undecimo, qd Aspis
serpẽs, qñ puidet incãtatorẽ suis carmini
bus ipsam euocare de cauerna uolentẽ et
sibi saporẽ immittere, vt arripiat carbun
culũ, quẽ gerit fronte, ille nolens exire au
rẽ vnã ponit in terra fixã, & alterã cauda
obturat, ne uoces magicas audiat. Ita er
go indurati hoĩes aures suas claudũt, ne
Dei uocẽ audiãt, q eos ex cauernis, & la
tebris pc̃õrũ educere vult, & facere ut ve
nenũ deponãt ac mãsuescãt, sed surdi fiũt
vocib. Dei et hoĩum. Huiusmodi illi erãt
de quib. Luc. Cõtinuerũt aures suas, &
impetũ fecerũt in eũ. Nolebãt audire uer Act. 7.
ba Stephani, qui eos sapienter incãtabat,
vt veneno depoto mãsuescerent. De his
etiam lo-

A ét loquitur Esai. Quis cæcus, nisi seruus
Esa.42 meus, & surdus nisi ad quem nucios mi
si? Qui vides multa, nōne custodies? qui
apertas hēs aures, nonne audies? & dñs
voluit, ut sanctificaret eū, & extolleret:
ipse aūt directus & uastatus. Quis est in
vobis, qui audiat hoc, attēdat, & auscul-
tet futura? De his idē propheta indignās
Esa.43 ait. Educ foras populum cęcū, & oculos
habet, surdū, & aures ei sunt. Ecce ergo
hominē, quem dæmon surdum, & mutū
reddidit, quia Dei uoces non audit, &
verba cōfessionis non profert: licet De⁹
sæpe cum tetigerit, durus, perseuerat. Bis
silicem percussit Moyses, & largissimas
Nu.20 aquas eduxit. Cor uero tuum posuisti vt
adamantem, cum millies illud Deus te-
tigerit, nec tamen mutauerit.

B Ais vero. Ego duro sū corde, ē ne mi
hi medicina? Est certè in X po dño. Ex-
cellens grā, singulare auxiliū necessariū
est ei, q duro corde est, hoc uero a X po
Esa.29 datur. Vnde Esa. Christi aduētu in mū-
dum exposito, subiungit: Audient in die
illa surdi verba libri, & de tenebris, &
caligine oculi cæcorū videbunt. Hæc ex
cellens grā aliqñ in lege dabatur. Sicut
Manasse datā legimus, sed raro cōcede-
batur. Sed in lege gratiæ sæpe concedit̄,
& ideo de hoc tpe propheta ait: Auferā à
Ez.36. vobis cor lapideū, & dabo cor carneū.
In huius uero hominis curatione uide-
bim⁹, quo pacto hāc grām assequamur.

Venit Iesus inter medios fines Deca-
C poleos. Regio illa nuncupabat̄ Decapo-
lis a decē pcipuis urbib. Quæ vero illæ
fuerint, nō ē adeo certū apud authores.
Plinius. n. quasdā enumerat. Hier. alia s.
Brocardus in descriptione terræ sanctæ
alias. Alij eas locāt trās Iordanē, alij ci-
tra Iordanē, alij utrinq; esse dñt, & ad-
ducūt ei surdū, & mutū. Præclarū mun⁹
X po dño deferūt, & ꝙ illi gratissimū ē.
Multi iusti nūc sūt, q Deo munera offe-
rūt, grata q dē, hic eleemosynas pstat, il-
le ieiunat, ille plures orōnes recitat, ille
cilicio induit carnē suā. Sed pauci sunt,
q curēt ad X pm peccatorem ducere: pu
tāt. n. munus hoc solū ad sacerdotes pti
Eccl.17 nere, cum tñ unicuiq. mandauerit Deus
de pximo suo. Vis ergo munus Deo gra
tissimū offerre, adduc ad eū surdum, & A
mutū, si aliquē pctō-ē ad eū adduxeris,
maximū ei munus obtulisti. Monet Is-
raelitas. ps. Afferte dño filij Dei, afferte Ps. 28.
dño filios arietū. Sed nūc afferte dño fi-
lij Dei, afferte dño filios hoīum, q ēt p fi
lios arietū intelligi merito pnt, qua ... p
pheta dicat. O filij Dei, afferte uos ipsos
Deo, ut hostiā uiuētē, sanctā. Deo pl. cen
tē. Curate ēt pximos ad Deū afferre, q
filij arietū sūt, quia filij patriarcharū, &
Apostolorū, q eos in X po genuerūt. At-
tēdēda hac in re Pauli cura est, q ait: Cū 1.Co.9
essem liber, oīum me seruū feci, ut oēs lu
crifacerē, & oīb. oīa factus sum, ut oēs fa
cerē saluos. An putas, parū aliquid esse,
si Deo adiutor fueris, in peccatoris con-
uersione? Ex opposito illud facile iudica
bis. Grauissimu scelus est hoīem a Deo
auertere. Audi q d de filijs Heli scriptura
dicat: Erat ergo pctm̄ puerorum grande B
nimis corā dño, q a detrahebant hoīes a
sacrificio dñi. Et q a blande eos pr Heli
corripuit, sic in eū iratus est Deus, ut eū
occiderit, & filios eius, & eos abstulerit
à sāctuario suo in æternū. Sūmū, tremē-
dūq; supplicij, ꝙ cū cōminaret̄, dixit. Ec
ce uerbū facio in Israel, ꝙ qui audierit,
tinniēt ambæ aures eius. Si solū impedi
mēto esse ne sacrificiū arietū, & hircorū
Deo offerat̄, sic Deus punit, qua ira mo-
uebit̄ ī eū, q ab eius manib. aīam auffert?
Arietē sibi sublatū dolet, & aīam ereptā
nō dolebit? Quo X po dño restitues aīā Leu.24
q̄ ei furaris, cū eā in pctūm pertrahis? Si
oculū pro oculo, dentē pro dēte, in lege C
pręcipiebat̄ dari, ergo & aīam pro aīa, si
ergo aīam pdidisti, perdetur anima tua.
Hinc Dei iusto iudicio cū his illud effici
tur, vt mīam Dei quærentes, non inue-
niant. Sic Oseas ait. In gregib. suis & in Ose.5.
armētis suis uadēt ad quęrendū dñm, &
nō inuenient: ablatus est ab eis, in dñm p
uaricati sunt, quia filios alienos genue-
runt. Sed quid est filios alienos genera-
re? Hieron. ibi, ait. Filios genuerūt, quos Hiero.
ego nō agnosco meos. Hi sūt, quos cū es
sent in errore idolorū, genuerunt, siue
quos ducētes per ignem idolis consecra-
runt, sicut fecit Achaz insup & filiū suū 1.Reg.
cōsecrauit, transferēs per igne pm idola 16.

A gẽtiũ. Et Eze. 16. Immolasti filios meos, & dedisti illos cõsecrãs ei. Sed q̃nã hoc pstant? Certe q̃ filiũ suũ docẽt vindictã exercere, alios cõtẽnere: q̃ amicũ in peccatũ trahit, hic alienat a Deo filios. Qui ergo eiusmodi est, cum Deum quæsierit, nõ inueniat sibi, quia ab alijs abstulit, et aĩam amittat, qui aĩam pdidit alterius. Tm̃ vero hoc peccatũ coram Deo est, vt
2. Re. 2 Heli dixerit, non esse, qui pro eo oret. Si autem (ait) quis peccauerit in dñm quis orabit pro eo? Sicut ergo maximum piaculũ est, homines à Deo auertere, ita maximũ Deo obsequium præstatur, si aĩam peccatoris ei tradideris. Qui regi offert gemmam, cuius pretium ciuitas est, quã mercedem non recipiat? Cum Deo obtulisti animam, gemmam obtulisti, quã ille tanto in pretio habuit, ut sanguinẽ,
B & uitam pro ea libenter dederit, quã gratiam ab eo non recipies? Ad hoc Xp̃s è
1. Cor. 15. cœlo in terrã uenit, ut multos filios Deo adduceret, & sic patri suo regnum fecit, qđ & patri tradidit, & tradet in fine mũdi omnes electos. Ita tu pro uirili cura animas plures ad Deum adducere, ad sacramẽta, ad omne virtutis opus; & a peccatis abstrahe. Sic enim corrigens fratrem, lucraberis animam illius, & Deo efferes gratissimum munus, implebitq;
Apoc. 22. illud Ioannis: Qui audit, dicat, veni.

Quia vero correctio tua satis nõ est, vt surdus hic, & mutus sanet, nisi Xp̃s dñs manum suã admouerit. Ideo subdit euangelista, deprecabantur eũ, vt imponat illi manũ. Orãdũ.n. tibi est, ut Deus
Eccl. 7. manum suã apponat huic operi, quia ne
C mo põt corrigere, quem ipse despexerit,
4. Reg. 13. & mutatio ista dexteræ excelsi est. Sicut ergo cũ Ioas sagittas mittit in Syriã, manũ suam admouet propheta, & ponit super manus eius, sic.n. facile Syriam superabit. Ita cum dñs manum suam imposuerit, lucraberis fratrem tuum. De oratione vero, quam pro peccatore fundere debemus, vide inferius, Dominica 18.

Sed qđ rogatus Xp̃s dñs facit? & apprehendens eum de turba seorsum. Educit hoĩem a turba, Basilius in regula, ait:
Basil. Qñ singulare beneficium alicui conferre Deus vult, primum eum à mundo, & hoĩum turba educit. Sic ad Abrahã ait: A
Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Sic cum Iacob Moyse, & alijs factũ est. Vnde per Oseã Osee 2 ait: Ducã eam in solitudinem, & loquar ei ad cor. Vis ò hõa Chr̃o sanari? exi a malorum cõsortio: uitam communẽ, & vulgarẽ ne teneas, per q̃ multi incedunt. In peccatis es totus? Venundatus es, ut facias malum? Si animæ tuæ salutem uolueris, ita dissimilis priori tibi arripiẽda est, collige te, nec solum peccata manifesta tibi relinquenda sunt, sed & illa oĩa, quæ te in peccatum trahunt. Fuge prauorum hoĩum cõsortium, fuge ludos, & comessationes, ingredere per uiam arctã, ĩ qua pauci ambulant, ut de te dici possit illud Sapientiæ. Dissimilis est alijs uia Sap. 2. eius. Via multorũ, uia turbæ est, & ĩ uia inferi, multi.n. hanc uiam tenent, in hac B
via oẽs pereunt. Et dux ipse Samariæ in turba positus cõculcatur, & moritur. Iõ 4. Re. 7 Baptista desertum petijt. Ideo plures religioni se addicũt. Vitam tuã compone, & sic ordina, ut uiam arctam teneas, sacrã frequenta, orationem cole, corpus castiga, sic.n. a turba separatus eris, & implebis Pytagoræ consiliũ, qui aiebat: Per Pytha. viam publicam ne incesseris. Si hoc nõ peregeris, animæ tuæ, nũquam medeberis. Sed similis illi efficieris, qui ualitudinarij cum sint, nunq̃ salutem assequuntur, quia hodie omnia quæ ad tuendam Simile valetudinem pertinẽt, obseruãt: cras vero, tanquam si sani essent, se habent, nec omnino attendere uolunt medelæ infirmitatis. His vero similis efficeris, cũ hodie ad sacramenta accedis, cras cũ amicis ludis, & iocaris, ut prius: hodie oras, C cras maledicis: hodie ędificas, cras destruis. Sed expẽdendum verbũ illud est. Apprehẽdens eũ de turba seorsũ. Quasi vi arripuit eum Xp̃s, & traxit seorsum a turba, illud.n. significat uerbum illud, apprehendens eum. Nisi.n. dñs emiserit manum suam de alto, & te ad se traxerit, quasi ui quadam, nunquam turbam Ge. 19. dimittes. Audi simile quid in Loth. De quo dr̃: Cumq; esset mane, cogebant eũ Angeli dicentes. Surge tolle uxorẽ tuã, & duas filias, quas hẽs, ne & tu pariter

pereas

A pereas in scelere ciuitati. Dissimulâte il lo,apprehéderũt manum eius, & manũ vxoris,& duarũ filiarũ eius,eo ꝙ parceret Dñs illi,eduxeruntq; eũ,& posuerũt extra ciuitatẽ,& locuti sunt ad eum dicẽtes. Salua aĩam tuã noli respicere post tergum,nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac,ne & tu simul pereas, Sicut Angeli cogebât Loth,ita Dñs quasi cogit,trahitq; ad se,ui quadam dulci,& importunis precib. hoiem. Sed dissimulat hõ,ac detinetur, & tũc apprehẽdit Deus manu sua potẽti,manum hoĩs & eum potenter educit. Non ꝙ uolũtati vim inferat,q̃ pati nõ põt,sed quia efficaciter hominem impellit,& mouet &
B extra ciuitatẽ ac extra turbã eum educit.
Can.5. Hoc sponsæ contigisse ipsa cõmemorat dicẽs. Vox dilecti mei pulsantis,aperimi hi soror mea,amica mea,colũbamea,immaculata mea,quia caput meũ plenũ est rore & cincinni mei guttis noctium. En importunas spõsi preces. Sed dissimulat spõsa,sicut Loth,dicẽs: Expoliaui me tunica mea,quomodo ĩduar illa laui pedes meos,qũo inqnabo illos? Tũc dilectus meus misit manũ suã per foramen,& vẽter meus intremuit ad tactũ eius surrexi ut aperirẽ dilecto meo. Apprehẽdũt Angeli manum Loth,& illum educũt e Sodomis. Manum suã mittit spõsus, & fa-
C cit sponsã surgere,& apprehendẽs Christus Dñs surdum,& mutũ educit de turba,hæc omnia sibi concinnunt. Manus .n.omnipotentis apprehendens hoiem, eum facit a uia vulgi discedere,& uiã ar-
Aug. ctam tenere. Hoc ipsum Augustino contigisse ipse in confessionibus memoriæ proditum reliquit. Importunis Deus precibus cor eius pulsauit,excusabat se ille, dilationes quærebat,dicens,voca me sed non modo,relinque me nunc,& tanquã coruus uoces emittebat,dicẽs,cras,cras, Sed tandem potẽtẽ manum suam Deus misit,& eripuit eum de aquis multis. Simile in conuersione maximi peccatoris quotidie usu uenire solet,cuius cor sæpe Deus tangit precibus importunis,ille vero dissimulat,differtq; donec obstetricãte manu eiꝰ eductus est coluber tortuosus
Iob 26 ut Iob ait donec apprehendens cũ Christus manu sua educit a turba. Ideo Deũ A ora cum Psal. Emitte manum tuã de alto,eripe me,& libera me de aqs multis. Ps. 143

Sed qd educto Lot de Sodomis Angeli dicãt,audiãt,qui de turba eductus est, Salua aĩam tuã,noli respicere post tergũ ne stes in omni circa regione, sed in mõte saluũ te fac. Ereptus es e faucibus dæmonis,quasi si eruat pastor de ore leonis duo crura,aut extremũ auriculę, e faucibus tartari emersisti eductus de turba es a vulgi uia declinasti. Nunc ergo salua aĩam tuam,saluti animæ intende toto ui su: Noli respicere post tergũ. Memento Luc. 17 vxoris Loth. Noli ĩ ueterem cõuersationem redire,noli in Aegyptum reuerti in montem conscende,quæ sursum sũt,sa- B pere cura alta,perfectaq; uirtutum fastigia pete,ubi securus eris a Sodomæ incẽdio,uitam negligentem fuge, & feruorẽ in Dei obsequio cura,ut habeas.

Sed audi qd amplius Xp̃s peregerit. Misit digitos suos in auriculas eius, & expuẽs tetigit linguã eius,& suspiciẽs in cælũ,ingemuit,& dixit illi,epheta,ꝙ est adaperire. Merito inquiri põt,cur tot adhibitis circunstantijs hũc Christus sanauit. Rñdet Theophilactus, ut ostẽderet Theo. humanitatẽ a uerbo assũptã istrum esse operũ illius,& cõicata esse hoĩ idiomata diuina,sicut Deo humana factus Deus ẽ Conc. mortalis passibilis,&c. Et ut ait Concil. Ephes. Ephesi. nihil putat Deus iniuriã ꝙ homi C nib. fit salutis occasio. Nõ sic nos habemus cũ Deo nr̃o. Imo ꝙ in se gloriosum est,quale ẽ oẽ uirtutis opus,tibi aliqñ apparet uile,& abiectũ, cũ oporteret illud q̃ stare,ut Deo obsequaris; oculos hominum,& eorũ cõspectũ fugis,ut illud perficias, erubescẽs Christũ corã hominibus cõfiteri. Simili rõne humanitati cõicata sunt diuina idiomata,ut hõ sit,& dicatur Deus infinitus,creator cium,oĩpotens,ut hæc ostendat media humanitate hodie hoiem sanat. Olim manus nõ habebat Deus,& sine manibus uerbo solo opera perficiebat suã. Modo ẽt sine manibus opera perficere poterat,sed noluit nisi media humanitate opera facere, ut eã honoret. Sicut olim Assuerus ĩduit uestibus regijs hominem, quã honorare uo- Hest. 5

A luit,& dedit annulum in manu eius. Et
Ge.41. cũ Ioseph idẽ Pharao præstitit. Ita nunc
Ioan.5 pater oẽ iudiciũ dedit filio, ut omnes ho
norificent filium, sicut honorificant pa-
trẽ, qa humanitas ut unita uerbo adora
tur adoratione latrię sicut ipse De⁹. Oĩa
ergo dedit ei pater in manus, & ideo ma
Ps.71. nib. eius opera perficit uniuersa, quæ no
Ps.85. strã salutẽ spectant. Hoc petebat Psalm.
Ex.20 Deus iudiciũ tuũ regi da, & iustitiã tuã
filio regis. Et da imperiũ tuũ puero tu?.
Sicut. n. olim Israel dicebat. Nõ loquat
nobis dñs sed Moyses. Ita nos dicimus:
Negotia nostra cũ Christo homine tra-
ctare volumus, illi pater uniuersa cõmit
tat, omnia det ei in manus, ut ad idipsũ
B accedam⁹. Et pater ait: ita fiat; ut uultis.
Gen.47. Et filio rursum ait. Qđ olim Pharao Io
sepho dixit. Terra Aegypti in cõspectu
tuo est i optimo loco fac habitare fratres
tuos, oĩa bona eis tribue ꝓ arbitrio tuo.
Vt ergo ostendat, humanitati hæc oĩa cõ
cessa esse, illa ut instrumẽto miracula ꝑ
ficit, ut nunc fecisse, Marcus ait.

Secũdo utitur tactu, saliua, suspirio in
cœlũ, ut his suppleret ea, quæ facere de
beret infirmus, ut salutem cõsequeretur
quætñ ea non præstabat, quia similis trũ
co, insẽsibilis erat. Qua in re ueluti i exẽ
plari nobis ostendit eximium legis grã
priuilegiũ. Et illud est, ꝙ sacramenta ha
bet grã tiã continentia, & quæ faciunt ex
C attrito contritum, supplentque defectus
eorum, qui ad ea accedũt. Ita ut ea dispo
sitione animi habita si quis sine sacramẽ
to discederet e uita, in æternũ dãnaret:
suscepto uero sacro saluatur, supplẽte sa
cramẽto quod deest suscipienti. Hæc ve
ritas licet semp fuerit in ecclesia recepta
Conc. a sanctis, & doctoribus, præcipue vero
Trid. nunc postą̃ Concil. Trid. Sess. 14. c. 4. lo
quens de attritione ait. Et quamuis sine
sacramento pœnitentiæ per se ad iustifi
cationẽ perducere peccatorem nequeat,
tñ eum ad Dei gratiam in sacramẽto pœ
nitentiæ impetrandam disponit. Et idẽ
est de oĩ alio sacramẽto, facit. n. ex attri-
to contritum, etiam Eucharistia, cum qs
putat, se digne accedere & inscius pecca
ti est, quod forte admitit, si attritus acce
dat, fit contritus, & suscipit gratiam.

Conueniẽter uero legi gratiæ hoc pri A
uilegium cõcessum est, ut nũc suppleret
gratia, quod homini deerat. Duobus. n.
cõcurrentibus ad aliquod opus, si alterũ
est potentius, supplet socij imbecillitatẽ.
Cum ergo sacramenta cõcurrant cũ acti
bus hoĩs ad iustificationem, vnũquodq;
in suo genere, uis, quę i lege gratiæ est in
sacramẽtis maxima, supplet hominis in
firmitatem. Qua ratione sacramẽta me-
dicinæ dicuntur, quia sicut medicina na
turam iuuat, & eius supplet defectus, ita
& sacramenta.

Ex quibus multa colligi possunt. Pri
mum inumeros nũc fideles saluari, qui
in lege naturæ, & scripta perirẽt in æter
nũ. Puero n. in circuncisione gratia con B
ferebatur. Et ut aliqui affirmãt doctores
si adultus eam suscipiebat, fiebat ex attri
to contritus. Attamẽ, qui post susceptam
circuncisionem peccabat mortaliter, sa
crum nullũ habebat, quo fieret ex attri
to contritus. Vnde sola contritio tũc illi
remediũ erat. Hæc uero difficile habet.
Non erat sacrum, qđ redderet hominẽ
ex attrito contritum, licet plura essent ꝓ
peccatis sacrificia, & ideo per pauci iusti
ficabant. At uero nunc sacramẽta susce
pta hominum defectus supplent, ex quo
fit, ut si decem homines saluãdi essent si
ne sacramentis, decem millia nũc saluẽ
tur pp eximiam sacramẽtorũ vim. Quæ C
doctrina summæ consolationis fidelib.
est, nunc. n. propior est nostra salus, quã
cum credidimus, facilius operamur salu
tem nostram, facilius iustificamur. Si er
go anxius es, quia nõ eum maximũ do-
lorem de peccatis habuisse, qui tibi opus
erat si propterea dubitas an i gratia Dei
sis, nunc iustificatus per gratiam Christi
pacem habe ad Deum, quiesce si enim sa
cramẽta suscepisti, illa defectus tuos sup
pleuerunt, illa infirmitatem tuam iuue-
runt. Auditui tuo datum est gaudium, et Ps. 50.
lætitia, ut exultent ossa humiliata, cũ au
disti, ego te absoluo, sacramentum susce
pisti infirmi, quo leuatus ab infirmitate
es, licet infirmus accesseris, licet mortuus
si tamen attritus accessisti, iustificatus es.

Secundo colligitur nõ facile sacramẽ
ta infirmis esse negãda. Forte enim qui
infir-

A infirmatur, attritus est sacramento suscepto fiet contritus.

Tertio demum colligitur, frequentanda nobis hæc diuina sacraméta esse. Frequenter peccamus, & licet cõtritione reparari, ac saluti restitui peccator possit, nõ tñ cõtritio facile acquirit, nec certus es an feceris uniuersum, quod potes, conueniens tibi, & expediens ualde est, si sacrũm suscipias, quo facile poteris peccata pellere, & oleũ diuinę gratiæ suscipere,
Zac. 4. Zac. ait. Vidi, & ecce candelabrũ aureum, totum, & lãpas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis, quę erant super caput eius. Candelabrũ hoc aureũ
B Ecclesia est, ut Aug. ait homil. 8. in Apo.
Aug. & Cyrillus idem asserit, & colligit ex il-
Apo. 1. lo Apo. Candelabra septem, septem Ec-
Cyril. clesiæ sunt. Aureus vero dr̃, propter firmitatem, & perpetuitatem, & doctrinę veritatem integrã. Lampas uero eius posita sup caput ipsius, idest in summo stipite, siue hastili, Christus dominus est, a quo Ecclesia illuminatur, qui ideo lucer-
Mat. 5. na dr̃ super candelabrum posita. Septẽ uero lucernę, q̃ in hoc candelabrũ sunt, multitudinem iustorũ significant. De q bus. Paul. ait. Iter quos lucetis sicut lu-
Phil. 2. minaria in mundo. Septem uero dicunt ga usu scripturæ multitudo septenario significari solet. Septẽ uero infusoria lucernis septem vasa, ex quib. oleum suscipiunt, ut luceant, sunt septem sacraméta quæ cum gratiam contineant, merito uasa dicũtur. Recte uero adnotat Cyrillus
Cyril. Lampadem supremam nõ habere infu-
C soria, sicut septem lucernas; filius. n. Dei (inquit) uerum lumen est, quod nõ mutuat foris sed ipse habet naturaliter, de cuius plenitudine nos oẽs accepimus. Reliqui uero iusti infusorijs indigent, sicut lampas, ne extinguantur, sacramẽtis egent, quib. lumen gratiæ conseruatur, & si amissum est, recuperatus. Inferius uero propheta dicit, ea aurea esse pp sũmum eorum pretium continent. n. sanguinem, & gratiam Christi. Sicut ergo sæpe in lampadẽ ex infuriosa uase oleũ mitti, ita sæpe nobis opus est gratia, q̃ ex sacramentis, accipere debemus, &c.

DOMINICA XII. A
Post Pentecosten.

Them. Beati oculi, qui vident, quæ uos videtis, &c. Lucæ. 10.

SI beati oculi, & aures discipulorum, quia paucis dieb. uiderunt, & audierun, Xp̃m dñm, cũ adhuc imperfecti essent. An non aure Maria beatissima dicenda erit, quæ perfectissimo corde meruit filio suo frui ab instanti cõceptionis usq; ad mortem? Fuit illa perpetua Christi assecla, ut Andreas Cretẽ. dicit. Fuit Andr. Creté. terra optima, quę uniuersa doctrinæ uerba, & exempla Christi Domini in corde optimo recondidit, & ex omnib. fructũ B retulit plus quam centesimum, nec ullũ fuit diuini sermonis granũ, quod in illa Luc. 2. periret. Ideo de ea Lucas ait. Maria aũt conseruabat omnia uerba hæc conferẽs in corde suo. Vt uero nostri oculi, & aures beati dicantur, gratia nobis opus est, eam exoremus per Mariam.

Hodiernũ euangelium misericordia Dei plenum est, & insigne diuinę in nos misericordiæ dici potest. Agnoscere uero diuinam miam, maxime nobis conducit, quia ea cognita, multũ Deum cognoscimus, ac diligimus. Et hanc nobis præcipue manifestare uoluit factus homo, quia illa proprietas illius est, ad eius ingenium, mores, & natiuam conditionem pertinet. Et ideo qui misericordiã Dei nouit, præcipua ratione Deum co- C gnoscere dicitur. Nosti tu alicuius prin- Simile cipis genus, potentiam, diuitias, nõ ideo diceris, eum intime agnoscere: illa enim communia sunt, & quæ omnes de eo norunt, licet cum eo familiariter non agãt. Si uero nosti eius mores ingenium, ac affectus animi, tunc eum plane nosse, diceris. Id enim nisi domesticus eius sis, & ei familiaris agnoscere non potes. Ita, licet uniuersa, quę in Deo sunt sint ipse Deus eique natiua, sed admodum nostrum intelligendi, scientia, potentia, diuitiæque Dei communia sunt, & quib. cognitis non intime cognosci Deus dicitur, illa enim exteris etiã ma-

A nifesta fuerunt philosophis, s. quibus vir
tus, & diuinitas Dei fuit nota. Et ideo Pau
lus illa uocat, qd notum est Dei qd dicit
illis manifestũ, sicut principis nobilitas,
& potentia omnib. sunt nota. Ad diuinæ
miã intimũ Dei, & absconditũ eius dixi-
mus, quia ad Dei ingeniũ, & mores per-
tinet. Et ideo agnitioné diuinę miæ ma-
Ro. 1. gis intimã dicimus, & quæ fidelium pro
pria est, qui domestici, & familiares Dei
a Paulo dicuntur. Hãc uero infinitã Dei
Ephe. 2. miam philosophi uix attingerunt, & ex
eis qdã diuinã erga nos prouidétiã nega
uerunt, et reliqui omnes audiẽtes, diuinę
miæ uiscera in nos, & eius opera, quibus
illam ostendit homo factus, & mortem
patiens, stultitiã putauerũt. non creden-
tes tantã Deo inesse posse misericordiã,
ut talia pro hoĩs ageret. Nos uero hæc
B credimus, & agnoscimus Deum, cuius
misericordiam infinitam confitemur.

Proficua ergo nobis est diuinæ miæ co
gnitio. Primo, ut dictũ est, quia ea cogni
ta Deus intime cognoscit. Secundo, qm
charitatem accendit, diuina beneficia, q
a mia procedunt, et saxea corda trahere
possunt, et effera animã in beneficijs tra
huntur. Pręcipue, cũ tot sint beneficia, et
a tanta persona profecta, & nullis exigé
tibus meritis. Tertio spem roborat, ut ad
Deũ accedamus plenum miã. Sicut. n. p
specto fonte indeficienter, & confidéter
semper ad eum accedimus. Ita Dei mia
uberi agnita, ad eum accedimus secure.
Præcipue hanc spem auget, nosse tantã
Dei miam esse, ut in eũ grauiter peccet,
qui ad alium, & nõ ad ipsum in necessi-
C tate accedit. Sicut offenderet vir, si vxor
necessaria ab alio petere, & pater, si filius
ab alio, quã ab ipso postularet uitę neces
saria. Quã uero id sit Deo odibile, dice-
ret nũc optimæ Ochozias, si pñens adess-
set, qui Dei miam ignorãs, ad Belzebub
4. Re. 1 nuncios misit in necessitate constitutus,
ad quos Elias, núquid non erat Deus in
Israel? Demum diuinę mię agnitio arcet
Hie. 18 a peccato, a natura. n. nobis insitum est,
nõ reddere malum pro malo. Vnde Ier.
Núquid redditur pro bono malũ? Ea rõ
ne prius q̃ leges contra pctm Deus fer-
ret, misericordijs præueniebat eos quos
pctõ cohibere uolebat. Adæ legé impo- A
suit, innumeris prius collatis beneficiis,
Noe similiter certa quædã pcepta dedit,
mia arcæ prius collata. Abrahæ legé cir
cũcisionis imposuit, multa prius pmit-
tés. Sic ét anteq̃ legẽ Israeli daret, ab Ae
gypto liberat, mãna, & aq̃ dedit. Ecclæ Ps. 20.
uero innumera cõtulit bñficia. Præueni
sti eũ in bñdictionib. dulcedinis, Ps. ait.
Ad uniuersa igitur utilis est diuinæ mię
cognitio. Sed unde hanc ex euangelio co
gnoscemus? Certe uniuersũ illud miam
eructat. Et primam summamq; Dei in
nos miam ostédit, cui nos gratos exhibe
mus, dicens. Beati oculi qui uident, quæ
uos, &c. Quib. verbis ostendit, immensã
mũdo collatam mia cũ Deus homo fa-
ctus est, & in terris uisus est, & cũ homi B
nib. cõuersatus est, ut Baruc ait. Beati p Baru. 3.
fecto oculi, qui talia uiderunt. Hinc cũ Nu. 24.
Balaã dixisset. Orietur stella ex Iacob,
&c. quib. uerbis Dei in terram aduentũ
significauit, addit. Heu quis uicturus est,
qn ista faciet Deus? et Malach. de eandé
re loquẽs ait: Ecce venit, dicit Dñs, et qs Mal. 3.
poterit cogitare diẽ aduentus eius, & qs
stabit ad uidendum eum? Qd uero hæc
verba dicat desiderio Christum uidẽdi,
statim indicat propheta adiungẽs. Ipse
.n. quasi ignis conflans, quasi herba ful-
lonũ, & sedebit, & cõflans, & emundans
argentum, & colabit filios Leui, & erũt
Dno offerentes sacrificia in iustitia, & c.
Quib. uerbis exprimit diuinæ grãæ uim,
homines purificans, cuius desiderio feli
cia, & aurea Messiæ sæcula uidere cupie
bant. Merito ergo Christus Dñs ait, B.
oculi, qui uident, quos uidetis. Si n. regi C
na Sabba ait: Beati uiri tui, & beati ser- 3. Re. 7
ui tui, qui astãt corã te semp, & audiũt,
sapientiam tuã, multo potius dicere pos
sumus beatos Christi discipulos, qui eũ
uidebãt, & audiebant. De elia loquens
Sapiens ait. Beati sunt, qui te uiderũt, et
in amicitia tua decorati sunt. Sed beato Ecc. 48
res multo discipuli qui Christũ uiderũt,
& amici ab eo appellati sunt, qui plusq̃
Salomon, & Elias fuit hic. n. Dñs, illi fa
muli fuerunt. Viderunt quidé pharisæi
Cristũ, sed solũ, oculis carnis, ideo bea
ti non dicuntur. Videmus nos, non ocu-

lus

A lus carnis, sed mentis, & beati a Xpo di
Ioā. 20 cimur: Beati, ait, qui non viderūt, & cre
diderunt. Viderūt verò discipuli oculis
corporis, & animæ, & ī amicitia eius de
corati sunt, & iō oīno beati appellantur.
Non quidē beatitudine patriæ, beatitudi
ne tñ illi persimili, & q̄ oē mūdi gaudiū
longe superabat, dū cum hoīe oīum spe
ciosissimo conuersabantur, eius diuina
verba audiebāt, ei⁹ facta, & miracula vi
debant, quiq; eis erat pr̄, mater, sponsus,
frater, medic⁹, doctor, & deniq; oīa. Vn-
Ioan.6 de cum eis diceret Christus, Nūquid &
vos vultis abire? r̄ndit Petrus, quo ibi-
mus, verba uitæ æternæ habes. Cū eo de
nique hoīe erant, quem certo nouerāt es
se Deū, & quotidie miraculis ex piebant.
B Sed forsan dices, beati quidē Christi
discipuli, q talē suscepere mīam. Sed ad
nos quid hęc spectant, qui eum non vidi
mus? Multum per oēm modum Non so
lum.n. videmus Xp̄m dn̄m oculis men
tis, vt prophetæ priores, sed & oculis cor
poris quodammodo eum in euchariſtia
videmus, & lege gratiæ fruimur, in qua
gratia abundat, de qua proinde innume
ra bona a prophetis dicta fuerunt. Beati
1.Re.6 profecto oculi, qui vident Xp̄m dn̄m in
diuinissimo eucharistiæ sacro. Si coram
arca lusit Dauid, q̄uo coram eucharistia
saltaret? Beati oculi, qui vident sacrā ple
na gratia, ad quæ accedis sine gratia, &
ea tibi conceditur ex opere operato. Bea
ti oculi qui eam gratiæ abundantiam vi
dent, ut sint ei praua in directa, & aspera
in uias planas, ut licet innumeris sis one
C ratus peccatis, facile tibi remittantur, li-
cet passionib. uehemētib. & habitib. pra
uis irretitus, facile ea superare valeas pp
diuinæ gratiæ abundantiā. Beatæ aures,
quæ audiūt uerba, & doctrinā a Christo
dn̄o traditā. Certe multi reges, & prophe
tę desiderauerunt uidere q̄ uidetis, & nō
viderunt, & audire, quæ auditis, & non
audierūt. Vis hoc oculis tuis subijciam?
Attēde patriarcharū desideriū, ut eorū
corpora humarent in terra illa visionis,
in qua Deus hō vidēdus erat, super hac
re Abrahā adiurauit, & pcepit Isaac, Ia-
Ge.49. cob Ioseph, Ioseph filijs, dicens, Deus vi
Ge.50. sitabit vos, asportate ossa mea uobiscū.

Sed qd refert, o patriarchæ ut hic, vel il- A
lic corpus sepeliat? Diceret ipsi, multum
certè, qm̄ in eā terrā Deus descēdet hō fa
ctus, & cū eū videre nō possimus, saltē
eo in loco sint corpora nr̄a, ubi ipse futu
rus est, aliqn̄.n. ipse sup ea trāsibit, & in
loco sepulchri nr̄i ponet pedes suos, &
adorādus locus ille est, & magno ī pcio
habēdus, in quo steterūt pedes eius. Fœ- Ps.131
lix profecto fratres sors nr̄a est, nō solū
sumus ī loco, ubi steterūt pedes eius, sed
os nr̄m adhibemus vulnerib. Xp̄i, qn̄ eu
charistiam percipimus. Sepulchrū illius
quo ipse includitur, nos sumimus cū mani
bus, & ore tenemus, ad eū in oī necessi-
tate accedere possumus, quia pręsens no
bis est in eucharistia, nō s̄m diuinitatem
solū, sed s̄m humanitatē. Deinde his ver
bis Xp̄s dn̄s beatitudinem discipulorū B
commendat, quia plura misteria regni
Dei agnouerunt q̄ antiqui patres, & hoc
significat dicēs: Beati oculi, &c. Oculi. s.
mentis, & beatæ aures illæ, q̄ tot audie- Ioā. 15
runt mysteria, ut eis iure diceret: Iā non
dicā uos seruos, sed amicos, qa oīa, quæ
audiui a patre meo, nota feci uobis: Dei
.n. cognitio in Ecclesiā creuit tp̄is succes
su. Ideo similis dr̄ a sponso auroræ, lunę, Can.6.
& soli. Quæ est ista, quæ progreditur,
quasi aurora consurgens, pulchra ut lu-
na, electa vt sol? Aurora primo minus lū
cis hēt q̄ luna, & luna q̄ sol. Multa qui-
dē reuelauit De⁹ Abrahę, sed plura Moy
si, cui ait, ego sum Deus Abrahā, Deus Exo.3.
Isaac, De⁹ Iacob, & nomē meū Adonai
nō indicaui eis. Quo loco significat ali-
quid de Deo reuelatū fuisse Moysi super C
antiquos p̄res. Post Moysē uero Dei no Ps.118
titia maior fuit. Vnde ps. ait. Sup senes Psal.5.
intellexi. Et iterū. Incerta, & occulta sa-
piētiæ tuæ manifestasti mihi. Sed Xp̄o ī
mundum venięte, sol apparuit, & iō cla
rior, & sapientior Ecclesia reddita est, et
electa ut sol, & beati Apostoli dicunt, qa
diuinorū cognitio abūdantior ī eis fuit. Eph.2.
Vnde Pau. Secūdū grām Dei, quę super
abundauit in nobis in omni sapiētia, &
prudētia. Huius vero beatitudinis pars
magna ad nos ptinet, q Dei misteria ma
xima cognoscimus. De lege enim gra-
tiæ scriptū est, Nō docebit uir ultra pro- Esa. 1.

A ximum suum dicens cognosce dominũ, quia omnes cognoscent me a maiore vsque ad minimum, quia repleta est terra scientia dñi, sicut aquæ maris operiẽtis.

Demũ ex his uerbis colligitur, q̃ sint Deo minima, quę mũdo eminere vr. Ecce pulit Deus regib. & patriarchis pauperes piscatores, & eis mysteria reuelauit, & seipsũ oñdit, cũ illis hæc concessa

1. Co. 1 nõ fuerint. Hinc Paulus. Ignobilia mũdi, & cõtẽptibilia elegit Deus, & ea quę nõ sunt, ut ea q̃ sint, destrueret, ut nõ gloriet oĩs caro in cõ spectu eius. Non ergo glorieť sapiẽs in sapientia sua, ne fortis, in fortitudine sua, nec diues, in diuitijs suis, hec. n. oĩa corã Deo nihil sunt. Vnũ

B magnũ corã Deo est, virtus. I. Quid obse

Psal. 81. cro nobilius, aut excelsius esse põt, quã Dei filiũ, & Deũ esse? Sed hoc nihil corã Deo est, si recta opera nõ præstiteris. Audi Psalẽ id asserentẽ. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi oẽs, vos aũt sicut hoies moriemini, & sicut unus de principib. cadetis, quasi dicat, licet Dij sitis, & filij Dei, si tñ quasi hoies vixeritis, quasi hoies moriemini, & quasi unus ex angelis prauis cadetis. Sed vis mirabilius aliquid audire? Magnũ qđ ẽ est, esse Deũ, & Dei filiũ adoptione: at summũ, & maximũ est. es

Ioã. 12 se Dei filiũ naturalẽ, cuiusmodi sol⁹ Xps est, & tñ nõ vult Dei filius heri, ac reputari, nisi opera pris fecerit. Vñ ait. Si nõ facio opera pris mei, nolite credere mihi. Si naturalis Dei filius credẽdus nõ ẽ Dei filius, nisi ex operib. qđ tibi proderit te dicere Dei filiũ, si Dei opa non pficis? Quãto minus proderit diuitiæ, honores

C principatus. Nõ hęc corã Deo te cõmẽdãt, sed virt⁹. Iõ ipse paupes, & ignobiles elegit, ut nihil pter virtutẽ Deo placere noueris. Cura ergo, ut iustus sis, ut Deo placeas. Vidimus priorẽ Dei miam, dũ hõ factus cõuersari cũ hoib. uoluit. Iã secundã cõsideremus, & ea est, qđ summa amicitia uoluerit hoib. copulari, & ideo eis pceptum dilectionis imposuit. Ait ergo Lucas. Et ecce quidã legis peritus surrexit, tentans eum, & dicẽs, magister qđ faciendo uitam ęternam possidebo? at ille dixit ad eũ: in lege quid scriptum est? quõ legis? ille respondens dixit; diliges

dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, B & ex tota anima tua, & ex omnib. uiribus tuis, & proximum tuũ sicut te ipsũ.

Recte interrogat, qđ faciendo. Nõ ait, quid cogitãdo, non. n. cogitatio bona satis est. Multæ solent esse cogitationes bonæ in corde pctõris, quib. eũ dæmon deludit, promittitq; in posterũ bona: cogitat. n. pctõr, post annũ restituã hoc, vel illud, post annũ pniam agã, i senectute uitã studiosã colã, cũ nupsero, castus ero. Sed qđ illi prosunt hæ cogitationes, vel inefficacia desideria, q̃ in opus non procedunt? certe nihil. Telas araneæ texuerũt, quas auferet ventus. Nec vero interrogat, qđ loquẽdo, uitã æternã possidebo? Multi nãq; recte loquunť, sed nõ est B

regnũ Dei in sermone, sed in ope, & virtute. Iõ ait, qđ faciendo. Quia nõ, qui dicit mihi, Dñe, dñe? sed qui facit uo ũtatẽ patris mei, ipse intrabit in regnũ cęlorũ. 1. Co. 3.

Sed audi Xpi dñi mirã sapientiã, ait. n. i Mat. 7. lege quid scriptum est, quõ legis. Quasi dicat. Dic tu mihi, quæ nosti, sæpe nãque & bonũ, & malũ quisq; in sua cõsciẽtia egit, & si interroget cõscientiam suã, ipsa bonũ, ac malũ ostẽdit. Multi de iniustis contractib. doctores interrogant, q adeo iniusti sunt, ut si cõsciẽtiã suã consulãt, facile deprehẽdãt eorũ iniustitiã, & si ueritatẽ fateri uoluerint, ipsi in seipsos sniam ferunt. Hinc Paul. Cum. n. gẽtes, Ro. 2. quæ legem non habent, naturaliter ea, q̃ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem nõ habẽtes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordib. suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorũ, & inter se inuicẽ cogitationũ accusãtium, aut ẽt defendẽtiũ. Hinc seruo ne- C quã dñs ait. Ex ore tuo te iudico. Ne er- Ma. 18 go surdus sis conscientiæ tuæ uocib. illa enim de multis te docebit. Multa vero à doctorib. interroganda, manifestũ est.

Audi quid legis peritus in consciẽtia sua legerit, diliges Dñm Deum tuũ, &c. Nullibi profecto quiescit dilectio nisi in Deo, qui amoris est cẽtrum, & quidquid, dilexerimus aliquid Dei diligimus, & licet dilectio sit mala, i aliquã Dei participationẽ ducit; De qua re mire Plato, & Plato. eius. Glossa i cõuiuio amoris, ubi ait. Sicut

A cut uniuersa elementa obscura sunt nec p
se uisibilia, & lux tñ solis i uniuersa spar
sa, ea reddit uisibilia, ita ut oĩ uisibili lux
appareat & uideatur. Ita oĩs creatura ex
Simile se nihil est, difformis ẽ, nec amore digna
nulla.n. pulchritudine decorat. Sed Dei
infinita pulchritudo radios pulchritudi
nis ex se emittit quibus decoras facit uni
uersas creaturas pulchras, & amore di-
gnas. Sicut ergo in terra uides radiũ so-
lis, qui non terrę, sed solis est, ita oĩs crea
turæ perfectio, & decor a Deo est, nõ ab
ipsa creatura, cumq; illam diligis Dei ra
diũ ac participationẽ diligis diuinum.n.
quid uides, in relicta. Hinc fit, ut deser-
te, & abundanter quisq; loquatur de redi
B lecta, qm̃ radio diuinitatis illustrat⁹ est.
Hinc ẽt fit, ut commutari, & conuerti in
rem dilectã velit, qui diligit. Quid mirũ
si humanum in diuinum trãsferri velit.
Hinc uero colligitur, tũc cor perfecte di-
ligere, cum Deum diligit: cum n. reliqua
diligit, solũ Dei radiũ uidet, ac diligit cor
dis uero, ac amoris centum Deus est, qui
super oĩa diligendus est. Vnde tandẽ con
cludit Plato, sicut summũ uisibile sol est
& tunc oculus perfecte uidet cum solẽ ip
sum intuetur, q se ipso uisibilis est, & re
liqua uisibilia reddit. Ita cũ amor ab oĩ
re creata abstrahitur, & reliqua oĩa obli
tus, homo in Deum fertur, tũc perfectus
C amor est, & homo amator cõsummatus
hunc uero dilectionis modum, ait Plato
didicisse se a Diotima fatidica.

Sed intendendum nobis est, quo Deũ
1. Ioã. 3 diligi a nobis oporteat. Ex toto corde,
ait. En o oĩum radicẽ, nõ linguę dilectio
satis est. Fratres, nõ diligamus uerbo, &
1. Cor. lingua sed ope, et ueritate. Nec operis di
13. lectio satis est, nisi a corde pcedat. Hinc
Paul. Si distribuero oẽs facultates meas
in cibos pauperum, si tradidero corpus
D. Th. meũ, ita ut ardeam, charitatẽ aũt nõ ha-
opus. d buero, nihil sũ. Cordis uero figura ordi-
amore nem dilectionis ostẽdit sm D. Th. est.n.
Esa. 68 superius latũ, inferius acutum, qm̃ ad cę
lestia dilatandus affectus est. Vnde Esa.
tũc uidebis, & afflues, & mirabitur, et di
latabitur cor tuum. Inferiora uero quasi
in puncto tãgere debet, solis necessarijs
cõtẽtum. Licet ergo alijs occupationib.
ac negocijs inseruire cogaris, præcipuũ A
tñ negotium tuum sit Dei dilectio, & ob
sequiũ. Hoc cęteris emineat, ac superna
ret, sicut oleum, in corde tuo. Sicut solet
alicui hominum negotium esse grauissi
mum, cui totis intendit uirib. quia illud
pficere ex uoto, maximi, interest, si vero
alia occurrant negocia, ea quidẽ agit, sed
cursim, & quasi p trãsennã, nec vllo mõ
pcipuo negocio deest. Ita licet plurib. in
tendas, tñ Dei amori ex toto corde, quia
hoc negotiũ infinitũ tibi est, ex quo æter 1. Th. 4
na uita pẽdet. De quo Pau. ait. Obsecro
fratres, ut uestrũ negociũ agatis. Qd est
primũ negocium tuum o hõ, q est pręci
puum, q in corde uersatur tuo? Si dicas,
ut substãtiam, aut honores acquirẽ, dicã B
tibi, hæc si ex toto dilexisti corde, non ui
ues in æternum. Si uero dixeris negociũ
meum est, quomodo Deum diligã, quõ
ei placeam, ex toto corde Deũ dilexisti. D. Th.

Addit uero. Ex tota aĩa tua. Duplex, i opus.
(ait D. Tho.) est hominis uita naturalis, de amo
quam uiuit per animam, supernaturalis re.
quam uiuit aĩa per Deum, q dat animæ De. 30.
vitã, sicut ipsa corpori. Ideo Moyses ait,
qm̃ ipse est uita tua. Sicut ergo corp⁹ vni
uersum disponitur, ut suscipiat aĩam, ita
aĩa tota disponi debet, ut suscipiat Deũ.
Sicut corpus amittẽs animam amittit ui
tã irrecuperabiliter, ita anima amittens
Deũ eum irrecuperabiliter amittit, quã-
tum in se est. Et sicut mirabile est animã C
ad corpus redire, a quo semel abiecta est,
ita mirabilius est, licet frequentius acci
dat, animam Deum recuperare, quem
peccato amisit, hæc D. Thom.

Addit tãdẽ, ex oĩb. uirib. tuis. Idest oĩ
tua potẽtia, spirituali, & corporea, ut in
tellectus, huc intẽdat, ut Deum oĩs illius
astutia, & curiositas cogitet, & cõtemple
tur. Memoria etiã illum teneat, ut dicat. Thr. 3.
Memoria memor ero tui, & Memoriã Ps. 144
abundantiæ suauitatis tuæ eructabũt. Iõ Ecc. 37
sapiens ait. Ne obliuiscaris amici tui, in
animo tuo. Deinde uires sensitiuæ Deo
obsecrantur, Cum enim sensus, sint pro
pter intellectũ, ut Aristoteles ait, in his Ari. 12
versari debent, quæ intellecti, & uolun- Meth.
tati, inseruiunt. Vnde Arist. ait, quędã nõ
uidere melius est quã uidere: ex uero sen
sibus

A sib. apprehendenda sunt; q̄ licite, & utiliter intellectui, et affectui præsentari p̄nt. Deinde ex omnib. uirib. Deus dilig̃edus est, quia sedum ultimum potentię diligidēt, tum intēsione, tum cōtinuatione. In patria id perfecte prętabimus, in uia uero ut potuerimus, prętare dēmus. Vt dicere possimus cū Psal. Oīa ossa mea dicent, dn̄e quis similis tibi? Beatus ille, q cū Iacob dicere pōt. Nostis, q totis uirib. meis seruierim patri. Sit ergo ī corde tuo Dei amor feruēs, ea cura, ac solicitudine Abrahā Deo ī seruiebat cū in eius domū uenit, ut oēs uernaculos ministrare faceret, pluresq; desideraret, ut Deo obsequerent. Petere a Deo dēres mille corda, ut eū diligeres, linguas mille, ut eū laudares. Et hac de cā iusti uidētes parū se Deū diligere, ac laudare, uniuersas creaturas inuitāt, ut eos in ope iuuēt, aiuntq; cum trib. pueris. Benedicite omnia opera dn̄i dn̄o, &c. Qua in re confundi, ac erubescere possumus exemplo eorū, qui mundo, & eius uanitati inseruiunt, qui eo in ope plus facere conantur, quam possint. Hinc Hier. Plus fecit, quam potuit, propterea perijt. Et Es. Superbia, & arrogātia eius plus quā fortitudo, eius, eo quod non fit iuxta eam uirtus eius.

Ge. 31.

Ge. 18.

B

Den. 3.

Hie. 48

Esa. 48

Addit preterea secundum mādatum. Et proximū tuum sicut te ipsum. Sępissime a Christo dn̄o charitas hęc commendata fuit: cum. n. esset negotiator, quęrēs bonas Margaritas, hāc pręeligit, q̄ oīum uim, ac uirtutē hēt: est. n. charitas pretiosa illa Margarita, quę oīum uirtutū uim ī ēt, Sicut. n. in natura a Deo factū cernimus, ut in superiorib. coniunxerit Deus ea, quæ in inferiorib. diuisit, ut in homine uim corporum, plantarū, & aīalium. Ita in suprema uirtute charitatis coniuncta fuit uis oīum uirtutū. Inde Paul. ait. Charitas patiēs est, benigna est charitas non ęmulatur, nō agit perperā, nō inflatur, nō est ambitiosa non quęrit, quę sua sunt, non irritatur, nō cogitat malū, non gaudet sup iniquitate, cōgaudet aūt ueritati. Oīa suffert, oīa credit, omnia sperat oīa sustinet. Hinc Gre. sicut multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multæ uirtutes ex una charitate generantur.

C

1. Cor. 13.

Greg.

Volens legis peritus se iustificare, ait, quis est meus ꝓximus? quasi diceret, paratus sum proximū diligere: sed qs talis cēsendus est? Ad quem Christus parabolā proponit, qua ostendit, oēm illum qui ope nostra indiget, proximū esse nobis. Vel ea parabola ostēdit, quis fuerit misericors, & dilector proximi, ut legis peritus similiter se habeat. A

Quia tn̄ de Dei dilectione aliqua diximus, opępretiū erit, pro eorū cōplemento de dilectione in Christum Dominum pauca dicere. Hunc. n. esse proximū a nobis diligēdum Ambr. in hunc Lucę locū asserit, & huc refert parabolā Samaritani, qua Xp̄i mīa in nos ostēditur, ut eum tanquā nobis proximū, & uulnera curātē diligamus. Si ergo Deum a nobis diligi oportet, singulari quadā rōne Deꝰ hō, q nobis proximus est, diligi dēt. Nec mirādū singularem dilectionē Christo impēdendā, cum ipse singularem in eum fiduciam nos hr̄e uoluerit, cū dixit, creditis in Deū, & in me credite, nō solū ī me sperate ut in Deum, sicut speratis in patrem, & Spiritum S. sed singulari quadā rōne in me sperate, qui pro uobis hō factus sum, crucē subij, qui caput uestrum sum, & uos os ex ossib. meis, & carō de carne mea q uobis pastor, & Rex ac spōsus sum. Ita nūc, licet diligi a nobis Deū oporteat, sed singulari rōne Christus dominus diligendus, qui non Deus solum est sed homo pro nobis factus, Samaritanum se præstitit uulnera nostra curantem, & innumera conferētem beneficia.

Amb. ī Lu. c. 10

B.

Ioā. 14

Sed inq̄ris, quę sint singulares rōnes dilectionis Christo dn̄o propriæ. Multæ profecto. Prior sit similitudo, q̄ cā amoris est. Vnde Sapiēs. Oē animal diligit sibi simile. Et iterū. Oīa uolatilia ad sibi similia conueniunt. Licet ergo homo similis Deo sit sm̄ aīam sed Christo dn̄o etiā sm̄ corpus, & iō nobis amabilior redditus est, quia. n. pueri cōicauerūt carni, & sanguini, & ipsi similiter participauit eisdē, unde debuit per oīa fratrib. similari, Scd̄a, quia nō solū bona sua dedit nobis sed, & malis nostris cōicauit, ut ea nobis auferret: & cū hoc ī natura sua facere nō posset, humanā, assumpsit, ut mala nr̄a susci-

C

Ecc. 13

Ecc. 17

Heb. 2

A suscipiens, nos consolaretur, & tandē ea
Arist. a nobis tolleret. Quinq; uero mala terri-
bilia esse. Aristoteles ait, infamiā, inopiā
ægritudinē, inimicitias, mortē. Hęc uni
uersa suscepit: infamiam, cum reputatus
est uilissimus hominum. Aegritudinem
nō quidem febrim, sed vulnera, sed dolo
res, factus uir dolorum, & sciens infirmi
Esa. 53 tatem. Inopiam, cum pro nobis egenus
factus est. Inimicitias, cum odio habitus
Ro. 8. est gratis, & deniq; mortē sustinuit, p no
bis. Tertia cōsanguinitas iō inter fratres
maximus conciliatur amor. Christus ue
Heb. 2 ro primogenitus est ī multis fratrib. Di
ligis fratrē, in quem diuisus est paternus
amor, & substātia, & minus tibi relinq-
B tur, qūo non diliges fratrem, q non con-
funditur nos uocare fratres, per quē cre
uit tibi paternus amor, & substantia? p
quem cum demeritis tuis exhęredatus es
ses, iterū ad hæreditatē admissus es? q ui
tam suā pro te posuit, cū soleant fratres
suos occidere? Iō sæpissime se dicit filiū
hominis, ne tāta propinquitas & cōsan
guinitas obliuioni traderetur. Nō tantū
cōsanguine⁹ nobis esse voluit, sed caput
cuius nos mēbra sumus diligūt uero mē
bra caput et se periculo exponūt, ut illud
tueantur, diligamus nos caput nostrū, a
quo nobis bona cuncta proueniunt, &c.

Alterū diuinę misericordię opus fuit,
cum se Samaritanū exhibuit, de quo in
sequenti concione nobis agendum est.

C

CONCIO SECVNDA In Domin. XII. Post Pentecost.

***Them.** Homo quidam descendebat ab Ie-rusalem in Hiericho, &c. Luc. 10.*

NVnc agendum nobis est, de miseria
nostra, & de misericordia Christi ī
nos. Natiua Xpo Dño misericordia
est, quam a parentib. hæreditauit. Est.n.
2. Co. 1 filius eius, de quo Paulus ait. Benedictus
Deus, & pater domini nostri Iesu Chri
sti, pater misericordiarū, & Deus totius
cōsolationis. Mater uero eius super om-
nes est mitis, & inter eius nomina vnū
est, mater misericordię, ad eam ergo ac-
cedamus salutantes, Aue Maria.

Duæ sunt abyssi magnæ, q̄ nobis in A
euangelio proponūtur Dei misericordia
& hominis miseria. Vtraq; abyssus est,
excedens humanū ingenium & abyssus
miseriæ abyssum inuocat misericordiæ.
Peccatum quidē summa miseria est, & a
qua reliquę hoīs calamitates ortū habue
re: est ignis uniuersum hoīem perdēs: est
inundatio maxima aquarum, oīa uastās
est perditio, & destructio totius hoīs, ni-
hil boni in eo relinquēs, nihil utile. Hoc
indicat nomē ipsum peccati, qd Hebręis
est, Aberem, q̄ deducitur a uerbo Aba,
Abē. & significat calamitatem, & omni Ez. 21.
modā perditionem. Ideo per Ezechielē
dñs ait. Aufer cidarim, tolle coronā, ini-
quitatem, iniquitatem ponā in eā, quasi B
dicat, tolle, o Tyrus coronā regni de ca-
pite tuo, qm̄ penitus delebo te. Et hoc ē il
lud Psal. Appone iniquitatem super ini- Ps. 68.
quitatem ipsorum. Idest. Adde calamita
tem calamitati, dolorē dolori vulnus uul Iob. 1.
neri. Sicut Iob accidisse legimus, ad quē
nuncius ueniebat nuncians calamitatē
vnā, & eo loquente alius aderat, aliā nū-
ciās, & deinde alius, & alius, qui omniū
vastationem dicebāt. Hinc est phrasis il
la scripturæ, quam Bersabe usurpauit, di
cens. Erit, cum dormierit Dominus 3. Re. 1
meus rex cum patribus suis, erimus ego
& filius meus Salomon peccatores, idest
omnino uastabimur, atq; perdemur. Me Esa. 3.
rito proinde Esa. ait: Dicite iusto quoniā C
bene, quoniam fructum coronā adinuētionum
comedet, uæ impio in malum, retributio
enim manuum eius fiet ei. Iusto nihil est
mali, peccatori nihil boni.

Nec uero id mirādum est, cum pc̄tum
Deū ab aīa auferat, quid.n. boni ei reli-
quitesset pōt, a quo Deus discessit? Hinc 1. re. 28
cum Saul cōsuleret Samuelem, ab eo au
dit, quid me interrogas, cū Dominus re
cesserit a te? si Deus tibi auxilium negat
qs illud præstabit? si ianua Dei tibi clau
sa est, cui ianua tibi patebit. Nihil boni
tibi relinquitur, si Deus recesserit a te, p
ditum te oīno puta. Hinc Sapiēs: Qui in Eccl. 9.
vno peccat, multa bona perdet, quia om
nia bona amittit. Et hinc pcedit inutili
tas peccatoris, ad nihilum enim utilis ē
nisi ut igne ardeat. Hinc Ezech. Fili ho Ez. 15.
minis

A minis quid fiet de ligno uitis? Nulli rei aptus est palmes pocius a uite, nisi igni. Palmiti cõuenit aut ignis,aut uitis, si in uite nõ manet,nullis humanis vsib. seruit, soli igni seruatur. Sic non reliquit peccatum in homine quippiã boni, nec oculos,ut recta uideat, nec aures, ut recta audiat,nec pedes,aut manus, ut bona operet. Si platũ eum constituas, quale pbet exemplũ. Si ministrum eum recipias,qũo securus eris? Hinc Ps. Oẽs de-

Ps. 15. clinauerunt,simul inutiles facti sunt. In numera bona de lucifero dicta sunt ab Esa. & Ezech. sed peccato factus est infima,& miserrima creatura, expoliatus

Lu. 26. oĩ bono, est.n. pctm̃ oĩmoda uastitas.

De. 28. Hic ad peccatorẽ dr. Maledictus eris in

B ciuitate, maledictus in agro, maledictũ horreũ tuũ,& maledictæ reliqæ tuæ, maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediẽs. Vniuer saq̃ peccatoris sunt, maledictioni,& pditioni sunt obnoxia. Sicut.n.cũ anima a corpore recedit, illud reliquit oĩno perditum, ita relinquitur anima cũ ab ea discedit Deus. Hinc Esa.

Esa. 64 ait. Allisisti nos in manu iniquitatis nræ iniquitates nostræ quasi uentus abstulerũt nos, Peccatum.n. præcipitiũ est,quo illidimur,& conterimur. Iõ Esa. ait. Pro eo,q reprobasti uerbum hoc, & sperastis in calumnia, & tumultũ, & innixi estis super eo propterea erit uobis iniquitas hęc sicut interruptio cadens,& requisita in muro excelso, qm̃ subito,dum nõ

C speratur, ueniet cõtritio eius,& comminuetur, sicut conteritur lagena figuli cõtritione pręualida. Et nõ inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portet igniculus de incendio, aut auriatur parum aquæ de fouea. Mire profecto discribitur peccatoris calamitas dum similis dicitur contritæ lagenę,& eius innutilitas cum dicitur parum aquæ uel ignis in eo deportari,non posse.

Hãc uero pctõris calamitatẽ describit Xps dñs,dicens: Hõ quidam descendebat ab Ierusalẽ in Hierico,&c. Hæc uniuersa iuxta mysticum sensum ab oĩbus sanctis de hoĩs casu, & Christi redẽptione explicatur. Conuenienter uero describitur homo indicẽs in latrones inter Ierusalẽ,& Ierico,nã Hier. in epist. ad Eu- A

Hiero. stochium asserit inter Ierusalẽ,& Hierico fuisse locũ,qui dictus fuit Adomina .i. sanguinum, quia multus ibi hominũ sangui fundebatur a latronibus. Homo ergo in Iesusalem erat,cum a Deo cõditus in summa fuit pace Hierusalẽ.n.est visio pacis. Ibi hõ diues,& sanus erat, originali.n. iustitia ornatus cum esset, ui res inferiores rõni,& rõ Deo subdebat, & sicut plene Dominus sui ita etiã Dominus omniũ erat, ibi gratia,& oĩ uirtute ornatus,& talis tandem, qualis a Dei manib. effectus con summatus, qui Dei omnipotentię responderet. Hinc Sapiẽs Deus creauit de terra hominem,& secũ

dum imaginem suam fecit illũ,& secun Ecc. 17

dum se uestiuit illum uirtute,quid est se B cundum se: ut Deum decebat, artificem, ut Deum decebat, qui pater ipsius erat.

Sed descendit hic hõ ab Hierusalem in Hierico. Ecce malis omnis initiũ. Descendit,inquit,nec solum descendit hõ, qui statum innocẽtiæ amisit,sed omnis, qui a gr̃a in pctm̃ labitur,descendit,qui .n.in Dei gr̃a est,in cælis est. Nostra cõ- Phil. 3.

uersa,in in cælis est, ait Paul. Imo excelsior cælis est hõ gr̃a Dei ornatus, imo excelsior oĩ natura,ẽt angelica. Cũ uero in inferiora inclinat, descendit. Et hinc oĩs mali initiũ. Dum.n. auis in superiorib. est, & alte uolat, laqueos non offendit, nec ab aucupib. capitur cum descendit, tunc in discrimine uersetur, An non descendit,qui cęlestia dirigebat,& q̃rebat C

nũc uero terrena appetit,& quærit? An Ps. 48.

non descendit,qui in honore cum esset, non intellexit,& comparatus est iumentis insipientib. An non descendit,qui fi- Lu. 15.

lius Dei cum esset factus est dæmonis mancipiũ? Miserãdus profecto casus ille prodigi filij, facti custodis porcorum, Qd si misereris principis uiri, qui cũ in gloria magna fuisset, ineã deueniret paupertatem,ut infirmus esset hominũ miserere potius peccatoris, qui filius Dei cum esset, dęmonis seruus effectus est.

Disponis o hõ discedere ad Ierusalẽ, ut in Ierico descendas? Lõga tibi peragẽda uia est,e cęlo.n. descẽdis in infernũ. Illud ergo fac,quod facere solent hi,q lon

g am

A gam uiam suscipiunt, a patria recedentes. Solent enim cognatos, & amicos inuisere, eis itineris sui rationem reddere & discessus causam. Tu ergo ciuis cum sis cęlestis Hierusalem memorare, plurimos tibi in ea amicos esse, quib. discessurus cũ sis, itineris causam eis dicas, oportet. Est tibi amicissimus, ac familiarissimus Angelus Custos, & plures supiores Angeli te curãtes, dic eis, discedere a uobis uolo, & ad inimicos uestros apostatas angelos me trãsferre, uos desere, ut illis inhereã: uestra salutis monita relinq̃re, ut eorũ mẽdacijs ducar. Qđ si ab eisdẽ scedere, nõ erubescis, & a Hierusalẽ exire disponis, memẽto in ea esse chorũ uirginum pulcherrimum, in quo prȩclarȩ sunt virgines, ut Catharina, Agnes, agata, Lucia, & similes. Dic eis. Discedere a
B uobis uolo, ac descendere in pecudũ uitã delectationes diuinas relinquere, ut uoluptatib. me tradã. Forsitan cum hęc dixeris amicis angeli, & uirginib. tenebũt te, nec abire permittent, sed aliquid dicẽt quo illectus uon discedas, Si uero adhuc in aio tuo discessum, cogitas, attẽdes choros esse Confessorũ, Martyrum, Apostolorum, qui tibi multa fecerũt bona, qui luminaria Ecclesię fuerũt, inter quos aliquot reperies, quos in tribulatione inuocasti, & amicos ueros reperisti. Dic ergo illis, discedere a uobis uolo Ierusalẽ ciue inclyti, ut ciuis sim Hierico maledictȩ, mihi amicissimos deserere uolo, ut hostibus adhęream. Qđ si eorum amor nõ tenet, intende matrem, quam in cȩlis relinquis dulcissimam Mariã, matrẽ miã,
C fontẽ pietatis, discedere e cęlo cõueniẽs non est, nisi ei discessum dicas. Sed qua frõte ab ea discedere poteris? Sed si frõs meretricis facta ex tibi, dic ad eam Mr Dei, mater hominũ, mater mea, discede re a te dispono, te relinquere, a domo tu abire, causa quidem nulla est, rõnem da re non possum. Sed si occasionem dicere cogor, muliercula petulãs est, quę me trahit, delectatio me rapit. Quod si Maria te non tenet, memor esto Iesu Xpi Dñi, qui pr̃, qui primogenitus, qui amicus, q̃ pastor, qui Rex qui doctor est tuus, qui denique omnia. Aperi illi discessum tuũ dicẽs. Discedere a te dispono, & a regno A tuo, a regione lucis, in regione tenebrarum, a summa gloria, in locũ sempiterni horroris. Alij o domine larua gloriã tuam, et infinita bona tua, alijs fructum sanguinis, & crucis tuȩ, ego his omnib. me abdico, ab eis me separo: tibi adhȩrere nolo, dęmonis mancipium esse, peligo, quam filius tuus esse. Sed nũ id agere ualebis? Qđ si fecisti, audi diuinas in te quȩrelas, obstupescite cœli sup hoc & portȩ eius desolamini vehemẽter dicit dominus, Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerũt fontem aquȩ uiuȩ, & foderũt sibi cisternas dissipatas quȩ cõtinere non ualent aquas. Audite uerbũ Dñi. Quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis, vt derelinquerent me, & abirẽt post uanitatem? Quid mali in Deo tuo uides o homo, ut eum derelinquas? vt ab eius seruitute discedas? Hier. 2 B

Sed nunc audi mala, in quȩ incidit, q̃ Deũ derelinquit. Incidit in latrones. Sicut ouis errãs, & a pastore discedẽs incipere solet in lupos, ita discedẽs a Ierusalẽ incidit in latronũ manus. Merito dęmones latrones appellãtur, grassatores; eis.n. occidit, q̃ malefactorib. pscriptis accidere solet: priuati.n. proprijs sedib. & substãtia grassari solẽt, & latrocinijs vitam agere. Ita dæmones priuati domicilio cælorũ, & omnibus bonis in terras descẽderũt, ut latrocinijs degerẽt uitam. Deinde sicut latrones nõ viuunt nisi ex raptis, ita dæmones nihil aliud cupiũt, quam nos depredari, & perdere. Et sicut latro occulte insidiatur, & aliq̃n socium itineris se simulat, ita dæmon transfigurat se in angelũ lucis, amicũ se simulat, C bona offerens inania. Deinde sicut latro nũquam ditescit ex raptis, sed male parta male dilabuntur. Ita licet dæmon plura rapiat, & multos expoliet, nihil camẽ boni illi inde prouenit. Qui ergo uiam agit, in qua latrones sunt, quærit uiã tutiorẽ, & cumites fideles adhibet, iter caute, & celeriter agit. Ita oẽs uiam agimus in qua latrones sunt, fælices hi qui religionis semitam inuenerunt, quȩ a latronib. tutior est, & in qua plures sunt socii mutuo se iuuãtes. Sed si tu latiorẽ uiã Simile

in-

A ingressus es, plurima discrimina reperie, q̄re sociũ fidelẽ itineris tui, optimũ .s. confessarium. In his, quæ mũdi sunt, noli immirari, sed percurre uiã tuã, sicut
Simile & Aegyptij canes facere dicuntur, q uiã agentes, & Nili aquã bibẽtes, ne a crocodilis, quib. flumẽ illud abundat, intercipiãtur, in aqua parũ immorantur sumẽda, sed cũ paululũ eius biberint, inde recedũt cito citius. Sic tibi imorãdũ nõ est in his, q̄ mũdi sũt, sed cũ ex eis uitæ necessaria sumpseris, recede. Qui aliter se habẽt a crocodilis capiunt, et in latrones incidũt, ut hic miser, q descẽdebat ab Ierusalẽ in Hierico. Sed attẽde mala, q̄ latrones intulerũt ei q ab eis captus est. Qui ẽt dispoliauerunt eũ, & plagis impositis abierũt semiuiuo relicto. Ligare solẽt la-
B trones eos, quos ceperint: ita dæmon seruũ suũ ligat ne bonũ operet̃, sic ligatus
Iud. 16 Sãpson olim fuit a Philistæis, & iõ cum eripitur homo a peccato, absoluit dicitur. Et ideo iusta Dei sententia: unit pctõr.
Ma. 21 q ligari a dæmone voluit, ut ligatis manib. & pedib. mittatur in tenebras exteriores. Sed insuper. Dispoliauerunt illũ gratia, scilicet, & omni dono cælesti, qui thesaurus erat incomparabilis, infinitus .n. thesaurus est hominib. diuina sapientia, ac gratia. Vniuers ũ huuc thesaurum amittit hõ peccãs. Nec solũ exspoliatus
Sap. 7. est donis cælestibus, sed vulnera accepit quib. semiuiuus relictus est, in naturalibus. n. uulneratus fuit. Est. n. paccatum malignantis naturę, omnia inficiens & destruẽs, sicut fermentum totã massam corrupit. Hominis peccatoris figurã in
Iob. 19. Iob uidere licet, cũ in sterqlinio fuit, & dixit. Expoliauit me gloria mea, & ab-
C stulit coronam de capite meo, & quasi arbori euulsæ abstulit spem meam.

Peccatum. n. ab homine ãbstulit gr̃a, quæ animæ est gloria, & decor. Abstulit originalem iustitiam, q̄ corona erat, qua super se, & cũcta animantia regnabat. Et abstulit omnia bona, relictusq́ue ho-
Gen. 3. mo est, quasi arbor euulsa. Fuit peccatũ naufragiũ, quo uniuersa bona amisimus & nudi euasimus. Sic enim nudos se cognouerũt primi parentes admisso pctõ. Amissa uero gratia, & originali iustitia, quæ natura tenebãt, ne p re olaberetur in A
uitia, & corrũperet̃, statim natura vulnerata fuit, ac corrupta. Sicut ab ara myrrha corpus corrũpit̃, & uermib. scatet, vermes nero naturę nr̃ę, sũt opa carnis, de q̃b. Pau. Manifesta sunt opera carnis q̄ sunt, fornicatio, immũditia auaritia, Gala. 5
&c. His vermib. scatet peccatorum m̃es his cogitationibus delectatur. Hinc Sapiens. Quid nequius, q̄ quod cogitauit caro, et sanguis? Hæc a latronib. accepta vulnera numerat Iob, dicẽs; circundederũt me lanceis tuis, cõuulnerauit lũbes Ecc. 17
meos, effudit in terrã uiscera mea, cõscidit me vulnere sup vulnus. Audi vulnera, Cæcitas intellectus, unũ est vulnus, Iob. 16
& duritia voluntatis in bonũ quapp Ecclesia orat, ut rebelles nostras ad se cõpellat uolũtates. Insup in appetitu ardor in B
malũ, in irascibili imbecilitas in bonũ. Vulnera hoĩs ea in re manifesta sunt, q cum reliqua animãtia acceperint conueniẽtia naturæ suæ, non amplius appetũt Arhõ in cibo, potu, luxu, et omni delectatione corporis non solũ necessaria appetit, & conuenientia, sed ẽt superflua, & noxia. Lumbos uero singulari rõne dicit vulneratos, pp luxurię apetitum. Hic Pro. 7.
Sapiens. Multos uulneratos deiecit, & fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Viscera in terrã effusa dicit, qa effectus, & desideria in terram inclinant̃, quę prius in cælum rendebant. Plurimor uidebis hominũ in belluas degenerasse. Deniq; vulnus super vulnus addiũ est, dũ alia innumera peccata, quæ ex his procedũt fontib. homo admittit. Semiuiuus tandẽ relinquit̃ peccator, partim uiuus, par C
tim mortuus, uiuus ad mala, mortuus ad bona. Sapiẽtes sunt, ut faciant malũ, ne aũt facere nescierunt. Hoc in nobis in singulas horas experimur. Facile nãque ira, & luxuria mouemur, & incendimur, si uero Deũ diligere, de pctis dolere uelimus, licet ligamus, & meditemur Iere. 4.
difficile id asseq possumus. viuacitas maxima nobis idest ad mala; torpor ad bona. viderũt philosophi hanc hoĩs infirmitatem, & mirati sunt. Et uitiũ naturę putauerunt non suppliciũ culpæ. Curare uero, ac sanare uulnera hęc uoluerũt,

sed

A sed non valuerunt: sed medicinas a Deo missas videamus. Prior fuit lex, quam Deus digito suo scripsit, in qua multa bona probis, mala improbis minatur. Sed quid profuit; Paulus ait, non solum lege sublatum morbũ nõ fuisse, imo auctum, nõ legis,
Ro. 5. sed hominis malitia. Vnde ait: Lex subintrauit, vt abundaret delictum. Et iterũ.
Ro. 7. Cum uenisset mandatũ, peccatũ reuixit, & inuētum est mandatum, quod erat ad uitã, mihi esse ad mortem. Sed cur ita? quia prohibitio cupiditatẽ irritauit, nitimur
1.Cor. 15. enim in uetitum. Hinc mirabile dictu. Paulus appellat legẽ stimulũ peccati, mini-
2.Co.3 sterium mortis, & dãnationis, ut sic ostẽdat gratię necessitatẽ & morbi magnitudinem, qui lege auctus est, non sanatus.
Heb. 7 Ideo sacerdos, & leuita prętereũt, nec sa-
B nant hominem vulneratum. Sacerdos offert sacrificia, leuita legẽ docet, nec ergo
Ro. 7. lex, nec sacrificia hoĩem sanare ualuerũt, quia nihil ad perfectũ adduxit lex.

Quodnam ergo homini remediũ restat? Postquam Paulus ea, quæ superius diximus, ostendit, remedium manifestat, dicens. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratiã Dei per Iesum Christũ. Hæc est Myrrha, nos præseruans, hæc inuictum robur pręstat cõtra uitia, hãc Samaritanus præstat nobis. Et hoc est argumentũ Pauli in epist. ad Rom. in qua infirmitatem liberi arbitrij ostendit, nec satis esse ad salutem Philosophiæ, & legis remedia, & sic gratiæ, & redemptionis Christi necessitatem declarat. Ostẽdimus hucusq; abyssum miseriæ nostræ, nunc abyssum alte
C ram diuinæ misericordiæ, qua Samaritanus vulnera nostra curauit, attẽdamus.

Samaritanus aũt quidam, iter faciẽs, venit secus eum, & misericordia motus est. En initium curationis nostræ, diuinam. s. misericordiam. Per viscera miæ
Luc. 1. Dei nostri, in quib. visitauit nos. Et Pau
Tit. 1. lus. Nos ex operib. iustitiæ, quę fecimus nos, sed secũdum suam misericordiam saluos nos fecit. Hanc vero misericordiam præclarè explicat, dicens, a Samaritano, exhibitam esse Iudæo, Iudæi. n. oderant Samaritanos, & ideo Samaritanus solã misericordia motus est. Quã vero sit pelagus inexhaustum misericor- A
dia Christi in hominis redemptione, manifestum est, dum ea tanta fuit, ut stultitia fuerit reputata. Maxima profectò misericordia fuit, hominum curare vulnera: sed si modum attendas, infinitam uidebis, & omnino mirandam, ut enim nos a latronibus eriperet, in spe incidit ĩ latrones: ut nos a dæmonibus liberaret, ipse in eorũ potestatem traditus est. Iõ Luc. 22
dixit. Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum: Vt vulnerib. nostris mederetur, vulnera passus est, vt semiuiuos eriperet, ipse mortuus est. Vidisti medicũ, qui ut curet ægrotũ, uitam fundat? Hãc mirabilem. Christi misericordiam petebat. Psaltes, cum diceret. Mirifica mise- Ps. 16.
ricordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. Magna quidẽ Dei misericordia ẽ, B
cũ peccatum benefacit, sed non mirabilis, cum summe bonus sit, & facile misericordiam pręstare possit. At cum mala pro hominibus tolerat, mirabilis misericordia ostenditur, ac tanta, ut uix credi possit. Hinc Esaias descripturus Christi Esa. 53
domini passionem, ait domine quis credidit auditui nostro? Brachium domini cui reuelatum est? Multa de Deo docet ratio naturalis, & ea quidem magna ac mirabilia, ut Dei summam potentiam, sapientiam, bonitatem agnoscamus. Si vero nosse cupis, quæ sint ea, quæ fides Christiana addit his, quę natura duce de Deo cognoscimus, certè opa diuinę mię infinita, & quæ hominis superant captum. Quid enim Verbi incarnatio, & passio, & Eucharistiæ institutio sunt, nisi diuinæ misericordiæ opera stupenda? C
Pelagus quidem est diuina misericordia, quod transuadari non potest, pelagus etiam sunt opera ista, quæ humanũ superant captum. Sed quis obsecro ista non credat? An non tibi melius est, Deũ habere infinita misericordia prædituni? Sed dicet Ethnicus, mirabilia opera ista sunt, & ideo incredibilia. Imo uero quia mirabilia, Deo digna censenda sunt, qui enim mirabilis in omnibus est, cur in misericordia mirabilem se nõ præbeat, cum præcipue nobis innotescere uoluerit diuinam misericordiam? Dicito mihi,

A hi, an nó miralibis Dei potentia illa est, quæ uniuersam creaturá uerbo uno condidit. attende ea, quæ in cęlis, & subtus ea sunt, & eorum numerum, uarietatem perfectiones, magna profecto, & pene infinita, ex eo collige, quanta illius potentia sit, qui unico uerbo cuncta ista fecerit mirabilis sane, ac stupenda. Nunc ergo cum bonitatem, ac misericordiam suam ostendere præcipue decreuerit, opus eximiũ debuit exhibere, quod om nino mirabile, ac stupendum esset, illud uero prę stitit, factus homo, & Samaritanus curans vulnera nostra vulnerib. suis, vinculis suis vincula nostra disrupit labore suo uitá, & regé nobis ęterná ꝑmeruit.

B Explicat uero hanc diuiná misericordiá Christus Dominus, ijs uerbis, Samaritanus iter faciés, venit secus eum. Iter fecit Deus e cœlo in terram. Exiuit a patre, & uenit in múdum, solum auté iter fecit, ut misericordiam exhiberet. Appropiauit uero nobis, cum naturam nostrá induit, factus homo: quomodo enim magis appropinquare nobis poterat, quam personali vnione ad naturam nostram. Descédit de iumento suo quando factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quo enim profundius demittere se potuit maiestas infinita? Quo peracto satisfecit patri ꝑ homine, & po

C tior fuit eius obedientia, & meritum inobediétia, & præuaricatione Adæ. Sed qa satis non erat ad nostri medelá, si patri satisfaceret, nisi etiá hominis vulnerib. mederetur, applicans homini merita, & satisfactionem suam, ideo infundit uinũ

Ro. 1. & oleum gratia scilicet, & doctrinam, q̃ est in salutem omni credéti. Gratia qdé oleum est, & oleũ lętitiæ. De quo scriptũ est. Vnxit te Deus Deꝰ tuus oleo lętitię

Ps. 44. præ cósortib. tuis. Ea, quæ mundi sunt, quodammodo uidétur oleum esse, dum animũ leniunt: sed si intime considerantur, oleum lætitiæ, nequaquam sunt, qa plenam animo lætitiam nó reddunt. Illud uero oleũ lætitiæ iure dicitur, de quo

1. Pe. 1 Petrus loquitur. Quem, cum nó videritis, diligitis, in quem nũc quoque non uidentes creditis credétes autem exultatis lętitia inenarrabili, & glorificata reportantes finem fidei vestrę, salutem animarum. Hoc est oleum, de quo Sapiens ait. A

Proue. 21. Thesaurus desiderabilis, & oleum in tabernaculo iusti, & imprudés homo dissipabit illud. Et iterum: Omni tempore sint uestimenta tua cádida, & oleum de capite tuo nó deficiat. Eccl. 9 Sicut oleum super natat cæteris liquoribus, ita gratia Dei præeminet uniuersis rebus. Ideo super naturalis dicitur, quia super omnia naturalia est, vinum uero doctrina euágelica est; uinũ enim uulneribus infusum mordet, & asperũ est: sanat tamẽ & putredinem tollit, si uero vulneri non adhibeatur, dulce est, & lętificat hominis cor. Lęta quidem euangelij doctrina est, & consalatoria. Hinc Paulus, ut per patiétiam B & consolationem scripturarũ, spem habeamus. Ro. 15. Licet uero omnis Dei doctrina consolatio iusti sit, præcipue tamen Euágelium, quod bonũ nũcium est, in quo ęternę uitę promissio. Dei mesericordia immensa in nos ostenditur. Sed uinum hoc asperum est, dum vulnerib. adhibetur, peccatorib. enim, dum hæc adhibetur doctrina aspera apparet, & dura. Ioan. 6 Durus est hic sermo, dixerunt quidam. An non durum uerbũ crucis ei, q nimiũ se diligit? durũ uerbum castitatis homini delicijs dedito, qa asperũ uinum est vulneri, tolle uulnus, & asperũ nó erit. Solet insipiés uinum a vulnere abijcere, ne paruum dolorem patiatur, ita uir imprudens doctrina abijcit, quia ei aspera est. C

Hinc Sapiés. Quam aspera est nimium sapiétia in doctis hominibus, & nó permanebit in illa excors, qua si lapidis uirtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proijcere illam, licet ergo mordeat te doctrina, eam suscipe, uinum est, quod te curat. E ccl. 6 In stabulum ducit Samaritanus infirmum, idest, in hospitium, quod est Dei templum, & sacerdoti eũ committit curádum. Cui duos dat denarios scientiam, scilicet, & potestatem, uel duo testamenta promittit, se soluturum qd supererogauerit: de suo enim sacerdos supererogat, cum doctrinam proponit, & ampliat, quia cóstitutus a Deo est super familiam suam, ut det illi cibũ doctrinæ in tempore suo. Hoc uero munus

præcipua

Sed tamẽ benignitati saluatoris, qua gratitudine respõdebãt Pharisæi? Audi Euãgelistã. Et ipsi obseruabãt eũ. In conuiuio eum obseruant, ut calumnientur: quia ibi facile homo peccat. In conuiuio
Dan.5 Balthasar uasa tẽpli violat, & laudabat Deos aureos, & argenteos. In conuiuijs plura peccata perpetrãtur. Sed obseruãt,
Amo.5 hi Christum, ut uideant, aliquid dicat, vel faciat, ꝙ calumniari posset. Quia ut Amos ait: Odio habuerũt corripiẽtem in porta, & loquẽ tẽ perfecte abominati sunt, & ideo obseruãt eum. Iuxta il'ud
Ps. 36. Psal. Obseruabit peccator iustũ. & stridebit super eum dẽtibus suis. Quo cõtra
Pro.24 nos monet Sapiẽs. Ne insidieris, & quæras iniquitatẽ i domo iusti, neque vastes requiem eius. Simul uero in hac mẽsa uo- A
debis quasi in imagine depictum qd in mundo geritur. Quid in hac mensa uidebis, nisi dolos, odia, fictiones, mendacia; Inuitatur Christus, & insidias ei parant Pharisæi. Hoc ingenium est mundi, q te laudant, coram te obmurmurãt, ore suo benedicebãt, & corde suo maledicebant
Ezechiel uidit animalia quatuor, & quatuor facies uni, quo significat cõcionato- Eze.1.
rem uerbi Dei, qui omnib. omnia fieri debet, ut Paulus, & omni statui ueritatẽ annunciare ut Baptista. Sed & homines sunt in mũdo, qui non quatuor facies tãtũ, sed innumeras habent, ut decipiãt, & hoies cum extrinsecus appareãt, cornua
tauri habent, & ungues leonis, ut lædãt. B
Huiusmodi sunt hi qui Christũ inuitãt.

Et ecce hõ hydropicus erat ante illũ. Omnia mala corporis effectus sunt peccati, & sic aliquid illius nobis innotescere faciunt. Hydropicus siti perpetua uexatus ostẽdit nobis peccatorum sitim inextinguibilem. De qua Iob. Tenebitur Iob 18
p'anta illius laqueo, & exardescet contra eũ sitis. In quæ uerba Gregorius ait. Greg.
Ideo intra domũ Pharisæi hydropicus curatur, ut per ægritudinem corporis istius, intelligatur ægritudo mentis alterius. Sed qua ratione proprium est peccatoris sitire? Respondetur. Sitis est appetitus frigidi & humidi, refrigerantis in
ternum calorẽ cum afflictione maxima. C
Quod translatum ad animum significat illius desiderium maximum, quo bonum appetit, quod adeo uehemens, & innatum nobis est, cum philosophi, & theologi dicant, necessarium esse in intellectu habitum, quo prima principia cognoscat: in uoluntate necessarius n. est, ut bonum appetat, quia ipsa uolũtas non adeo appetens bonum est, quam inclinatio, & appetitus boni. Iuuat etiam uoluntatis inclinationem, et appetitus nõ
fier in i. tiabi is. De quo Sapiens ait; Sã- Prou. 30.
guisugę duæ sũt filiæ, dicẽtes, affer, affer, Tria sunt insaturabilia, & quartum nũquam dicit, sufficit, infernus, & os uuluæ, & terra, quę non satiatur aqua, ignis uero nunquam dicit, sufficit. Hic est appetitus noster, qui nũquã dicit, satis est.

Sed

A Sed quia ratione sitim hāc extinguere
possumus. Id qd sitim extinguere debet
fortius siti esse oportet: quod si infirmus
sit, non modo nō extinguet, sed augebit,
ut cum parum aquæ mittitur in fornacē
ignis, nō extinguit ignē, sed auget. Nūc
ergo hoc interest inter iustū, & peccato
rē, quod uterque sane sitim sedare curat
sed iustus sapienter, quęrit enim Deum,
q fortior est appetitu, & siti, & ideo prę
Iob 36 ualet in sitim. Ecce De⁹ magnus, uincēs
sciētiā nostrā, ait Iob. Sicut uero uincit
scietiam, & intellectum, ita uolūtatē, &
eius sitim: & ideo hanc extinguere pōt.
Sicut.n. vnus sol lumine implet mundū
vniuersum, cœlū, & terram, ita Deus nō
B vnam solā uoluntatē implere potest, sed
vniuersas Angelorū, & hominū, & sui
ipsius met, ꝙ amplius est, & postquā ho
minū & Angelorū expleuit sitim, tātum
Ma.25 redūdat, ut nō illud l ō capiat. Et ideo
dr: intra in gaudium Domini tui, nō, il-
lud in te, sed tu in illud, quasi piscis i ma
re. Audi nunc Deū sæpe ostēdentē, quo
Ioan.7 suorū sitim extinguat. Si quis sitit ueniat
Ioan.4 ad me, & bibat, & flumina de uētre eius
fluent aquæ viuæ. Et iterū. Qui biberit
ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in
ęternū, sed fiet in eo fons aquæ uiuæ. Ad
Esa.55 has aquas inuitabat Es. Omnes sitiētes
Esa.44 venite ad aquas. Et idem Esai. Effundā
aquas super sitientem, & fluenta super
C aridam. Effundam spiritū meum super
semē tuum, & benedictionem meā sup
stirpem tuā, & germinabūt inter herbas
quasi salices, iuxta præter fluētes aquas.
Iste dicet, Domini ego sū, & ille vocabit
in nomine Iacob. Et hic scribet manu
sua Dño, & in nomine Israel assimilabi
tur. Quo loco promittit Dñs eam aquæ
abundantiā suis, ut reliquos excedāt qua
si salices herbas. O si nūc aperirē ur cor
de virorū, videremus cor quod alit mū-
Esa.30 dus dicens: date ei arctum panē, & aquā
breuē, ut est apud Esaiam. Videres certe
cor infimū, quasi paruā, & siccam her-
bam. E cōtra uideres cor a Deo refectū
Psal.1. in altum erigi ut salicem, & tāquam li-
gnum, quod plātatum est secus decursus
aquarum. Quia de illo bibunt fonte, de
Ap.21. quo Ioannes, Ego sitienti dabo de fonte
aquæ uiuæ, gratis. Et iterū: Qui sitit, ue A
niat, & q vult, accipiat aquā uitæ, gratis. Ap.22.
Vt uero ostēdat Deus pro pacto iusti
satientur, dicit inebriari eos. Hinc Psal. Ps. 35.
Inebriabūtur ab ubertate domus tuę. Et Can.1.
sponsa. Introduxit me rex in cellā uina
riā. & Comedite amici, & inebriamini
charissimi. Et Zachar. Bibentes inebria Zac. 9.
buntur quasi a uino, & replebuntur ut
phialæ. Et licet plena satietas iusti serue
tur in futuram gloriā, ubi Deus uidetur
facie ad faciem, sed & nūc Deū per gra-
tiam possidētes satiantur, ea, quæ mūdi
sunt, non appetentes, quiescuntque, &
exultant spe cœlestis aquæ.
Insipiens uero peccator ut sitim extin
guat, ea bibit, quæ sitim augent, non se-
dant, quæ minora sunt uoluntate & desi B
derio nostro, ideo illud augent. Auersus
enim a Deo, ad creaturam conuertitur,
quæ gutta est, unde sitim explere nequa
quam potest. Ideo diues aquæ guttam pe Luc.16
tit, consolationem scilicet creaturæ, q a
creatore longe se distare uidit, & a pleni
tudine fontis: Qd uero omnis creatura
minor sit siti uoluntatis, patet, quoniam
illa appetit omne bonum, quod in solo
Deo est. Hinc hydropisis peccatoris or-
tū habet. Cum.n. creaturā ebibit, uidēs
se non satiari, aliam quærit, putās se illa
satiādum, & illa habita, ignis plus accē Plutar.
ditur, & sitis crescit, & si uniuersum mū C
dum ei dederis, sitiet amplius. An nō id
Alexādro accidisse, memoriæ Plutarch⁹
prodidit? qui inuētus est a familiari suo
plorās, & causam sciscitatus, ait: audiui
a philosopho plures esse mūdos, ego ue-
ro vno solū obtineo. Sic & Nabucdono Iudit.2
sor obtento, ac deuicto Arphaxat, cogita
re cœpit, quomodo uniuersam terrā suo
subiugaret imperio, quod si obtinuisset,
fleret, ut Alexander prę siti. His omnib.
contingit illud prophetæ. Me dereliquę Iere.2.
runt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi
cisternas dissipatas, quæ cōtinere nō ua Ge.22.
lent aquas, & ideo siti uexātur. Sicut Is
mael, de quo dicitur. Abraham tollēs pa
nē. & utrem aquæ, imposuit scapulæ A-
gar, tradiditque puerum, & dimisit eā.
Cūque cōsumpta esset aqua in utre, abie
cit puerum, ne uideret eū præ siti morie
tem.

Artem. Aperuit autẽ ei dominus oculos,& vidit puteum aquæ uiuæ, quo puerũ potauit,ó peccator similis Ismaeli,clamãs, præ siti ora Deum, ut ostendat tibi puteum aquarum uiuentium,alias siti peribis. Iuxta illud psalmi, Esurientes,& sitientes,anima eorum in ipsis defecit. Ps. 106

Sed sigillatim peccatorum sitim expẽdamus. De auaro Sapiẽs ait. Auarus nõ implebit pecunia. Hinc optat,vniuersa congregare. Ad quem Esaias ait. Væ qui coniũgitis domum ad domum, & agrũ agro copulatis, vsq; ad terminum loci: nũquid habitabitis uos soli in medio terræ? Hoc vero signũ,& manifestũ,finẽ ipsorum diuitias esse,quia sine fine eas diligũt, & sine termino media.n.in mensura diligunt. Superbi sitis describitur optime in Aman dicente: Cũ hæc oĩa habeam,nihil me habere puto, quandiu video Mardochæũ Iudeũ sedentẽ ante fores regias, qui eum nõ adorabat,nec ei genuflectebat. Hoĩs uero carnalis sitis manifesta est, putat.n. aliquid sibi restare semper quo delectet,quodq; expertus non sit. Et tãdem de oĩb. peccatorib. ait. Esa. Sicut somniat esuriens,& comedit, cum aũt fuerit expergefactus, vacua est aĩa eius. Et sicut somniat sitiens, & bibit,& postq̃ fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius uacua est. Sic erit multitudo oĩum gentium, q̃ dimicauerunt cõtra montẽ Sion. Illud quidẽ in morte manifeste accidet pctõri, cum exibit spũs eius,& reuertetur in terrã suã, ĩ illa die peribunt oẽs cogitationes eorũ: tunc.n. surgit anima à corporis lecto, in quo obdormierat. Id ipsum peccatori accidit, cum a peccato in Deum conuertit, tunc.n. dr̃, quem fructum habuistis tũc in his, in qb. nunc erubescitis? Et deniq; oĩs peccator, cũ adinuentiones suas consummauit, uidet se desiderio frustratum & sitientem. Quid sitis o miser hõ, honores, diuitias, uoluptates? Vel ea assequeris, uel nõ: si nõ obtinueris ea, sities: si obtinueris, amplius sities, & arctaberis, sicut febricitans, qui aquã petit, si nõ ei dat, sitit: si datur, deterius se hẽt. Hinc Iob. Panis eius in utero illius uertet̃ ĩ fel aspidum intrinsecus, diuitias, quas deuorauit, euomet. Nõ uideat riuos fluminis torrentis mellis, & butyri fluet, q̃ fecit oĩa nec tñ consumetur. O miseri pctõres, qui hæc experti estis, audite Sapiẽtẽ. Appropriate ad me indocti, et congregate uos in domum disciplinæ, quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? Animæ vestræ sitiunt vehementer, cõparate uobis sine argẽto sapiam. Videte oculis uestris quia modicũ laboraui, & inueni mihi multã requiem. Domus sapiæ, domus est, in qua Xp̃s est, accede ad eum hydropice, ut saneris, ipse enim est salus tua.

Eccl. 5
Esa. 5.
Hest. 9
B
Esa. 29
Ps. 145
C
Ro. 6.
Iob 20
A
Eccl. 51

Sed quid hoc hydropico uiso Christus Dñs ait? Dixit ad legis peritos, & pharisæos, si licet sabbatho curare? Quasi ueniã ac facultatem, ut hunc sanaret, Xp̃s petit, quia certe ita in maligno positus mundus est, ut oporteat, a peccatoribus facultatem petere, ut recta operentur iusti. Sic alibi ait Christus Dñs licet sabbathis benefacere, an male, animam saluãfacere, an pdere? Festus dies Deo dicatus est. Vñ de cõsecratione distinctione tertia cap. ieiunia, dr̃. Die dominica nihil aliud agendum est, nisi Deo vacandũ, nulla operatio die illa agat̃, nisi in hymnis, Psalmis, & canticis spiritualib. dies illa transigat̃. Quantũ ad hoc mũdus distat, cum hos dies diabolo cõsecrauerit, in eis.n. ludi, comessationes, & luxuriæ exercetur. Quapropter per Esaiam Dñs ait. Neomeniam, & sabbathum, & festiuitates alias nõ ferã. Iniq sunt cætus uestri, calẽdas vestras, & solemnitates uestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboraui sustinẽs. Impleuerunt impij illud. Ps Quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra. Tollit.n. Dei festũ, q in eo nõ Deo, sed diabolo uacat. Et iõ Ieremias ait. Deriserunt inimicis sabbata eius. Qui non deridet a dæmon festa nostra, in quibus uidet sibi nõ Deo vacari? Peccatores ergo malefacere in festo putat, ut nec liceat uerbo benefacere & ideo Xp̃s Dñs ait, licet sabbathis bñfacere, an male; Deus uero ita nos diligit, ut in die ipsi dicato, uelit vt pximo inseruiamus, salutẽ eius curemus, & sacrum ẽt si opus est relinquamus, ut infirmo adstemus. Festum diem Deo agis cũ proximo

Mat. 12
B
Isai. 1.
C
Ps. 73
Tnr. 1.

A proximo benefacis. Sed quid Pharisæi Christo domino respondent. At illi tacuerunt.

Non solum hydropicum opere nó curant infirmum, sed nec verbo cũ iuuãt, orantes Xpm, vt eum sanet. Nec opera dant, nec verba. Non ac Apostoli, qui interpellant pro Chananæa dicẽtes: dimitte eam, qui clamat post nos. Et Maria. Vinum nó habent. Et Elisæus ad Sunamitidem: Nunquid habes negotium? & vis, vt loquar regi siue pricipi militię? Quo docemur īduere uiscera misericordię. Et quomodo (ait Thobias) potueris, esto misericors, si opere leuare potes pauperis inopiam, leua: si opere non uales, vide an verbo aliquid possis, & illud pręsta. Si nec opere, nec verbis: Induite vos B viscera misericordię, corde miserere pauperis, & mercede nó uacuaueris, Pharisęi uero, nec opere, nec verbo, nec corde, miam præstabant. Quos Dominus arguit dicens: Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadet, &c. Quasi dicat: Homini nonne est impendenda misericordia, quam brutis exhibetis? Sed nunc multi responderent, nequaquam. Et quinam hi? certe qui equis larga pabula pręstant, & panes canibus, & parietes tapetis pretiosis induunt, & pauperes fame perire permittunt. O miseri, an nó auditis? Nó est bonum sumere panem filio- C rum, & mittere canibus, & non poterãt ad hoc respondere illi. In misericors.n. quid Deo respondeat arguenti non hẽt. Ideo psal. ait. Erubescãt impij, & deducantur in infernum, muta fiant labia dolosa. Iõ qui nuptiali ueste caruit. obmutuit, uestis.n. illa charitas est, quã induimus, cum ut Paulus ait. Induimur uiscera miæ. Quid enim respondere poteris ò homo Deo dicenti tibi: petij ego a te panem, & negasti mihi, ut dares cani: petij a te nummos, & negasti mihi, ut dares meretrici? Certe nó poterunt ad hæc respondere misericordes. Ideo cum hæc proponentur in iudicio, tacebunt, et omnis iniquitas oppilabit os suum.

Ma. 15; Ioan. 2; 4. Re. 4; Tob. 4; Col. 4; Ma. 15; Ps. 30; Colo. 3; Ps. 106

Eis uero tacentibus, Xps Dominus humilitatis doctrinã proponitur, quę specialis, & propria est Christiana religionis uirtus. Sede ĩ nouissimo loco. Discite A a me quia mitis sum, & humilis corde. Ideo Paulus. Obsecro uos, ego uinctus in Dño, at digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum oĩ humilitate. Vis uidere Deũ recumbẽtem in nouissimo loco, cũ primũ potuerit usurpare? Inspice Christum dominum factum nouissimum uirorum in cruce in fima mori uoluit. Et Paulus, qui se dicit primum peccatorũ, se compellat minimum sanctorum. Et deniq; sancti omnes in humilitas excelluerunt. Abraham se dicit pulverem, & cinerem. Et Dauid quem persequeris rex Israel, quem persequeris? canem mortuum, aut publicem unum.

Ma. 11; Eph. 4; Es. 53; Eph. 3; Ge. 18; 1. Reg. 24

Sed qua ratione uult Deus nos deijci, atq; humiliari. Num ut gloriam nostrã usurpet? imo ut nobis suam gloriam tri B buat. Vt sit in nobis capacitas, quã facit humilitas. Hæc enim efficit uasa uacua, in quæ oleum defluit. Nam Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiã. Vnde Esa. Quæ est ista domus, quã ædificabitis mihi, & quis est iste locus requetionis meæ, facta sunt uniuersa ista, dicit dominus, ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu & tremẽtem sermones meos? Sed quid sibi uult dominus cũ ait, facta sunt uniuersa ista. Illis uerbis superbos notat, q se reputant factos, ac perfectos, nihilq; sibi deesse putãt. Et ideo eorum unus ait. dicis, q diues sum, & nullius egeo, ecce C hominem, qui se perfectum putat, qui factus est egenus. Cõtra uero humilis pauperẽ se, dicit nihil se putat habere. Hos esurientes. replet dñs bonis diuites illos dimittens inanes. Super humilem ergo respicit Deus, in eo requiescit ut ĩ domo.

4. Re. 4; Iaco. 4; Esa. 66; Apo. 3; Luc. 1

Videtur quidem humilis locum amittere superiorẽ, sed non amittit, quia qui se humiliat, exaltabitur. Hoc in corde tuo tanquã fundamentum colloca, quicquid amiseris propter Deum, nó amitti, quia Deus illud multiplicatũ præstabit, Si enim homo nobilis sustinere non ualet, quod quispiam dicat ei propter te minor sum, quomodo ad Deus sustinebit? Visus est Moyses amisisse opes Aegypti, & Pharaonis fauorem, sed postea a Deo efficitur

Exo. 7

A efficit Deus Pharaonis. Dicere Deo miranda i.la uerba: Ecce constitui te Deū Pharaonis. Sic humilib. accidit, uident gloriam admittere, & recuperāt. In quo simile quid cōtingit ei, quod Plutarchus memoriç prodidit, ait.n. Insignis dictor mira arte equum depinxit, cumque vellet spumam circa os pingere, nunquam potuit, quo circa spongiam, in qua terge bat penicillum iratus in picturam pie-cit, ut eam perderet. Sed aliter contigit, nam spumam, quam solerti arte pingere nequiuerat, casu expressit. Vbi putauit, picturam dissipare, eam perfecit. Ita qui totis admittuntur uiribus, vt locum primum accipiant, id non assequuntur,
B assequuntur uero, qui infimo loco sedens, gloriam uidetur destruere, fuga.n. gloriæ, est acquisitio eius.

Contra uero, qui primum locū usurpare vult, cum rubore nouissimum tene bit. Hinc dñs per Esa. ad Sobnam, qui primum locum in templo elegerat, vt
Esa.22 ędificaret optimum sepulchrū. Quid tu hic, aut quasi quis hic? Quia excidisti tibi hic sepulchrū, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculū tibi. Quasi pilam mittam in terram latam, & speciosam, ibi morieris. Simili
Eze.28 de causa ad regem Tyri, ait. Quia dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi, adducam super te gentem robustissimā, et polluet decorem tuum, interficiēt & detrahent te. Sicque impelletur illud
Eze.17 Eze. Scient oīa ligna regionis, quia ego dñs humiliaui lignū sublime, & exaltaui lignum humile. Et horum ratio est il
C lud Sapientis. Magna potentia Dei solius, & ab humilib. honoratur. Superbi gloriam Dei sibi usurpare conatur. Humilis eam Deo tribuit. Inde fit, ut gloriā
Eccl.3. Deus humili tribuat, a superbo uero au ferat quia resistit.

Ex quo vero Deus homo factus, recubuit in nouissimo loco, sic eum honorauit sua præsentia, ut nihil illo gloriosius
Simile fit. Si enim Rex nunc Ecclesiam ingressus, in nouissimo loco sederet, eo irent principes, & nobiles viri, & quo quis regi propinquior, eo honorabilior esset. Cum ergo Deus in mundum ueniēs, nouissimum locum elegerit, illuc nobis omnib. eundum est, ut gloriosi simus. A
2.Re.6 Audi, quid Dauid ante Christi aduentum dixerit Michol, Ludā, & uilior fiam, plus quam factus sum. Et ero humilis in oculis meis, & gloriosior apparebo. Quanto potiori iure id a nobis dicendum viso Christi Domini exemplo, &c.

DOMINICA XVII. Post Pentecosten.

The. Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, hoc est maximum, & primum mandatum. Matth. 22.

B SI aliquādo lingua ignea a diuino spiritu immissa, optanda foret, nūc maxime quando nobis loquendū est de maximo amoris præcepto. De quo Regius Psal. ait. Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Et
Ps.118 cōueniens huius præcepti prædicator aliquis Seraphinorum esset, qui ideo Seraphini dicuntur, quia hoc amoris igne ardent. De hoc amore enim, & de re dilecta nullus recte loqui nouit, nisi amans Si de amore loqueretur Demosthenes, uel Cicero, & de re aliqua, quam illi non diligerent, non ita eleganter, & abunde dicerent, ac ille, q amore rei illius ardet, quia ex abūdātia cordis os loquitur, ut
Euc.6. Christus dñs ait. Oremus ergo dñm, ut mittat ad nos unū de Seraphim, qui igi
Esa.6. to calculo linguam purget, & incendet, ut cum Esaia factū legimus. Illud uero nos obtinebit Maria, quæ mater est pulcræ dilectionis, est enim turpis, & defor
C mis dilectio, & est dilectio pulchra. Vere pulchra dilectio est illa, qua Deus diligitur. Huius uero dilectionis mr Maria
Ecc.24 dicitur, quia eius nobis intercessione donatur, eam ergo adeamus salutātes, Aue Maria. ¶Snīa fuit a D. Bartholomeo sæpe in sermone inculcata, (ut refert D.
Dion. Diony.) Theologia fiostea, & maxima est, & parua. In, eoque persimilis autho ri suo Christo Iesu, q ut Deus maximus est, ut homo paruus factus. Huius uero sententiæ ueritas hodierno Euāgelio facile

A cile comprobatur, in quo summa est totius Christianæ philosophæ. Innumera profecto sunt, quæ de uirtutib. & perfectione scripta sunt. Ecce maximã Theologiam nostram, uis eam uidere paruã? Audi Christum Dominum hodie dicẽtem. In his duobus mandatis, uniuersa lex pendet, & prophetæ. Et Paulum dicentem: Plenitudo legis est dilectio. (Ro. 3.) En maximam, & paruam Theologiam nostram in his, quæ ad mores pertinet. vis idem uidere in his, quæ credenda sunt? Sicut primum uidisti in priori Euãgelij parte, ita Sm uidere licebit in secunda. Innumera sunt, q̃ sancti de diuinis mysterij tradiderunt, ecce Theologiam nostrã maximã. Vis eandem breuem? Audi Christum dñm hodie interrogantem qui uobis uidetur de Christo? Summa (B) totius fidei nostrę Christus est, & eius cognitio uita æterna nostra est. Explicauimus iam literam Euangelij, in quo ostendimus summam totius Christianę religionis, dum nos docet, quid credere, & facere debeamus.

Agendũ iã nobis est de maximo Dei mandato. Et uero, & dicitur merito maximum, quia mãdatum est legis natura lis, scriptę, & euangelicæ, & sic omnis legis mandatum est. Est finis reliquorum præceptorum. Vnde Paul. ait. Finis præcepti charitas. (1. Ti. 1.) Est actus supremę uirtuti Charitatis, scilicet. Nec solum reliquo uirturum actus excedit, ut aurũ reliqua metalla, sed etiam in seipso pretium, ac (ut ita loquar) ualorem habet, & illum præstat reliquis uirtutum actib, qui nullius pretij sunt, si charitate non informẽtur. (1. Cor. 13.) (C) Sine charitate enim non solum exteriora bona nihil sunt, sed nec cęlestia dona, ut Paulus ait. Est charitas similis siclo illi, de quo dicitur in Leuitico. (Leuit. 27) Omnis æstimatio siclo sanctuarij põderabitur, quia bonis operibus prętnium in cælesti regno dabitur, sed mensura eius erit charitas. Ideo nos admonet Christus Dominus in Apocalypsi. (Apo. 3.) Suadeo tibi, emere a me aurum ignitum, ut locuples fias. Vere aurum ignitum charitas est, quia summi prætij est, & igni psimilis, dum cor accendit, & absumit. Cũ ergo de re omnium maxima, ac utilissima (A) agendum nobis sit, attentos uos esse oportet.

Tria nobis hodie dicenda sunt de hoc amore. Primum quantum nostra intersit, uoluntatem, & amorem ab ea procedentem nocte impendere, & debito in loco collocare. Secundum, de duplici amore, amicitię, & concupiscentię, et qua ratione ambo hi amores Deo debeatur maxime, nec recte impendantur, si Deo non dentur. Tertium, de modo huius dilectionis, quomodo debeat esse super omnia, ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente.

Vt uero primum explicemus, notãda est, sentẽtia Anselmi libro de similitudinib. & S. Thomæ. (B) (Ansel. S. Th. 1. p. q. 8 art. 4.) Voluntas mouet intellectum, & reliquas animæ potentias. sicut impellens rem, quæ impelitur. Quia illa respicit finem vniuersalẽ, alię uero potentiæ fines particulares. Cuius rei exemplum apparet in naturalib. & polyticis. Cęlum enim, quod agit ad uniuersalem cõseruationem generabilium, & corruptibiliũ, mouet omnia inferiora corpora, quorum unumquodque ait ad conseruationem propriæ speciei, vel indiuidui. Rex etiam qui intendit bonũ commune totius regni, mouet per suum imperium singulos prępositos ciuitatũ, quorum quilibet unam regit ciuitatem. Cum ergo uoluntas intendat bonum in communi, & reliquę potentię suum particulare bonum, voluntas mouet reliquas potentias per modum agentis. Sicut dux exercitus, qui victoriam respicit, mouet inferiores duces, quorum qui libet locum suum tenet particularem. (C)

Ex hoc colligitur, quantum intersit, vtrum uolũtas recte, an male se habeat. Cum enim omnia moueat, & post se rapiat, si recta uia procedit, omniã recte se habebunt, si praua, omnia praua erunt. Quemadmodũ si ductor exercitus uiã rectam tenet, uniuersus etiam exercitus rectè graditur, & procedit, si prauam, vniuersus exercitus errat. (Simile) Rectitudo ergo, & error uoluntatis, uniuersalis est rectitudo, aut error. Sicut horologium mouetur pondere appenso, quod ducit post

A post se uniuersas horologij rotas eam in partem qua ipsum propéderet. Ita se amor habet in homine. Unde Augustinus ait. Amor meus pódus meum, illo feror quocúque feror. Id uero, manifesta in nobis experiétia comprobatur. Si n. homo ex toto corde Deum diligat, cogitatio, locutio, & reliquæ hominis uires Deo inseruiüt, & eü intendunt. Si uero mundum diuitias, uoluptates, honores, diligat, circa ea eius cor occupatur, illa cogitat illa loquitur, illa inquirit.

Aug.

Et inter alias rationes, quę cócludunt hominem debere dici bonum, aut malum simpliciter, propter bonitatem, uel malitiam uoluntatis; hæc est una: quia

B bonitas uel malitia uolútatis est uniuersalis, omnia reliqua post se rapiens. Vides hominem praua affectum uoluntaté, absolute, & simpliciter, nullo addito pronuncias, hic malus est. Et bonum et absolute dicis eum, qui recta est uolútaté. Nō uero si loquaris propter defectum intellectus, aut alterius potentiæ, sed dicis, ille malus doctor est, uel prauus artifex, bonus doctor, aut artifex, nō bonus, aut malus homo. Et ratio huius, ut diximus est, quia uolútas uniuersum post se ducit hominem, unde si illa bona est, uniuersum hominē rectū facit, si praua, prauum. Nō sic reliquæ potentiæ, quarū bonitas, uel malitia i ipsis manet, nec in

C uniuersa diffunditur, quæ ī homine süt. Summa ergo cura, ac diligentia homo attendere debeat, cuinam rei uolūtatem suam, ac amorem tribuat, cui rei inhæreat: si enim recte illum præstat, uniuersa ei bona erunt: si uero praue, omnia pdita putare debet. Sicut ergo negociator qui partem bonorum suorum negociationi exponit, inspicit prius, ac considerat, an lucrum inde capere possit. Si uero uniuersam substātiam alicui exponit negociationi, multo attentius, & profundius attendit, & inspicit, an lucrum inde, uel damnum reportare possit. Ita prudens, & Christianus negociator attendere debet, quo oculos conijciat, quo manus, aut pedes, aures, & gustum. Præcipua tamen consideratione, & attētius consideret, cui rei inhæreat per amorem

Simile

A cui rei dilectionem suam tribuat. Ne audiat illud prophetæ. Abominabiles facti sunt, sicut ea quæ dilexerunt. Quia cui amorem dedit, uniuersa tribuit.

Osee 9.

Iam secúdum explicemus, quomodo recta uoluntas nō est, nisi Deum diligat præcipua dilectione, nec recte impenditur dilectio, si Deo non tribuatur.

Duplex dilectio a philosophis traditur, & duplex Amor Amicitię, & cócupiscentiæ. Amor amicitiæ nobilis est, quo amicum diligimus, & ei bonū uolumus propter ipsum, ut illi bene sit. Sic amicos diligere solemus, sic pater filium diligit, ei bona precatur, & vult, propter ipsum filium, ut bene ille se habeat. Amor

B uero concupiscentiæ ignobilior est, quo alicui rei bonum uolumus, non propter ipsam rem, ut ei bene sit, sed propter nos ut inde nobis bona prouenīant: sic uolumus bonam domum, & peramplā, pretiosum amictum, lautam mēsam, ut nos delectemur & bene ex his nobis sit. Si ue ergo Deum consideremus ut amicū, amore amicitiæ, siue eum attēdamus, vt bonum nostrum, amore cócupiscentiæ, manifesta ratione ostēdemus, eū super omnia diligendum.

Ab infimo ergo amore exordientes uideamus, qua ratione amore concupiscentiæ a nobis Deus diligi debet super omnia. Quidnam putas o homo, Deum esse? Deus infinitum est bonum, uniuersa

C creaturarum bona ipso süt eminenter, & infinito modo, uide omnia, quę ī creaturis tibi placent & adde eis infinitatem & immensitatem, & illa Deus tuus est. In ipso pulchritudo est florum, sapor ciborum, pretiū metallorum, nihil est boni, quod in ipso non sit: Ideo ad Moysen ait. Ostendam tibi omne bonū, Si ergo bonum tibi desideras, si bonum expetis, Deum tibi dilige, qui est omne bonum, & cui uniuersa bona comparari nó possunt. Hinc Sapiens. Omnia, quę desiderantur, huic non ualent comparari. Quę uerba enarrans Diuus Thomas ait: Attēde, nō dici, Deum esse maius bonū omnium bonorū, sed ei comparari nō posse omnia bona. Nā inter maius, & minus est comparatio: sed tātus Deus noster est

Pro. 3.
D. Th. opusc. de amore Dei.

vt

A ut maior creaturis dici non possit, quia creaturæ ei collatæ nihil sunt. Hinc propheta. Omnes gentes sic sunt coram eo quasi nõ sint, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei. Cõparatur unitas millenario tãquam pars, quæ toties sumpta efficit millenarium. Comparatur gutta mari, quia tot guttæ sumi, & cõglobari possunt, ut faciant mare. At punctum lineæ cõparari nequit, nec linea corpori. Sic omnis creaturã est Deo incõparabilis, quia omne quod in creatura est, etiã in infinitum auctum non faciet Deum, sed est infinite Deo inferius. Cõfer ergo o homo (ait Aug.) quod cõcupiscis Deo, si marcam argenti cõcupiscis quia bona
B marcam auri plus concupisces, quia melior, quod ergo est infinities infinite melius, quomodo non concupisces? Si omnia simul sumpta huic non ualent comparari, quomodo singulari ei cõparabũtur? Singulæ creaturæ, Genesis 1. dicuntur bonę, sed omnes simul sumptę ualde bonę. Si ergo, quæ ualde bona sunt, omnia sumpta simul nõ valent huic comparari, quomodo quæ solum bona sunt, cũparabuntur? Si ergo inter comparabilia bona illud est præeligendum, quod excedit, quomodo nõ erit pręeligendum ens non enti? infinitum finito?

Es. 40.

Augu.

Ansel.

Hinc Anselmus. Cur ergo per multa vagaris homũcio, quærens bona animæ & corporis, ama unum bonum, quod est omne bonum, & satis est. Si in mũdo esset pulchritudo, honor, diuitiæ, in abstra
C cto, nec contracta, uel participata, ab aliquo, ac proinde esset infinita, quo studio hęc quærerent homines qui toto conatu quærũt res, quæ has qualitates participauerũt. Hoc uero iterest inter Deũ, & uniuersas creaturas, qđ omnis creatura habet pulchritudinem, & aliam omnẽ bonitatem participatam, Deus uero est omnis bonitas ĩ abstracto. Quomodo ergo hanc non quæres, qui participatam tãta studio cõsectaris? Quam dulcis erit ipsa dulcedo, quã pulchra ipsa pulchritudo, quã delectabilis ipsa delectatio. Si fauus dulcis propter dulcedinẽ, quid ipsa dulcedo? De hac diuina bonitate plura a nobis dicta sunt superius concione prima de Trinitate, quæ inde colligere potes. B

Ex quibus colligitur, Deũ a nobis sũme diligendum amore concupiscentiæ, cũ n. hoc amore nobis bona quęramus, quærendus super oĩa Deus, qui est uniuersale & infinitum bonũ. Eum uero recte quęrimus, & inuenimus, si eu diligimus, quia per amorẽ Deus possidetur a nobis, nec alia uia noster Deus est, nisi p dilectionem. An non exardescit animus tuus auditis his, quę superius diximus ut dicas, ò utinam Deum cõsequi possem, o utinam hanc prædam caperẽ, o si hũc thesaurum inuenirem tunc diues essem. Sed ò sũme Deus, qua arte teinueniemus quo pacto te capiemus? quib. laqueis te irretiemus? Dic nobis, ĩ quo sit maxima B fortitudo tua, & quo ligatus fugere nequeas? Plures putauerũt Deum ligari ieiunijs, eleemosynis, uitæ asperitate bona hæc, & utilia, sed charitate, & dilectione ligaŕ, & capitur. Nulla est uis, aut industria, nulla sapientia, nullum consilium quibus Deus capiatur, sola dilectione irretitur, soli diligenti se adest. Si Deũ diligis, eum posśides. Sic ille ait. Qui diligit Ioã. 14 me, sermonem meũ seruabit, & ad eũ venemus, & masionẽ apud eũ faciemus.

Ad fin descẽdamus. Quomodo Deus amore amicitiæ a nobis est super omnia diligẽdus. Huius uero rei ratio ex dictis colligiŕ. His enim in bona desideramus, Ma. 13 quæ bona sunt, ut illud impleatur; Ha- C benti debitur, & abundabit. Cum in aliquo hoium bona multa uidemus, precamur alia plura. Deus ergo infinite bon° cũ sit, a nobis est diligẽdus amore amicitiæ, non ei bona desiderando, quæ nõ habet, cum omnia habeat, sed ei acclamantes, quod uniuersa bona posśideat, ei congratulentes, quod illa habeat, & eius gloriam, & honorem in terra quærentes, ut qui in se optimus, & maximus est, ĩ æstimatione creaturarum sit etiã maximus. Ad hunc etiam amorem pertinet, desiderium implendæ diuinæ uolũtatis, ei placendi in omnibus, conformitas (ut ita loquar) cum diuina uoluntate, ut idem sit uelle, & nolle, ut lex postulat amicitiæ. Hæc omnia debentur infinitæ Dei bonitati, quæ tanta est, ut non diligi non possit

A sit, si clare uideatur etiam si a libera crea tura cōspiciatur. Et deniq; ea est diuina bonitas, & pulchritudo, ut infinitus ei amor debeat, nec finitus ei satis est. S. i.n. infiniti essent Angeli, & infiniti hoies, et quisq; eorū Deum diligeret tāta dilectione, quāta eū Beatissima Virgo Maria diligit, non satis hæc dilectio esset infinitæ Dei bonitati, nisi ipse Deus se diligeret infinito amore, quo æquat suam bonitatē, & postq̄ beatus diligit Deū toto corde, & totis uirib. & uidet ab uniuersa curia cœlesti Deum ēt summe diligi non tñ plene contentus esset, cum uideat non satis pro merito Deum dilectum, nisi uideret a seipso Deum diligi infinito amore hoc

B beatum satiat, & plene cōtētum reddit.

Tātus demum Deus est, ut sit ipse solus, q est, & nihil esse dicatur pter Deū.

Exo. 3. Audi ipsum loquentem Moysi, ego sum q sum, & qui est, misit me ad uos, hæc dices Israeli, hoc est nomē meū in æternū, hoc nomine compellor. Sed mi Dñe, nō ēt homo, aut Angelus dicere pō, ego sū, qui sum? Nō certe hoc meum est nomē, q alteri non dabo. Vt uero mysteriū diuini huius nominis penetrare ualeas, finge nullā a Deo cōditam esse creaturam præter te, & nihil aliud esse quā Deum, & te. Tunc, te rogo, quid cogitares? quid optares? quid diligeres? certe nihil aliud

C præter Deum, quia nihil aliud esset, qd conspiceres, q cogitares, quod desiderares, nisi Deus. Nūc ergo cū Dñs ait, ego sum, qui sum, hoc significare uoluit, tātæ bonitatis, & maiestatis ego sum, ut corā me nihil aliud sit, & tāta mihi debet dilectio tantum mei esse debet desiderium ac si nihil aliud sit pter me, quia omnis creatura nihil ē, si mihi cōferatur. Et potētia mea dedi ego creaturis, ut essēt, sed bonitate, pulchritudine, & pręsētia mea officio, ut non sint, quia nihil apparēt co

Simile ram me. Sicut sol tribuit stellis lumē, & presentia sua lumē stellarum adimit, nō tollēdo, sed abscondendo ne uideantur: Ita ego dedi creaturis, ut essent, sed corā me nihil uidentur, non apparēt, ita ergo intenti esse debent in me oculi omnium creaturarū, ac si nihil esset pręter me. Iōnir secundum cor Dei ait, quod mihi est in cœlo, & a te quid uolui super terram A

Deus cordis mei, & pars mea Deus ī æternū? Si ergo tātus Deo debetur amor, quo pacto paruū amore ei negare poteris? Debes homini centū millia ta'ētorū est tibi unicum talentum, an non hoc dabis dicens, plura debeo, sed plura nō habeo, ignosce mihi, Hoc ipsum est qd se

Esa. 6. raphini innuebant, quos Esaias uidit, ut

Chrys. Chrysost. ait, qui ardētes diuino amore facies uelabāt suas, quasi dicerēt, uniuersum, quem possumus amorem inpendimus, adeo ut ardeamus igne amoris, sed minus diligimus quā diuina bonitas postulat, quā ęquare amore non possumus & ideo facies uelamus, non confusione,

B cum uniuersum, quod possumus, præstemus, sed cognitione diuinæ excellentiæ, quæ nostrum superat captum, & amatorem.

Sed iam tertium ex his quę initio proposuimus, uideamus, quomodo scilicet Deus diligēdus est ex toto corde, anima, & uiribus. Quæ uerba significāt, Deum diligendum esse super omnia. Nō enim quæcumque dilectio Deo satis est, ideo modus præcepti ponitur in præcepto, ut sit dilectio super omnia. In alijs præceptis modus pręcepti non cadit sub præcepto, hic uero secus. Et huius rō est: q̄a hic est modus intrinsec⁹ debitus talimateriæ. Sicut enim pręcepto de subuentione parentum non satisfaceret filius elar-

C giendo parenti parum aliquid, sed pręceptum obligat ad tantam quantitatem, si ne quā nō esset integra subuentio. Sic pceptū dilectiones Dei obligat, ut impēdatur tanta dilectio, quāta debetur ultimo fini, q est super oīa diligēdus. Pro cuius

Arist. 1 Pol. expositione notandum est ex Arist. hoc interesse inter dilectionē finis, & medio rum qd cum finis per se sit bonus, absolute & sine limite est diligendus. Qui in corporis medela habet pro fine salutē non pręscribit medico terminum salutis sed quam firmissimam, ac prefectissimam consequi ualet, eam desiderat. Sed in medijs, quæ habent bonitatem per ordinem ad finem, ponendus est modus non enim eo, quod plura, uel maiora, sunt meliora; sed quo melius illis conse

A quimur finem. Et ideo infirmus diligit in mensura medicamina, & potiones amaras, media ergo habent finem tanquam mensuram, finis uero nihil habet, quo mensuretur: Deus noster finis est ultimus, & infinitum bonum, quod consequi intendimus, reliqua omnia media sunt. Inde fit consequens quod bona huius mundi in mensura sunt a nobis diligenda, ut s. nobis conueniunt, nosque iuuant, ut Deum assequamur, Deus

Ber. li. de diligendo Deum. D. Th. 2.2.q. 27.ar.6 Ex.30.

uero sine ullo fine, & limite diligendus. De qua re multa Ber. & D. Th. Precepit Deus confici sibi Thymiama pretiosissimum, & addidit. Talem compositionem nō facietis in usus uestros, quia sanctum est Dño. Hō quicunq; fecerit simile, ut odore illius perfruatur, peribit de populis suis. Per simile huic praecepto est mandatum dilectionis Dei, cui seruanda est dilectio sui

B per oia, haec est compositio, quam alteri tribuere nefas est, & soli Deo conueniens. Propriū Dei est (ait D. Th.) ut sit centrū totius amoris: est. n. ille summum bonū, cui proinde debetur ois amor, unū amor qui ei nō impeditur, uel pp ipsum, uanus & perditus est. Sicut. n. omnis res hēt centrum suum, quo propendet, sic centrum amoris Deus quia. n. ipse est principium oium omnis creatura, ut perficiatur, in ipsum redire contēdit, ut lineam circularē efficiat, quae perfecta est figura. Vnde ab omni creatura, etiā insensibili, Deus diligitur suo modo: quid. n. sunt oēs naturalium rerum inclinationes, nisi amores ī

D. Th. opusc. de amore Dei.

C Deum propendentes: cunq; per imperfectionem Deum nequeant attingere, in eius participatione sistunt, nam bonum est, quod omnia appetunt. Hoc aūt superat hō cēa reliqua ut ipsum Deū possit attingere. Vnde omnis amor hominis, q est eius pondus, in Deum propēdet, centrum ergo hominis Deus. Hinc est, qd ois creatura naturaliter plus diligit Deū quam se. Ex quo colligitur hominis obligatio, ut Deū diligat, & quaerat. Si. n. decisa rupes tanto impetu in participatum bonum ruit, quanto anima debet in bonum incommutabile ferri? Si illa tollit omne obstaculum, quomodo homo nō dicet cum Paulo. Quis nos separabit a charitate Christi?

Ro. 8.

Hoc uero est, quod hominis miseriā manifestam facit, quod cū omnium aliarum rerum centura consistat, nec moueantur, res ipsae centra sua quaerunt, & in illa mouentur, Deus uero, hominum cētrum, inter homines ambulans, amatorem quaerit, nec inuenit. Vocat omnes promittit multa, ut ametur, & uix inuenit amātē. Attēde illum Cant. 5. prouocantem, ut ames. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea. Sponsa uero, quae anima est, excusationes quaerit et dilationes. Dieb. innumeris obliti Dei sumus, ei restitimus, donec mittit ille manum per foramen. O diuinam manum potentissimā, quos tangis, continuo mutas, & surgere facis a lecto tanquā sponsam, & te quaerere p uicos, & plateas, & anima, quae prius quaerebatur a Deo, iā Deum quaerit, & quae obsecrabatur, obsecrat, & quae aperire nolebat, ianuam inuenit clausam, o Domine quis hic ludus tuus? quae adinuentio? quaerebas tu animam, & tunc illa te quaerit, & absconderis? Ne desperes o anima, quae Deum diligis, & quaeris, licet eum uidearis nō inuenire. Memor esto, multis dieb. te a Deo quaesitam, & te rebellem fuisse, nūc supplicium de te sumitur, & desideriū tuum accenditur, ut cum Deum inueneris, magis in eo delecteris. Hinc inueniens sponsa sponsum, ait. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. In magno pretio Deus habetur ab eo, qui Deum multo tempore quaesiuit, & multis laboribus, & eum custodit, ne ab eo recedat.

A

B

Can. 5.

C

Sed nunc ad peccatorem Deum non diligentem sermonem conuertamus nostrum. Te urgeo, te rogo o peccator, uis tibi Deum dari? uis massam argenti, aut auri: dicis, uolo, uis adamātem pretiosissimum, dices, opto, uis Deum tibi: ais, nolo, est ne tibi sensus, aut intellectus, cum hoc dicis? Sed dices fortasse, uellem quidem Deum, sed magno pretio a me emendus est, si illū habiturus sum, relicturus sum alienam substantiā delicias, uel honorem. Dic mihi obsecro, quo in pretio Deus dari potest, quod non sit minimū, si cum Deo conferatur? Sed te iterū ro-

go

A go, uis tibi Deum gratis dari? Audi dicentē. Dabo ei bibere de fonte aq; uitę gratis. Audi rursum prophetam. Omnes sitientes uenite ad aquas, & qui nō habetis argentum, properate, emite, & comedite, uenite, emite absque argento, & absque ulla commutatione uinum, & lac. Sed quomodo, ais, gratis mihi Deus datur, si multa mihi relinquenda sunt, ut eum habeam? An non tibi aliquando accidit rem pretiosam emere uili pretio, & ais, hoc mihi gratis uenditum est, quia paruo dato pretio maximā rem emisti? Hoc ip sum in hac cōmutatione accidet tibi, dabis parū pecuniæ alienæ, & Deū habebis infinitum thesaurum, paruam relinques delectationē, & cœlestem dulcedinem acquires. Relinques aliquid, sed nunc cētuplum accipies. Gratis ergo tibi B datur Deus, quia in infinitum excedit illud, quod relinquis, ut eum habeas. Et tandem continget tibi uita æterna, ubi Dei plena possessio conceditur, ubi diligitur Deus toto corde, nā caminus ignis est in illa Hierusalem cœlesti, ubi uisus Dei facie ad faciē necessario diligit, &c.

Esa. 55

Simile

IN EADEM DOMINICA

Decimaseptima post Pentecost.
Concio Secunda.

The. Diliges Dominum Deum tuum, etc. Matt. 22.

C

A Gendum nobis hodie est de amore nostro, cui iure inpēdēdus sit, qua in rescopum attingere, plurimi refert. Diuus Thomas probat, primam omnium passionum esse amorē, nec solum primā sed etiam causam reliquarum, & mensuram, ex August. 14. de ciuitate, ubi multa de hac re. Ex quo sequitur, ordinato amore reliqua oīa ordinata esse, & deordinata, reliqua nullo ordine cōsistere. Inordinata tristitia ex iordinato amore proficiscitur, similiter gaudiū, & reliqua oīa, sicut, uitiato fonte riuuli ab eo procedentes infecti sūt, & purus fons riuulos puros emittit. Vt ergo omnia, quæ in nobis sunt, in pondere, numero, & mēsura sint, & oīa munda, ac puræ necessariam

D. Th. 1. 2. q. 25. ar. 2
Au. 14. de ciu.

est amorem ordinari. Ita secum factum A gloriatur sponsa, cum ait. Introduxit me Rex in cællam uinariam, & ordinauit in me charitatem. Vt id in nobis fiat, necessaria est Dei grā, quā petamus per Mariā Cant. 2

Orat Dñm Regius psaltes. Constitue Domine legislatorem super eos, ut sciāt gentes quoniam homines sunt. Oportet hominem lege frænari, quà regatur, ut agnoscat se Deo subditum, nec paria Deo sentiat, sed modesta. Ideo etiam in innocentiæ statu lex data est Adæ cuius obseruatione se Deo subditum faceret. Sed ò diuine legislator, quænam est lex tua. Minima profectò, ut facilis data est Adę, de omni ligno paradisi comede, de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. Vnum uetuit lignum, innumera cōcedens. Sūma legislatoris benignitas, & summa Adę peruersitas, qui legi adeo facili non obtemperauit. Sed nobis Adæ filijs quænam lex proponitur? Audi benignissimum legislatorem. Dilige Deū, & proximum, in his duobus mandatis uniuersa lex pēdet, & prophetæ. Facilis profecto lex, dulcis, & quam non possumus causari difficilem, & duram esse. Hinc Deuteronomij 5. loquitur dominus. Audi Israel, quid dominus Deus tuus petit à te, nisi ut timeas dominum Deum tuū, & ambules in uijs eius, & diligas eū ex toto corde tuo. Quā bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. Vere mandata eius grauia non sunt, ut Ioannes ait. Nō C præcipit iugulare filios, ut olim, & nunc crudelissimi dæmones suis cultoribus pcipiūt, nō carnes cultris incidere, ut Baal sed hoc tantum, ama, & regna. An non dulcissimus diceretur dñs, qui seruis cōgregatis diceret, hoc tantum præcipio vobis, diligite me, & uos ipsos inuicem? Vere dulcis, & rectus dominus, propter hoc legē dabit delinquētibus in uia. Et præcepta eius desiderabilia super aurū, & lapidem pretiosū multū, & dulciora super mel, & fauum. Quid enim dulcius amore? Exprobrat Deus his, q adeo facilem legem non implent per Esaiā. Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel, non obtulisti mihi arietem holocausti tui & uictimis tuis nō glorificasti

Psal. 9.
Gen. 2.
B
Deu. 5.
1. Ioā. 5
3. Reg. 18.
Ps. 24.
Ps. 18.

A mæ. Nō reseruire feci in oblatione, neq; laborem, tibi præbui in thure. Nō emisti mihi argēto calamum, & adipe victimarum tuarū non inebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in pctis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatib. tuis. Quasi dicat. Facilia tibi imperaui, non imposui, nō extorsi a te multa, & pretiosa sacrificia, ut solēt heri a seruis multis operas exigere, non consumpsi substantiam tuam in sacrificijs meis, & tñ parua, & facilia pro me non fecisti, cum ego pro pctis tuis laborauerim usq; ad mortē. Quid obsecro facilius, ac suauius amore Dei, qui est naturæ cōformis? Si depicta ab aliquo artefice imago esset, q eius dē artificis esset forma, & effigies, cui rei afficeretur, quā diligeret nisi artificem?

Simile

B Quidnam hō est nisi imago Dei manu efformata, & ad viuum ipsum Deum exprimens? quō ergo Deum non diliget?

Deinde in hoc præcepto diuina bonitas splendet, & immensus in nos amor. Aug. ait, & merito. O pie domine, quid tibi ego sum, ut amari iubeas te a me, & miraris mihi ingēres miserias, irasceris, si nō faciam, multa promittis si faciam. Et quid amor meus, q delectaris in eo? Si potentissimus Rex ab uniuerso regno suo in maximo pretio habitus sūmo studio, & multis adhibitis ad inuentionib. curaret, ut a rustico uili amaretur, & maxima ei præmia proponeret, si eum diligeret, an non summam in hoc bonitatē, & dilectionem ostenderet? O Rex altissime, qui a cœlesti curia uniuersa immense

Augu.

C diligeris, qd opus tibi est amore nostro? viles uermes sumus, & tamē omni adhibita diligentia amari a nobis curas, & ingētia nobis bona promittis pro dilectione parua. Nam Paulus ait: Nec oculos uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus his, qui diligunt ipsum. Summa hęc Dei nostri bonitas, das nobis domine amorem, tui, & tui maximum donum est, & iterum donas gloriā pro amore, dās gratiam pro gratia. Vidistīne regem dicentem seruo, statuamus amicitia inter nos, & dabo tibi millle auri talēta? Maxima seruo gratia conceditur, si regis amicitia

1. Co. 2

dignus efficiatur: at uero quod Rex eā amicitiā emat magno dato pretio inauditum est. Deus uero noster ita nobiscū agit, quis famelico dat cibum, & pręmiū promittit, si comedat. Ideo rect. Ps. Deo loquēs ait. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in pręcepto? Quasi dicat, Nunquid iniustitia aliqua in te esse potest, aut minor aliqua æquitas, qn, ut præmio afficias amorē iucundissimum, fingis laboriosum esse, ut occasionem capias maxima præmia donandi pro eo? sicut cū Rex magna dona alicui cōcedere vult pro sua liberalitate, exaggerat nimiū & extollit paruū aliqd obsequiū, et fingit ardua et difficilia multa in eo obsequio, cum omnia fuerint facilia. Quomodo o domine laborāti mercedem negabis, qui non laborārē fingis laborare, ut eum possis præmio donare?

A

Ps. 93.

B

Simul etiam suauitatē maximā Deus nobis ostēdit, illud pręcipiēs, quod omnes pręstare possent. Si enim ieiunia pręciperet, eo modo, quo dilectionem, tanquam rem omnino necessariā saluti, infirmi ieiunare nō possent. Si eleemosynam sic præcepisset, pauperes excluderētur a regno. Cum uero dilectionem pręcepit, rem omnibus peruiam, ac facilem mandauit, amorem. n. nullus non præstare potest. Ex quo et patet, quā iustus Deus fuerit, & æqualis rerū distributor, q licet in temporalibus (quę nihil sunt) nos fecerit inæquales, tamen in ueris, & sempiternis bonis, quæ spiritualia sunt, æqualem omnibus dedit facultatem, ut quisque diues sit, quantum uoluerit: dilectionis enim thesauros, & hoc aurū ignitum, quo uere diuites sumus, quisque habere potest si gratiæ Dei non desit. Sed quoniam duplex est amor, concupiscentiæ, & amicitiæ, uidēdum est quo pacto utraque dilectione Deus a nobis sit diligendus. Amore concupiscentiæ diligimus illud bonum, quod nobis uolumus ut domum, diuitias, &c. Hoc amore diligendus nobis Deus est, tāquam summū bonum nostrum, quo habito omnia habemus, D. Tho. ait, ò si facillum Deum gustaremus. Res enim dulcis tripliciter potest apprehendi, auditu, uisu, gustu. Audis

C

D. Th. opusc. d. amore Dei.

A Audis cibū aliquē esse dulcissimū, afficeris ei. Vides illū, plus afficeris, quia uisus ut Aristot. plures rerū differentias percipit, & iō certius iudicat de re. Gustas cibū, tūc plene ei afficeris, q̄a tunc est sūma coniunctio. Audire est incipientiū, uidere proficientium, gustare perfectorum. Vis ò homo, Deo affici? interroga de eo, & audi bona Dei tui, ut saltē auditu eū percipias. Esaias ait. Audite audiētes me, & comedite bonū, & delectabitur in crassitudine aīa uestra. Postquam multa bona de Deo audieris, pfice ut uideas. Hic Psalmista. Vacate, & uidete, quoniā suauis est dominus. Anselmus, negotia omnia propone, ut consideres Deum tuum abscondere modicum, ut Deum contemplans, per intuitumq; cognoscens, ei magis afficiaris. Qui perfectus est Deum iā gustat, & ait cū sponsa. Fructus eius dulcis gutturi meo, ibi plene Deus cognoscitur. Auditus aliqd manifestauit de Deo, uisus plus aliqd, sicut reginę Sabba accidit quę ait, media pars eorum, quę sunt, mihi dicta non fuerat. Vnde uidens ait. Sicut audiuimus, ita & uidimus, imò & plus uidimus, quā audiuimus. Qui uero Deū gustat, plura de Deo percipit, unde plus diligit. Hæc D. Thomas ubi supra.

Aristo. Esa. 55 Ps. 44. Gen. 2. B Iob 41 3. Reg. 10. Psa. 45

Sed quoniā de amore concupiscentiæ loquimur, notandū est ex Diuo Thoma duplicē esse cōcupiscentiā, unam, rei pręsētis, et hęc causat delectationē, alterā, rei absētis, & hęc causat desideriū, et mouet ut res dilecta quęratur. In patria pręsens est beatis Deus, ideo summa perfruuntur delectatione. Nūc uero in hac uita absēs est Deus, & ideo charitas efficit desiderium Dei, & multa bona opera, quibus Deum q̄rimus. Hinc Sap. si quæsieris sapiētiā, quasi pecuniā, & sicut thesauros, effoderis illam, tūc scies Dei inuenies.

D. Th. opusc. de amore Dei C

Sed obijcies, ergo nūc nulla est iusto cōsolatio, & delectatio, cum dilectus Deus absens sit. Respondeo, imo est, & maxima, quia non est Deus omnino absens, est enim aliquo modo præsens, & possidetur ab anima per gratiā, unde et nunc delectationem efficit, sed non plenam, quia nō plene possidet. Sicut puer rex, qui sub tutoribus est, nec regni administrationem suscepit, est tamen dñs regni, A delectatur in regno, nondum tñ plene delectat, donec regni gubernationē suscipiat. Ita nos i Deo delectari possum, quia nr̄ est, licet non plene, donec eū uideamus facie ad faciē. Nec solū iustus delectari pōt in Deo, sed potiori, ac maiori delectatione, quam homo possidēs uniuersum mūdum. Sicut enim rex paruulus magis delectat in regno suo, licet illud non plene possideat, quam alter homo infimus in substantia sua, quā plene possidet, magnitudo enim boni efficit, ut ēt non plene possessum, plus delectet, quam bonū inferius plene possessū. Et cū memoratur rex paruulos, hoc regnū meū ē, & illud cito obtinebo, & eo fruar, plus hac cogitatione gaudet, quam alter oīa possessa substantia. Ita iustus, cuius Deus est, beatus est, ne beatus ē populus cui hæc temporalia sunt, sed cuius dominus Deus eius, & eius gaudij percipere pōt de tāto bono, quam peccator de omni mūdo lætitia. Crescit hoc iusti gaudiū quū uidet se appropinquare plena possessioni. Sicut gaudet esuriēs uidēs cibum appropinquare. Et tunc uelocius mouet homo in Deum, sicut lapis, cū est prope centrum. Ex dictis uero seqtur nobilitas, amplitudo iusti, uilitas & miserāda conditio pctōris. Augustinus ait anima media inter creatorem, & creaturas. Cum cōuertitur ad Deū, illuminatur, & perficitur, cum cōuertit ad creaturas obtenebratur, & uilescit. Philosophi antiq dixerūt, aīam creari i orizōte æternitatis, & tpis. creatoris, & creaturarū. Vn cum actu respicit, & nimiū afficitur tēporalibus, non pōt Deū respicere, & cū Deum respicit, tpalia obliuiscit, nobilitatur uero, ac pficitur, cum Deū cognoscit, & diligit, cognitione. n. & amore Deo coniūgitur, & unū cum eo fit. Cōtra uero de peccatoribus dr. Abominabiles facti sunt, sicut ea, q̄ dilexerūt. Iustus efficitur quasi alter Deus, peccator uero terreus & infimus. Ex dictis ergo colligit Deū a nobis diligendum amore concupiscentiæ tanquam summum bonum nostrū.

Sim. B Ps. 143 Augu. C Osee 9

Prou. 2 Simile

Ad eundem concupiscentiæ amorem in nobis excitandum aliæ etiam conducunt

A ducunt utilitates, quæ ex illo nobis proueniūt. Quarum prior sit. Si Deum diligis, eris dñs tui, & te ipsum tibi dabit Deus. Magnum aliquid petere uidetur Deus, cum ait: dilige me ex uno corde. Si totum contribuo tibi, omnia dedi, nihil mihi manet. Attēde Dei ingenium, cum magna donare uult magna postulat, cū maxima dare disponit, maxima ē petit. Multum a te petit, cum ait: dilige me ex toto corde. Sed audi quanta tibi donat primum, & maximum omnium donat se tibi. Secūdū donat te tibi ipsi. Si Deū non diligis tuus nō es, imo tibi maximē aduersarius, & tantum tibi infers malū, ut uniuersitas creaturarum tantū tibi in-
B ferre nō possit. Sūma inferni mala sunt, sed quis nā eorum causa, nisi peccator, quia Deū non dilexit. Cōgrega uniuersa mundi bona, pone inter sydera sedem tuā, si Deū nō diligis, plus mali tibi congregas, quā uniuersa creatura tibi efficere potest. Et deinde cum Deum nō diligis, tuus non es, sed tyrānorum. Dicere potes illud prophetæ. Possederunt nos Dñi absq; te. Et illud. Serui dominati
Esa.26 sunt nostri. Seruus es dęmonis, seruus cu-
Thr.5. piditatis, seruus diuitiarū, & deliciarū. Et sicut seruus tuus non est, sed dñi, ita
De.28. tu tuus nō es. Impleturq; in te illud. Eo quod non seruiens domino Deo tuo in gaudio cordisq; lætitia, propter rerum oīum abundātiam, seruies inimico tuo, quem immittet dominus super te, in fame, & siti, in frigore, & nuditate, & po-
C net iugum ferreum super ceruicem tuā, donec tē cōterat. An nō experiris miser peccator iugum ferreum, quod dæmon posuit super ceruicem tuam? An non uides te a passionibus pessundari. Vis in libertatē afferri, & uindicari? vis te tibi restitui? Vis redimi? Dilige Deū, & captiuitatem amoris diuini tibi elige, ut liber sis. Vos fratres in libertatē uocati estis. Sed ais. Licet in uitiorū captiuitate misera uerser, multis tamen fruor delicijs, quas amittam, si Deū diligere uoluero. Audi, qd facias, sacrificia has Deo, & nō eas amittes, sed potiores habebis, & meliores, de ea taberis in domino, & habēs Deū in eo plus gaudebis, quam in omni alia re. Audi quod Abrahę acciderit, hoc
A enim ipsum tibi accidet. Erat ipsi Isaac
Ge.22. charissimus, erat Isaac risus patris, hoc enim sonat Isaac, erat gaudiū Abrahæ: Loquitur ei dominus, tolle filium, quem diligis Isaac, & offer illum ibi super unū montium. Offer tu Deo, tuo gaudiū inane, quo frueris, risum, quem reputare debes errorē, & nō peribit hic risus tuus, non auferetur a te gaudiū, sed mutabitur in melius. Et quemadmodū Abrahā uiuū, & benedictū a Deo reportauit Isaac, ita tu gaudiū cœleste recipies multis partibus auctum super mūdanum gaudiū.

Altera utilitas, quā ex diuina dilectio-
ne reportabis, ea est, quod uniuersa, quæ B
in mūdo sunt, tua erunt. Deo tibi ea donante, qa cor illi tradidisti. Tua erit paupertas, ex qua fructū colliges. Tua infirmitas, ex qua animæ tuæ medelā reportabis. Tuæ diuitiæ, quibus ut dñs uteris pro libito. Tuum cœlum, & terra, tua vita, & mors. Oīa uestra sunt uos autem 1.Co.5
Chři, Paulus ait. Sicut. n. tua dicitur domus, qua protegeris tuus ager, qa ex eo fructus colligis, ita diligētis Deū uniuersa q in mundo sūt sua esse dicūtur, qa ex Ro. 8.
oībus fructū colligūt, hā diligentib. Deū oīa cooperantur in bonum, ut Paul. ait. Contra uero is, qui Deum nō diligit. nihil habet, qd suū merito dicere possit, quia licet plurium rerum dominium habeat, nullum tñ sibi ex eis fructum colligit. His, quæ caduca, & peritura sūt, manifeste non utitur in profectum, quin po- C
tius in damnum, dum his peccat, & aīæ suæ necem infert. Sed, quod magis mirādum est; nec spūalibus bonis, & donis cęlestibus pficit, si sine charitate ea possideat, ut Paulus ait: Si linguis hoīum lo- 1.Co.3
quar, & angelorum, charitatē aut ē non habeam, factus sum velut æs sonās, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiā, & nouerim mysteria omnia, & oēm scientiam, & habuero oēm fidem, ita ut montes transferā, charitatem aūt nō habuero, nihil sum. Et si distribuero in oībus pauperū oēs facultates meas, et si tradidero corpus meum, ita ut ardeā, charitatem aūt non habuero, nihil mihi prodest. Ex nulla re igit fructū sibi colligit

A ligit, qui Deũ nõ diligit, nulla res ei prodesse põt. Qui ergo Deum diligit, sui ipsius dñs est, & oĩum rerum, & tandem Dei ipsius, qui eius est, qui eũ diligit. Sũmæ hæ utilitates sunt, ut Deũ diligam⁹.

Sed qm̃ est amor amicitiæ, non respiciens qd mihi utile est, sed qd amicũ decet, & hoc amore tenemur etiam diligere Deum, eum explicari a nobis oportet.

D.Th. 1. 2. q. 25. Dionys. D.Tho. 1.2.q.25. ait ex Dionysio, primus amoris effectus est unio, amor.n.ẽ vis unitiua, ut Diony. ait. Et Aug. amor

Aug.8. de Tri. est quasi iunctura quædam, duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem.s.& quod amatur. Duplex est unio, B ait D.Th. una realis, rei ad rẽ, & hãc causat amor, efficiẽs, ut amans quærat amatem, & ei iungatur. Altera unio secundũ appetitum, & hanc causat amor concupiscentiæ, apprehendens rem, vt suam, & sibi conuenientem. Amor uero amicitiæ eam causat, in quantum alteri vult

Arist.2 Polit. bonum, sicut sibi. Hinc Arist.2. Politiq. ait. Aristophanes dixit, quod amãtes desiderant, ex ambobus fieri unum, sed qa ex hoc accideret, aut ambos, aut alterũ corrumpi, quærunt unionem, quæ cõuenit, & decet, ut.s. simul conuersentur, simul colloquantur, & eadem velint, vt idem sit eis velle, & idem nolle.

Cum ergo amor amicitiæ uniat uolũtatem iusti volũtati Dei, ut idem velit q̃ Deus, attendendũ nobis est, & diligẽter inspiciendũ qb. quasi gressib. diuina volũtas ꝓcedat: eisdẽ.n. beatus in cœlo, ubi charitas perfecta est, eisdẽ ẽt pro modulo suo iustus procedit in uia. Primũ vult C Deus sibi ipsi oẽ bonũ, qd hẽt infinitam gloriam, & esse infinite perfectũ. Cũq; illud obtineat, infinite in se ipso delectatur, & gaudet. Hoc Deus necessario, & naturaliter vult. Deinde liberè vult creaturis bona pp gloriã suã, vt in eius bonitas appareat. Ad eũdẽ modũ charitas pfecta beatorum efficit, ut uelint Deo oĩbus suis virib. infinitam gloriam, & infinita bona. Cumq; videant in Deo vniuersum quod ipsi desiderant, resultat in eis fructus S iritus sãcti, & charitatis, gaudium tantum, quod explicari nõ potest, quia in sibi dilectissimo Deo vidẽt bonũ infinita. Et hoc est præcipuum beati gaudium, nec.n. adeo lætatur beatus de gloria propria, ac de Dei gloria. Hoc est gaudium illud, de quo dicitur, intra ĩ gaudium domini tui. Sicut.n. Deus primo gaudet de gloria sua, ita, & beatus. Et sic ingreditur in pelagus illud immẽsum diuini gaudij, efficitq; illud suum, intra in gaudium domini tui, dum de eo magis gaudet, quã de proprio. Hinc efficitur, ac procedit, ut omnes cœlestium cantus resonent Dei laudes, & gloriam, non suam. Audiuit Esa. cælestes spiritus Esa. 6. cantantes. Audiuit & Ioannes sæpe, sed Apo. 5. non audierunt dicentes, o fœlices nos, o beatos, o diuites. Sed potius sanct⁹ Deus nr̃ sanctus, sanctus, dignus omni honore, & benedictione, ipsi gloria, honor, & B potestas. Licet.n. se videant summa perfrui gloria, ac bonis, magis tñ lætantur, de diuina, q̃ de sua beatitudine, & iõ illã decantant, eamque semper loquuntur.

Deinde beati diligunt maximè proximum, & buna ei maxima desiderant, qa in illis Deus glorificatur. Et hinc fit, vt beati beatis velint maximam gloriã, & plus velint gloriam Christi, & Mariæ, quam suã, quia in illis maxime Deus glorificatur, & gloriam propriam uolunt, quia ita Deus in eis glorificatur, neç ampliorem sibi desiderant gloriam, quã obtinent, quia Dei uoluntati omnino conformes sunt, & vidẽt uarietate, aç diuersitate beatorum maxime Deum glorificari. Optant præterea beati nobis maxima dona cœlestia, & uniuersa bona, vt Dei etiã gloria, ac bonitas in nobis splen C deat, & ideo pro nobis ardenter orant.

Ad huius cœlestis Hierusalem similitudinem in corde nostro effomãdũ est habitaculũ Deo. Et qui in charitate Dei perfici vult oporter, ut omnem cupiditatem, & proprium lucrum a corde expellat, & Dei sui præsentiã in corde iugiter teneat, velitq; Deo infinita bona, & immensam gloriam, qualem ipse hẽt. Complaceatque sibi in bonis Dei, gaudẽs, eo quod Deus ĩ se bonus, & infinitus est, oĩ ornatus perfectione. Hoc opus est perfectę charitatis, ad hunc amorẽ, & gaudiũ inuitat nos sæpe scriptura. Vnde ps. ait: Ps. 31.

A Exultate iusti in domino. Et Pau. Gaudete in Dño semper, iterum dico gaudete & Psal. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Hoc fuit gaudiũ illud Mariæ, de quo ipsa ait. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Et iterum Psal. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Ait etiã carnem exultasse, quia ex redundantia spũali dulcedinis animæ solet caro exultare. Hoc amore inflammatus August. dicit dixisse. Si ego esse Deus, & tu Domine esses Augu. facerem ego te Deum & me Augustinum. Hoc charitatis gaudiũ multa bona efficit in nobis. Primũ, multorum bonorum operum causa est, ne gaudio enim languet aĩa in operibus suis. Vnde Aristot. dixit, Delectationes adaugẽt operationes. Hinc Esd. Gaudiũ Domini est fortitudo nostra, quia vires pbet, ut bene operemur. Secũdũ hoc spirituale, & inenarrabile gaudium efficit, ut terrenũ, & uile despiciamus. Sine gaudio n. esse non possumus, & qui celeste non habet, terrenum quærit, qui vero celeste obtinet, facile spernit caducũ, & uanum: gustato. n. spiritu, desipit omnis caro. Tertium cum iusti multis tribulationib. & malis opprimantur, & lachrimis abundent, hoc gaudium est, quod omnẽ lachrymam abstergit, & iustos consolat & reficit. Multæ tribulationes tibi sunt multi dolores, multæ lachrimæ uis consolari? Audi quid Psal. fecerit. Memor fuit Dei, & delectatus sum, & defecit spiritus meus. Recordare bonorũ Dei tui & hoc magis te oblectabit, si eum diligis C quem contristabit quicũq; tribulatio. Audi Iacob dicentem filio dilecto. Iam letus moriar, quia uidi faciẽ tuã. Quasi dicat. Malum omnium terribilius quod est mors, non poterit a me lætitiam hãc tollere, q̃ de conspectu tuo capio, quia diues, & potẽs es. Si gaudes uidẽs multa bona in creatura delicte, gaude potiꝰ uidens infinita bona in Deo super oĩa dilecto. Gaudẽ etiam in bonis Dei tui, q tua sunt oĩa. Si amicorum omnia sũt communia, si parentum bona filiorum sunt, reputa omnia Dei bona tua esse, q a amicus, & pater tuus est. Ideo aiebat Socrates, omnia bona Dei esse bonorũ. quia illi amici Dei sunt, Dei potẽtiã tua est, Dei sapientia tua quia cum oportuerit pro te miracula facere, sapiẽtiã ostẽdere, sine dubio faciet. Iõ factus homo attributa sua homini dedit, ut scias, omnia diuina tua esse. Plorabat Anna, & ait ad eam Elcana vir eius. Quousq; luges, non ne ego melior sum tibi, quam decem filij? Quid luges o anima mea, nunquid Deus tuus non est tibi melior, quam uniuersa temporalia, propter quæ doles.

Ph. 4. Ps. 36. Ps. 83. B Arist. 2. Esd. 18. C Ge. 46. A Socra. 1. Re. 1

Sed obijt Bernardus. Quomodo mihi dicis, gaude in Domino semper, quasi in mea esset potestate gaudere? sæpe nel leui gaudere, nec possum. Respõdet Bernardus affectus appetitus in nostra potestate non semper, si tamen a nobis excitet, & curetur, facile illũ inueniemus. Sicut dicit psalmista. Laboraui in gemitu meo, idest, laboraui, & curaui, ut gemerem, & continuo tanta adfuit lachryma rum redundantia, ut lauare possem per singulas noctes lectum meum. Vis dolere de peccato? nec adest tibi dolor audi consilium, labora ut doleas, affige carnem cõsidera mala peccati. Ita si uis gaudere de Deis bonis, & non adest tibi gaudium, labora, ut gaudeas, considera bona Dei tui gaudebis.

Ber. ser. 5. in ca pit. ieiunij. B Psal. 6.

Ex hoc amore amicitiæ prouenit, ut curemus oĩa nostra opera in gloriam Dei facere. Iuxta illud Pauli, siue ergo manducatis, siue debitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriã Dei facite, quoniam Deus dignus est, qui ab omni creatura glorificetur, etiam si nullum inde commodum sequeretur. Hac ergo charitate ducimur, ut curemus in omnibus Deo placere.

1. Cor. 10. C

Ex hoc etiam amore procedit pximi dilectio, qua ei bona spũalia uolumus, & cinamus, & tẽporalia ut decet, qa in his Deus glorificatur. Ex eodẽ gaudiũ innascitur de bonis proximi, & dolo de peccatis, qa Dei offensa sunt. Hinc oritur cura uitandi, & tollendi peccata, zelus, quo mouetur iustus in peccatores, & demum vniuersa bona, & uirtutũ actus ab hac charitate procedunt, non-

q dem

A dem eliciente, sed imperante, & perficiē te omnem uirtutis actum. Ipsa enim est omnium uirtutum regina ac forma, &c.

IN EADEM DOMINICA
Decimaseptima post Pentecost.
Concio Tertia.

Them. Diliges Dominum Deum tuum, &c. Matth. 22.

DVplex hodierno in Euāgelio quæstio proponitur. Prior Christo Domino, & a doctore illū tentare uolēte, & respondet ei Christus, nec solum quæsito respondet, sed etiam non quæsito. Interrogatus enim de maximo, & primo mandato, postquam illud explicuit, adiecit. Secundum mādatū simile est huic: B diliges proximum tuum, &c.

Ps. 118 Altera quæstio proponitur a Christo Domino Pharisæis. Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? & diminute ei respōdent, quia solū cum dicunt filiū Dauid, cum sit etiam filius Dei. Vt utrūque uideamus, necessaria nobis gratia est, quam petamus per Mariam.

Merito Regius Psal. ait: Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea aīa mea. Et iterum. Reuela oculos meos, & cōsiderabo mirabilia de lege tua: An nō mirabilis, & stupenda dignatio ea, quę hoc mādato exprimitur, ut uelit Deus amicus esse hominis, & qui nos dilexit uelit a nobis diligi, ut amicitia perfecta constat. D. Th. multa de hac re dixit, opusculo de amore Dei. Vbi citat Aug. dicentem. Obstupesce anima mea dignationē Dei erga te, nobilitauit te, cōstituens dominum omniū inferiorū, oīa subijciēs C sub pedibus tuis. Et qui dominaris uniuersę corporali creaturæ, non mirū esset si Angelorum, saltē Seraphinorū subderis imperio. Sed non sic tecum actum est, immediate Deo subderis, sed dilatare usque ad mortē prę admiratione, cui debueras seruus esse, iubet, ut sis amicus. Vnde ait: Iam non dicam uos seruos, sed amicos. Hoc est, diliges Dnm Deum tuum, quoniam ipse prior dilexit te, statue cum amicitiam. A

[Margin: D. Th. opusc. de amore Dei. Aug. — Io. 15.]

Vt amicitia stabiliatur necessarius est amor utriusque amici. Dei erga nos amor æternus & infinitus est, diligis oia quæ sunt. Vt noster non desit amor, primum, & maximum legis mandatū proponitur, diliges Dominū Deum tuum. Sed dices. Quomodo hunc amorem habere potero? & quibus iuuari potero, ut Deum diligam meū? Imo uero quomodo poterit nō diligi Deus. Quid illi deest ut nō diligatur? Tot sunt motiua diuini amoris, ut cōfundi nos oporteret, quod necessarium sit, præcipi nobis hanc dilectionem. Si bonitas, & pulchritudo diligitur, quomodo nōn diligenda bonitas, & pulchritudo infinita? si beneficia amare compellunt, quomodo non diligendus De⁹ perpetuus, & iugis benefactor. B

Sed si adhuc indiges adminiculis, ut hunc in te amorem excites, audi. Diuus Thomas ait: Secundum Anselmum tripliciter potest Dei amor in anima, generari, quasi naturaliter, uoluntariè, & mirabiliter, seu supernaturaliter. Et sic anima consideratur uel ut natura est, uel ut deliberatiua, uel ut illustrata gratiæ muneribus.

[Margin: D.Th. opusc. de amore Dei. Ansel.]

Primo modo quasi naturaliter generatur in nobis diuinus amor per beneficia nobis a Deo concessa. Cum dicimus naturaliter generari, intelligendum nō est charitatis donum esse a natura, a gratia etenim procedit: sed sic accipiendum est ut adiuuante gratia Dei, naturalis īclinatio adiuuet, ut diligamus. Nā, & in brutis amor cernitur circa beneficos. Hinc Iob. Interroga iumenta, & docebunt te. Iob 12. Et ad modū naturæ procedere uidet hic amor ab anima. Sicut enim in generatione naturali agens agit in sibi cōtrarium per contractum, & coactionē, ut sibi assimiletur, sicut cum ignis agit in lignum calore expellens frigiditatē, & cū actio durat, tādem ex ligno fit ignis. Ita Deus diligens peccatorem, cum adhuc inimici essemus, nihilomin⁹ nos dilexit, & ardenter dilexit, tanq̄ ignis consumens, ut dr̄ Deute. 4. & appropinquans hic ignis diuinus peccatori, illum tāgit beneficijs, & disponit ad amicitiam. Incipit primum

[Margin: Simile C]

A mum calefacere, iuxta illud Psalmi. Tāge mōtes, & fumigabunt. Et perseuerās in benefaciendo tādem cor humanū superat, ac ignit, iuxta illud. Ignē ueni mittere in terrā, & quid uolo, nisi ut ardeat? Et cū sit naturalis uis in reb. ex similib. similia procreās, dr, quasi naturaliter generari in nobis Dei amicitiā ex Dei amicitia, iuxta illud Ioā. Fratres, diligamus Deū, qm ipse prior dilexit nos. Vt uero id percipias finge me ad te nūcium ueni re, ac legatum. Ingressus ergo domū tuā & te seorsum alloquēs, hic aio. Aduētus mei causa in domū tuā est, ut amicitia iūgaris cū principe maximo, q hac de causa me ad te misit. Rńdebis mihi, quanā

Ps. 143

Luc. 12

1. Io. 4.

Simile

B de causa eū diligā? qa ille uehemēter diligit te. Ais tu quō ergo ei⁹ amorē agnoscā? Et ego, Attēde quæ ad te mittit munera. Et ostio aperto īgredit̄ seruus principis, deferēs tibi munus, q mille aureis nummis ęstimatur. Cōtinuo ingreditur seruus alius, qui munus defert, cuius pretium esset decē milliū aureorum numorū. Et statim alter intraret donaria deferēs tibi infiniti pretij. Et demū alius qui epistolā defert principis, qua te obsecrat ut ei⁹ sis amicus, promittens tibi uniuersū regnū suū, si ei amicitia coniungi velis. An nō tibi manifeste cōstaret his acceptis donis, & epistola, in sūmo te habere pretio ab eo principe? An nō manifeste

C cerneres, diligi te ab illo? An nō excitaretur animus tuus, ut eū in amicum tibi sumeres, q pręcipuo te amore diligit, & tāta in te beneficia cōtulit, & maiora cōferre paratus est? Sed quid faceres, si uniuersis illis donis ad te missis uideres demū ad te mitti cor ipsum principis ut testem amoris sui in te? Quis hūc amorē non diceret immensum, & quasi uim inferentem amico? Hæc omnia nobiscū fecit Deus. Si rectis oculis oīa naturalia inspiciamus. Dic mihi obsecro, a quo putes tibi cōcessam animam corpus, & omnes eius uires? a quo terrā, aquam, aerē, ignem, solem, lunam, stellas, quorum beneficio uiuis? A quo uniuersa, quę sub cęlo sunt, quib. frueris? Hæc, q naturæ beneficia dicuntur, Dei beneficia sunt, Dei dona, quę ad te mittit: ut. n. ei⁹ amorē in

spicias, eumq; diligas, Dñs De⁹ tuus hæc condidit, & creauit in ministerium cunctis gentib. ut dr in Deut. caue, ne adeo sis inscius, ut ad te dicatur illud prophetæ. Et hæc nesciuit, qa ego dedi ei frumētum, uinum, & oleum, quę fecerūt Baal. Sed nunc horum donorum pretium attende, quo pretio æstimares terrā, elemēta, solem, pluuiam oculos, manus, pedes. Non mille aureis nummis, nō mille talentis, sed inęstimabili pretio. Ecce ergo pretiosissima dona a Deo accepisti, quæ signa sunt amoris ipsius ī te. Deinde cor suum tibi misit cū filiū, qui est in sinu patris, in terras destinauit. Sic Deus dilexit mundū, ut filium suū unigenitū daret, o donū infinitū, fidelē amoris testē. Deinde epistolā diuinæ scripturę ad te mittit, qua petit, ut eum diligas, promittens tibi cœleste regnum, si eum dilexeris. Nūc o homo te urgeo, his acceptis beneficijs Deum nō diligis? Vidisti ne lignū, oī ex parte igne circundatum, per triginta annos, nec tñ ardere? Stupendū certe pdigium, cur humanū, in qd tā potēs ignis tāto tpe agit, nec tñ igne amoris absumitur. Vide inter quas si prunas amoris, & beneficiorū Domini tui. Dilexit me, ait Paulus, & tradidit semetipsū p me. Me totum debeo creatori meo, item totū me debeo gubernatori meo, itē totum redēptori meo, item totum iudici meo, pro peccatis meis, cui debeo decem millia talenta, itē totum glorificatori meo, cui horum me dem, ut soluā, ignoro. Hinc propheta. Quid dignū offerā dño? Indicabo tibi o ho, quid sit bonū, & quid Deus requiret a te, solicitum te ambulare cum Deo tuo. Hęc solicitudo amoris ē amaet exoluisti debita uniuersa p modulo tuo.

Attende præterea, ferocissima bruta mãsuescere in beneficos, & eos diligere. Leo, Vrsus, Elephas diligunt pascētes se, solus homo ad beneficia ingratus cernitur. Ideo Esaias ait. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit. Merito Iob ait. Interroga iumenta, & docebunt te. Pudeat te a iumētis superari gratitudine cū ea superes itellectu. Quasi naturaliter, & quasi necessario diligis diligen-

A

Deu. 4.

Ose. 2.

Ioan. 3

B

Gal. 2.

C

Mic. 6.

Esa. 1.

Iob. 12

A gētem te, cur non Deum? Tāta rēs amor est, vt alio quam amore cōpēsari nō possit. Dei uero in te amor adeo patēs est, vt de eo dubitari nō possit, euidētissima n.
Ps. 52. testimonia dedit. De quib. Psal. Testimo
Ge. 29. nia tua credibilia facta sunt nimis. Testis cælū, terra, elementa omnia, & quicquid in eis est. Et si hi testes non adeo fide digni tibi apparēt. Testis crux, claui, flagella, insidians sāguis, & mors Dei, amore tui. Et cum hæc oīa patitur, eo uidentur præ amoris magnitudine. Et licet repleta sit malis aīa eius, & saturatus opprobrijs nihilominus tñ amor non erat impletus, sed clamat, sitio. Ad tanti amoris
Io. 19. conspectum & lapides franguntur, nec
B cor tuum emollitur. Ad iumenta recāte miseriā, ut disceres diligere: sed nūc abi, ad durissimos lapides, & disce diligere.
Iob 41 Emollite humanū cor, ne forte de te dicat illud Iob. Cor eius indurabitur tanquā lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Si n. hoc amoris igne non ardes, ignis interni seruatus tibi est, quo ardeas in æternum. Quasi ergo ad modum natu regeneratur in nobis diuinis amor beneficijs à Deo susceptis. Iuxta illud prophetæ.
Osee 11 In funiculis Adam traham eos in uin
Hiero. culis charitatis. Vbi Hiero. idest in funiculis hominum, quib. homines duci, & trahi consueuerunt, nempe beneficijs, et dilectione. Notanter uero dicit, traham, quod vim quādā significat. Quasi dicat. Tanta erunt mea ergā illos beneficia, vt quodammodo cōpellā eos diligere me,
C & quasi uim quādā suauem eis inferam, ið eos ligabo beneficijs, quasi funiculis. Secundo mō generatur in nobis diuinus amor per deliberatione. Nā in recta deliberatione (vt Aristoteles ait) præminus præligitur, & præamatur. Vnde ait, Aristoteles, nullus dubitat, utrū beatitudo, an diuitiæ sint præeligēdæ, pp nimiā præeminentiā beatitudinis ad diuitias. Cū alicui proponit massa auri, & ferri, ut eligat alterā ex ipsis, statim eligit aurū. Sic ergo anima deliberans, utrum Deū eligere debeat, ut creaturam, uidebit in Dei manifestam excellentiam, & Deum eliget. Hinc dī Deuteronomij 26. Dñm elegisti hodie, ut sit tibi Deus. Nūc ergo deliberemus, qs nobis sit in amicum eli A
gendus, uel Deus, uel alia quæuis creatura. Seneca ait, tu cum amico tuo omnia Seneca
delibera, sed de ipso primum. Oia illa quæ ad amicum pertinent, in Deo manifeste excellētissima sunt, ut merito dicat Can. 5.
sponsa. Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus.

Primò, naturę cōformitas solet amicitiam cōciliare. Hinc Sapiens ait. Omne Ecc. 13
animal diligit sibi simile. Nihil uero tibi similius Deo, tu enim ad eius imaginem firmatus es. Et ut oī ex parte tibi similior redderet, factus est hō, ut omnino similem plus diligas. Ideo sæpe se dicit filiū hominis. Sed taliter est homo, ut sit præ omni homine diligendus, primo pp B
causam, secundo pp statum. Propter causam quidem, quia si diligis hominem, qui tecum factus est homo, magis debes diligere eum, qui propter tecum factus est hō. Non solum homo est, ut alij, sed causa, pp quam factus homo est, tu es, cui iusmodi alium hominem non inuenies. Propter statum uero, quonia nisi homo diligitur, maximus homo præcipue est diligendus: vnde solet homo in amicum præeligere magnatem, aut principem. Hic ergo homo Deus est maximus ho Ap. 19
mo, quia rex regum, & Dominum domi Simile
nantiū. Qua uero parte Christus Deus est, nobis simillimus est. Si amare posset imago depicta, magis diligeret imaginē existentem in mente artificis, secūdum quam facta est, quam aliam imaginē sibi similem ab eodem artifice factā, quia C
magis est similis imagini existenti in mēte artificis quam alteri. Sic si homo diligit hoiem, quia est imago sibi similis a Deo depicta magis tenetur diligere eā, qui est in mente Dei secundum quam ipse factus est, quæ est verbum Dei.

Secundo, utilitas, quā ab amico sperare potes iuuat maxime, ut cū ab eo ami Pr. 19.
citias iungas. Hinc Sap. Multi colūt personā potentis, & amici sunt bona tribuētis. Te rogo, a quo recepisti uel recipere Ro. 8.
speras dona, sicut a Deo q proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit illum, qūo non cum illo omnia nobis donabit? Et Iacobus omne datum Iaco. 1.
opti-

A optimum,& oẽ donum perfectũ de sursum est, descẽdens à patre luminũ. Quis vnquam amicorum tibi dedit filiũ tuũ, aut spũm suum? Deus vero hæc tibi donauit, quæ inenarrabilia dona sũt. Deinde, quę tibi donat amicus, dat mutuo, redditionẽ expectans. Sic ait amicus quidã.
Lu. 11. Amice, accõmoda mihi tres panes, semp in. amici aliquam retributionẽ sperare solent. Solus Deus donat irredibiliter, q bonorum nostrorũ non indiget, ut Psalmista ait.
Ps. 15. Et si amicus aliquid tibi donauit plus illud a Deo accepisti, quã ab amico; Deus.n. fons omnis boni est, Potius
B uero diligendus est fons effluens, quam canalis, per quem aqua decurrit. Deus namq; inclinauit cor amici tui, ut tibi be
Pr. 12. nefaceret. Hinc Sapiẽs. Sicut occasiones aquarũ, sic cor Regis in manu domini, quicunque uoluerit uertet illud.

Ad hanc utilitatem, quã in amico quęrimus, pertinet, ut amicus participet mala amici, & ea ab amico tollere curet. Quia in re multi deficiũt amicorum. Sed hac in re apparet diuinus amor, q ĩ natura sua non ualens malis tuis cõicare, assumpsit alienam naturam, ut cõmunicans malis tuis consolaretur te, & oĩa tua mala tolleret. Quinq; uero mala terribilia esse, ait Aristoteles, infamiã, inopiam, ęgritudinem, inimicitias mortem.
Esa. 51 Infamiã suscepit, dũ cum iniquis reputatus est, inopiã, cum diues esset, pro nobis
C egenus factus est, & vir factus est dolorũ, sciens infirmitatem, Et odio habitus gratis, & tandẽ in cruce tui cã occubuit, quid amplius mali tui potui accipere, vt te reficeret? & ea uniuersa a te tolleret?

Tertio mirabiliter, & supernaturaliter gñratur in nobis diuinus amor p gratiam. Hinc Paulus. Charitas Dei diffusa est ĩ cordibus nostris per Spũm sanctũ, qui datus est nobis. Sicut.n. dat homini Deus esse naturale, & potentias, quæ ab essentia fluunt, ita dat gratiã, & uirtutes ab eo procedentes, inter quas præcipua, est charitas, ad quã habẽdam licet homo disponi possit, non tñ ei dabitur, nisi Dei gratia, & dono, Sicut ergo filijs Aaron ignis de cœlo dat⁹ est, quo sacrificia Deo accepta offerẽt, ita de cęlo nobis charitas datur Dei dono. Ab illo ergo petẽda est. A

Demũ, in hac diuina dilectione atten
Ro. 9. dẽdum est, exigi eam a nobis ex toto corde, anima, & uiribus, ut innuit, nihil in anima, & corpore esse debere, quo Deo nõ obsequaris: intellectum i illum corde, memoria illius recordare, uoluntate dilige, sensibus cunctis inserui, & peccatum in illum nullo modo admittas.

Sed attende, duplicẽ esse Dei dilectionem. Prima dilectio omnino necessaria ad salutẽ est, qua fortiter inhærens Deo, obediens mandata eius, & statuens peccatũ graue nõ admittere, et si uita tibi p fundẽda sit. Hanc dilectionem expressit B
Psal. cum ait. Iuraui, & statui custodire legẽ tuã. Est uero al'a dilectio perfectior q̃ pcipue dici põt ex toto corde, q̃ subiecto exẽplo manifesta fiet. Vidisti aliqñ Simile
uxorẽ sũmo affectu uirũ diligentẽ, quæ nõ solum firmiter statuit, proditionem in uiro non admittere, nec adulteriũ, sed ãtira uiro affecta est, ut curet illius agnoscere ingenium, & oĩa, quæ ei maxime placent, ex illo in oĩbus uoluntatẽ eius, impleat, & nec minimis ab eius uoluntatem aberret, dilecti ex toto corde dr̃, et. Sit̃is huic dilectioni perfectorũ amor est, qui Deum ex toto corde diligunt, in oĩbus curantes diuinam implere uoluntatem. Deo per oĩa placentes, quarũ cibus est, facere uoluntatẽ Dei, & in nulla alia re delectãtur, nisi in Deo suo. Tu scis, q C
nõ sit læta ancilla tua, nisi in te domine, ait regina Hester. Hinc August. Mi Hes. 14
nus te amat, qui tecum aliquid amat, q nõ propter te amat. Hic Deus amor perfectus, licet creaturas uideat, sed nõ ĩ eis sistit, sed sicut colũba ad arcam reuertitur, dicens: quid mihi est in cœlo, & a te quid uoluit sup terrã, Deus cordis mei; Gen. 8.
Hãc dilectionem nõ impedit res aliqua Psal. 2.
mundi, q̃a oĩa in Deum conuertit, efficiturq; in aĩa illud Canticorũ. Murenulas Cant. 1
aureas faciemus tibi uermiculatas argẽto. Dummõ murenulæ aureæ sint, argẽtũ impedimẽto non est, sed ornamento; Quia si pfecta charitas in aĩ manet, substantia, & reliqua omnia temporalia, in Dei gloriam iustus cõuertit, & sic auro, & argento anima ornatur, atque perficitur,

A tur. Satis hæc sint de Dei dilectione, ut de reliquis initio propositis differamus.

Addit Christus Dñs. Secundum autẽ simile est huic, diliges proximum tuũ sicut te ipsum. Dr̃ simile hoc mandatum primo multis de causis, primo, quia eiusdem speciei actus, ab eadem virtute elicitus. Secundo similes in obligatione, qa sicut primum non consulitur, sed præcipit, ita, & sm. Tertio in authoritate, qa diuinum, & non humanũ præceptũ est. Hinc Ioãnes. Hoc mãdatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat, et fratrem suum. Et iõ omnes traditiones humanæ cõtra hoc præceptum sunt nul æ, sicut Christus dns ostẽdit Mat. 12. Quare, & uos transgredimini mandatũ Dei pp traditiones uestras. Quarto mãdatorum diuinorũ quędam sunt ceremonialia, quędam iudicialia, quædã mortalia, & hęc potiora sunt illis, & illis ab rogatis per Christum, hæc ampliata sũt dicẽte ipso. Non ueni legẽ soluere, sed adimplere. Vnde ait, audistis, qa dictum est antiquis, non occides, diliges proximũ. Ego autẽ dico uobis, nolite irasci diligite inimicos uestros. Moralia ergo præcepta firmissima sũt inter diuina. Sicut ergo primum mandatũ est morale, ita & sm. Et ideo per Christum extenditur, et ampliatur. Et ideo dr̃ mandatũ nouum quia noua interpretatione, & extẽsione datum per Christum. Quinto mãdatorum Dei quædã tpalia sunt, quædã æterna: tpalia, ut de custodiẽdo Sabbatho, & fide, & spe. mandata pro hac uita constituta sunt, & in futura cessant. Sed dilectionis mandatũ æternũ est, quia Charitas nunq̃ excidit. Omnib. ergo nominibus hoc mandatum dicitur maximum Dei mandatum, & simile primo. Hæc Diuus Thoma opusculo de amore Dei & proximi ubi plura de hac re.

1. Ioã. 4

B

Mat. 5.

C

1. Cor. 13.

D. Th.

In hoc uero mandato illud ualde cõsiderandum est, adeo Deum diligere hominem, ut nihil habere uelit Deus, qđ homini non concedat, & participes nos esse vult omnium eorum, quæ ipse possidet. Gratum Deo maxime est cor homi nis. Vnde ait. Fili præbe mihi cor tuũ, & nihilominus huius cordis partẽ homini concedere vult dicens, dilige etiam proximum. Vt participes simus corporis, q̃ sibi assumpsit in suppositi unitatẽ, illud nobis sacramento reliquit, Et participes simus cordis humani ait, diliges proximum tuum sicut teipsum. Nec solum partẽ cordis homini concedere vult, sed maximam partem, cum ait, diliges proximum sicut te ipsum. Amor.n. quo nos ipsos diligimus, maximus est, & hoc amorẽ uoluit mensuri amorem proximi dicens, sicut teipsum. Regula diligẽdi p ximum sit dilectio tui. Sicut cũ petis ab opifice, ut opus aliquod perfecte faciat, dicis ei: Fac hoc opus quasi tibi facere, ita ut maximum exigeret amorẽ in pximum, ait sicut te ipsum, ita illum dilige.

Pro. 23

A

Simile

Sed interrogas, quõ me, & proximũ diligam? Rñdeo. Diligere, est uelle bonũ alicui, diligere te, est uelle tibi bonũ, diligere proximum, est uellet proximo bonum. Sed quia plura sunt bonorum genera, talis erit amor, quale fuerit bonũ, quod tibi aut proximo uis. Est.n. bonũ, quod est simpliciter bonũ, & essentialiter, quod est Deus uellet tibi, aut alteri hoc bonũ, est simpliciter, & absolute diligere. Similiter, cum uis uirtutẽ, & gratiam quibus Deus possidetur, simpliciter diceris diligere, quia bonũ uis, q̃ est simpliciter bonum. Alia sunt bona non simpliciter, sed secundũ quid. Verbi gratia. Bonum est aurum, ait Aug. sed non simpliciter, quia bonum hic, non ubiq; & bonum bene utenti eo, non omnib. Qui hæc bona sibi, aut aliis vult, nõ simpliciter diligit, sed secundum quid.

B

Addit. D. Tho. contingit contraria eidem messe non simpliciter, sed unũ simpliciter, aliud sm quid. Sicut Aethiops est niger simpliciter, niger sm dẽtes. Cygnus est albus simpliciter niger sm oculos. Ita iustus diliget se simpliciter, & odit se sm quid, quia odit animam suam in hoc mundo, & in uitam æternam custodit eam. Contra peccator odit se simpliciter, quia q diligit iniquitatem, odit animam suam, et amat se secundum qđ quia diligit sibi utilissima quædam, quæ ipsi simpliciter bona non sunt. Hinc Boetius. Vos Deo mente consimiles a rebus

C D. Th. ubi supra.

Ioã. 12

Ps. 10.

Boeti⁹

A rebus infimis excellentis naturæ ornamenta captaris. Nec intelligitis, quãtam cõditori uestro iniuriam faciatis, ille genus humanum terrenis omnib. præstare uoluit, & uos dignitatẽ uestram infra infima quæq; detruditis. Nam si omne, q huculq; bonum est, ideo cuius est, constat esse præstantius, cum vilissima rerũ bona vestra esse iudicatis, eisdẽ uosmetipsos vestra existimatione summittis. Vt uero, quæ dicta sũt, amplius explicemus notãdum est, Dilectionem esse homini naturalẽ erga se, ut sibi bonũ velit. Sed accedit amor noxius, ac (vt ita loquar) uitiosus, ut ad se trahat amorem naturalẽ & efficit homines se ipsos amãtes, & nõ Deum, aut proximum, & dicentes illud

B Sapientis. Venite, fruamur bonis, q sũt.

Sap.2. Et hic amor est fundamentum Babilonicæ ciuitatis. Maxime nobis cauendũ, ne amor noster naturalis vincatur ab hoc amore noxio. Aliqñ vero iste amor naturalis uincitur, & informatur a gratia, & charitate, et tunc ordinate omnia diligũ

Can.1. tur, efficiturque illud Spõsæ. Ordinauit in me charitatem. Tunc.n. primo diligitur eus pp se, & se ipsum diligit homo pp Deum, & vult sibi uera bona, quę spiritualia sunt, & oia temporalia in hunc finẽ diligit. Et proximũ diligit pp Deũ, optans ei bona spiritualia, & temporalia sm quid. Hic.n. est charitatis ordo.

Sed ais, quid videt charitas in pximo, vt eum diligat sicut seipsum, qui eam ha

Sap.11 bet? Respõdetur. Cum charitas nihil diligat nisi Deum, aut pp Deũ respicit in proximo ea, quæ Dei sunt. Primo uidet

C eum facturam Dei esse, quam Deus diligit, qui diligit omnia, quę sunt. Diligit, vero effectus ab eo, q diligit causam, ut diligitur liber ab eo, qui diligit authorẽ: pictura ab eo, qui diligit pictorem: ita diligit proximum charitas, quia est factura & eius imago. Et licet proximum charitas, quia in omnibus Dei vestigiũ est, hominem tñ super reliqua, quia in eo non vestigiũ solum, sed imago Dei est. Et sicut honor imaginis ad eũ refertur, cuius est imago, ita & amor. Diligis imaginẽ Christi in ligno expressam qa tibi Christum repræsentat, qñõ nõ diligenda imago Dei incorruptibilis in aĩa expressa? A

Deinde uidet charitas in proximo, q in ipso sit Deus intime per essentiã, præsentiã, & potentiam, intimius quam anima in corpore. Et licet in omni creatura sit Deus, sed specialius in rationali, quia perpetua, & Dei capax. Deinde in proximo attendit diuinam gratiam, quam habet, uel habere potest, quę efficit proximum Dei filium, diligitur uero filius ab eo, qui diligit patrẽ. Hinc Ioannes. Omnis, qui diligit eum, qui genuit, diligit, et eum, qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quia diligimus natos Dei, cũ Deũ diligamus. Et si proximus gratia careat, nihilominus eum digit charitas, quia illã põt habere facile. Sicut artifex solent diligere impolitum lignũ, quod cernit aptum esse, ut ex eo præcipua fiat imago Licet origo proximus sit impolitus, facile tamẽ diuina manu efficietur Dei imago per gratiam. Et tandẽ charitas uidet uoluntatem amãtissimi Dei uolentis diligi proximum. Quod si Deus uellet, uel nutu, ut diligeretur quęuis alia res minima, satis esset charitati nutus Dei, ut eã diligeret. Hinc Petrus, Castificãtes corda uestra in obedientia charitatis, non tantum necessitatis.

Ioan.5 B 1.Pe.2

Sed iam quæstionẽ Christi Domini uideamus, quę ob mutescere fecit inimicus, & obstructum est loquentium iniqua. Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? Cõueniẽter Christus Dominus propositis, & eductis his, quæ ad mores, & actionem pertinẽt, quæstionẽ mouet, qua doceamur de his, quę credenda sunt. Erat uero error Iudęorum, & nunc est, dicentium, Messiam futurũ purum hominem, quem errorem, ut confutet Christus Dominus, interrogat, cuius filius sit Messias. Illi dicunt, solũ Dauidis filium esse. Quos Christus dominus manifesta ratione conuincit, cum eum uocet Dauid Dominum suum, nec sic cum conuenienter appellaret, si aliquid non haberet, quo excederet, & emineret Dauidi ostendit ergo Deum esse, sicut etiam alijs scripturæ locis fit manifestũ.

Ps. 62. C Ps.109

Obmutuerunt pharisęi. Et ex illa die nõ sunt ausi eũ amplius interrogare Sed A

qua

A qua quæstione proposita obmutescunt? Hac plane, quid uobis uidetur de Christo? Vis tu omnes hostes tuos obmutescere? Vis vt ad te accedere non audeāt? Cum te illi tentauerint, tu interroga eos & dic quid uobis videtur de Christo? Accedit ad te dęmon tentans, & suadens superba sapere, dic illi, quid tibi videtur de Christo? docuit ne ille uerbo, & exemplo superbiam? Accedit inimicus offerens diuitias, vel delicias, dic ei, quid tibi videtur de Christo? an non ille pauperē & asperam uitam duxit? Obmutescent plane inimici tui, nec habebūt, quid amplius tibi loquantur; Christi namq. consideratio omnem pellit uirtutem inimici. Ipse aliquando dixit. Tace obmutesce, idem nūc dicet, si eius auxilio uti uolueris, eius exemplis inspectis, &c.

Mar. 4 Luc. 4. B

DOMINICA XVIII. Post Pentecosten.

Ascēdens Iesus in nauiculam, trās fretauit, et uenit in ciuitatem suam, & ecce offerebant ei paralyticum, &c. Mat. 9.

Omnia corporis mala a malo animę processisse, a peccato. s. sacra scriptura testante, agnoscimus, & cum effectus natura sua cām repsentet, mala corporis, aliquid nobis innotescere faciunt ex aīæ malis. Hodierno Euangelio proponitur paralyticus in lecto iacēs. Paralysis passio naturalis est, sanguinis meatus præcludens, & sic quam partem attigerit corporis, inutilem reddit operi. C Significat uero animæ paralysim, quam lethali peccato incurrit homo, quo impeditur tum a multis bonis operib. tum ēt ab omni opere, quod dignum sit gratia, & gloria. Opera sine charitate facta vacua esse ab omni merito gratię, & glorię fides est certissima. Beatitudo namque, solum repromissa est operib. in charitate factis. Quod multis uerbis Paulus docet. Si linguis hominū loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans. Et si habuero prophetiā, & nouerim mysteria oīa & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferā, charitatem aūt non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quib. verbis ostendit Paulus excellentissima opera nihil esse, si sine charitate fiant. A

1. Cor. 13.

Huius vero rei duplex est ratio. Prior illa est, cum operatio procedat a natura, qualis unusquisque est, talia præstat opera. Brutum non intelligit, quia caret natura rationis participe. Lapis nō sentit, non. n. habet esse sensitiuum: gratia aūt Dei est, quæ homini dat esse supernaturale, ac gratuitum, cum ea careat peccator, præstare nō potest opera grata Deo, atque adeo digna æterna mercede. Solū vero prestabit opera moraliter bona, nō tñ opera tantæ dignitatis ac excellentię, vt uita æterna digna censeantur. Hinc Ioannis 15. Sicut palmes non potest ferre fructum a seipso, nisi manserit in uite, & ita uos nisi in me manseritis. Posterior vero eiusdem rei ratio est. A natura nobis insitum est, ut amici opera nobis placeant, inimici uero displiceāt. Sicut amicitia quædam est inter duos consonātia, & conformitas, ita inimicitia dissonantia, & deformitas est. Ea ergo q̄ ab amico fiunt, grata nobis, ac iucunda sunt: q̄ vero ab inimico, non item, sed exosa potius, ac molesta esse solent. Hinc nulla Xpi opera placere pharisæis poterant, licet diuina oīa existerent. Et nulla obsequia Dauidis Sauli grata erant. Cum ergo is, q gr̄a ornatus est, & charitate Dei sit amicus, ille uero q peccati seruus est, inimicus sit, non mirum, si illius opera a Deo acceptētur ut grata, & præmio cælesti digna: huius uero talis remmeratione digna minime censeantur. Duo ministrant Regi, & alter minora præstat obsequia, & ei placet, & mercedē magnam consequitur, alter maiora præstat, & recipit nihil: qd si huius rei rōnē q̄ras, audies, inuenit ille grām in oculis Regis: hic uero nō inuenit. Hoc uero maxime contingit, in his qui Deo obsequunt, cū principium, & radix totius meriti apud Deū, sit amicitia, & gratia ipsius cōsistat. B C Simile

Hinc

A Hinc uero illud orit̃, ut minima, opera iusti Deo maxime grata sint. Sicut amantissimo parenti, grauissima sũt, ẽt minima filij paruuli verba, vel facta, eaque magnifacit, ac laudat. Illud vero cœlestia ac diuino patri, cũ filijs suis cõtingere, manifeste ostẽdit, qui ait: Nã & capilli capitis vrĩ numerati sũt oẽs. Quo significat̃, minimas ẽt iusti cogitationes a Deo numerari, in retributionẽ. Itemq; illud, Vulnerasti cor meũ, soror mea spõsa in uno oculorũ tuorũ, & in uno crine colli tui. Minimũ pfecto est crinis, vnus tñ ẽt hic, si sponsæ sit, cor Dei uulnerat. Mira profecto res, & q̃ fidẽ humanam superat, sed non diuinam, calicẽ aquæ frigidæ, à Deo remunerãdũ æterna mercede, & infinita mercede, quæ Deus ipse est, merces omnino est magna nimis.

Simile

Mat. 10

Luc. 12

Cant. 4

B Hoc vero sũme consolari põt pios, ac iustos. Hinc Sapiẽs: Comede cum lętitia panẽ tuũ, quia placent Deo opera tua. Sicut namq; summe delectat Regis ministrũ, cũ nouit obsequia sua regi gratissima esse. Ita prorsus iustus sũma profundẽdus lætitia est, cũ nouerit grata Deo esse opera sua. Quia ille gratus est, grata sunt eius obseq̃a. Sic.n. de Abele dr̃. Respexit dñs ad Abel, & ad munera eius.

Eccl. 9.

Gen. 4.

Opera vero inimici, placere non possunt Deo, ut se pro illis in mercedẽ det, quia odio sunt Deo impius, & impietas eius. Vnde opera quãtũuis maxima, non ei placent. Et sic impij in circuitu ambulant, ut ps. ait, q̃a nihil proficiunt. Sicut .n. qui in circuitu ambulat, nihil ambulando proficit, sed semp in eadẽ hęret salebra, sic pc̃tor operans, ac laborans, nihil proficit. Hinc loquit̃ dñs. Ne offeratis incensum frustra, incensum abominatio est mihi: manus.n. vestræ sãguine plenæ sunt. Hinc Sap. 3. Qui abijcit sapientiã, & disciplinam infęlix est, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorũ. Et Prou. 11. Impius facit opus instabile, seminati autem iustitiam merces fidelis. Opus dicit̃ instabile, cuius retributio tpalis est. Licet ergo exterius similia sint multa opera iusti, & peccatoris, reuera tñ multum inter illã interest, ut explicat Iob cũ ait.

Sap. 14

Ps. 11.

C

Esa. 1.

A Penna strutionis similis est pennis Herodij, & accipitris: pennis quidem prædi- Iob 39
tus est struthio, sed tanto pondere corporis grauatur, ut non possit in altum uolando efferri, sicut Accipiter, & Herodius. Sic opera iniusti, quantumcunque magna appareant, in cœlum tñ nõ ascẽdunt: sed hic receperunt mercedem suã.

Qua in re miserandũ omnino, ac deplorandum peccatoris dispendium est, dũ innumera opera perficit, quæ si Deo gratus perficeret, digna essent cœlesti regno, & æterna gloria munerarent: nunc vero quia in peccato fiunt, in æternum obliuione tradentur, nec in futuro sæculo mercedem recipient. Hæc uero opera omnino a sanctis mortua dicuntur, nec vnquam uiuificantur, etiam si demum peccator in gratiam redeat. Vide Diuũ Thom. 3. par. B D. Th. 3. p. q. 89. ar. 6

Audi nunc iusti hac in re fęlicitatem, ex qua colligere facile poteris, peccatoris in eadem re infęlicitatem, & miseriã. Vtrumque vero proposito exemplo fiet planum atque perspicuum. Si quis tibi diceret, fac tu annulos argenteos, & pretium cuiusq; denariũ unũ, vel duos non excedat: ego uero, quolibet annulo speciosissimum adamantẽ aut splendidissimum carbunculum imponam, cuius p̃cium adeo ingẽs sit, ut ditissimæ, & opulentissimæ ciuitatis precium, & diuitias superet, perfecti ergo annuli vẽdantur: precium uero inter nos, ex æquo diuidamus, an non utile tibi esset hoc commercium? Sed audi adhuc utilius multo. Venundentur hi annuli, & oẽ precium tibi cedat, tuũ sit, mihi uolo nihil. Tale commercium non est apud filios hoĩum, est vero Christo dñorum cum hominib. si tamen iusti esse uelint, Deoque grati, & cum eo societatẽ inire. Audi o iuste quã cum Deo societatem inieris. Opus tu pfice, ait Christus dñs, quod uel minimũ sit, a domo tua calicem aquæ frigidæ da pauperi, cuius precium est dipondium unum. Ego vero gratia mea illud opus ornabo, meritis meis ditabo, ut Deus sit æqua merces eius, & un uersa hæc merces tibi sit. O inauditum commercium, ò summam Dei in nos largitatem,

Simile

C

A rem, o prędicandā munificētiā Dei nři. Merito in epist. hodierna Pau. ait. In oībus diuites facti estis in Xpo. His vero diuit ijs caret pctór, cuius opa à Christo dño nō ornantur grā ac merito suo, atq; adeo fere nullius sūt pretij, opa paralytici ūt inutilia, uel nulla: ut ergo tibi pficua sint opera tua, ut audire posfis illud Hiere. Quiescat uox tua a ploratu, ē merces opi tuo, curādū tibi ē, paralisim exuere, ad Christumq; vt saneris, venire. Sed vt veluti i speculo videre posfim⁹, qūo sanādi sim⁹, hui⁹ paralytici curationē attēdam⁹, oportet. Ait ergo sacer euāgelista.

1. Co. 1

Hiere.

Ascēdens Iesus in nauiculā, trāsfretauit. Vt. n. nobis a paralysi, lectoq; exigeret, transfretauit, in mūdū uenit, & quis absq; labore potuisset nos ab oī malo liberare, tñ ut magis nobis inotesceret diuinus eius amor, sese in labores plurimos dedit, ostendens eo amore nos prosequi, ut nullus ei labor impedimēto fuerit, sed nec mors ipsa, quo minus nřa curaret. Licet uero oīa Dei opa mirabilia sint, laude, ac gratitudine digna, ea uerò pcipue, q̄ sūmo labore peregit. Ex quib. hoc unū est, transfretauit: multas nāque cōfecit uias, ac itinera multa, nūc pedib. nūc nauigio, & in sūma paupertate, i laborib. plurimis, i fame, & siti, & oīa hæc pp nos, se vero in labores dedit, ut nos à laborib. liberaret: nec uero laborare uoluit per diem unum, aut alterum, sed per vniuersam uitam. Hinc ille per Psaltem loquitur: Pauper sum ego, & in laborib. a iuuentute mea. Nunc ergo ascendens in nauiculam, transfretauit. Sed aliā domine, duriorē nauim cōscēdisti, & aliud mare periculosius transfretasti, cum diceres. Veni in altitudinem maris, & demersit me tēpestas. Cum crucis nauigiū sup humeros tulisti, & mare absorbuit te, tanq̄ Ionam, & mors rabida te deuorauit. Sed omnes hos labores libēter tulisti, ut nos a maledictione laborum liberares, qui nobis in maledictionē dati erant. Sed tu factus es pro nobis maledictum, ut nos benedictione frueremur.

B

Ps. 87.

C

Ps. 68.

Sap. 2. nis, quæ sunt, &c. qm̄ hæc est pars nr̄a, & hæc est sors nostra. Mirū profecto est q̄ꝰ improborum sortem præeligant homines, & obliti sint sortis sanctorum, & nuptiarum, ad quas uocati sunt. Sed ais. Qn̄ me uocauit Deus in has nuptias? Audi diuinam, et infinitam Dei in te clementiā, quæ nisi Dei esset, satis non fuisset, vt te sustineret. Sponsauit sibi aīam tuā in baptismo. Et sicut a latere Adæ educta Eua est, sic ex meritis Christi pce dit aīa tua gratiæ ornata. Ibi inter te, &
A Deū pactū firmatum est ibi promisisti Deo fidē, ibi abrenūciasti diabolo, mundo & pōpis illius. Cū uero ad rōnis usū peruenisti, cumq; promissis stare debuisses, rupisti vincula, et infidelis promissis fuisti, & Deo adulter inuentus es. Et puer cum esses, in Deū peccasti. Sed dicit, forsan quis, puer ille est, nō mirū si puerilia tractet. Si iuuenis, pficit in peius, si uir, similiter. Quid Deus faciet, cum hęc viderit? Vidisti spōsum, quid agat, cū sponsam adulteram agnoscit? Deus tamē uidēs animas adulteras, eas vocat, & iterū
Hie. 3. vocat, dicens. Tu autem fornicata es cū amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus.

Sed quid homo facit, qui tantam Dn̄i
B videt misericordiam? Audi hominū peruersitatē. Illi nolebant venire. Quænā alia, nisi diuina patiētia id sustineret? Ex
Chrys. pendit vero hoc in loco Chrys. hominū dementiam, qui ad nuptias uocati nō ueniūt. In nuptijs nihil triste, nihil luctuosum, oīa plena sunt gaudio. Hinc Baru.
Bar. 4. inquit. Vnde iucūditatē a Dn̄o Deo tuo tibi uenientē. Et fugis, & declinas quasi laborē, & dicis sermonē Dn̄i onus Dn̄i vt est apud Hier. An non quærelas illas fundet Deus nobis olim per Hier. Quod inuenerūt in me patres vestri iniquitati vt elongarentur a me? Sed ais: Cū ad as
Hie. 2. uocor nuptias, non ne ad pænitentiam, & afflictionē uocor? q̄uo ergo ad gaudia Audi insane, an nō Christus ignominiā crucis vertit in gloriam, & honorē? ita amaram pniam dulcem effecit. Putas te
C vocari in tristitias, cū ad Deum uocaris? Num in tristitia uocatur sponsa, cum in nuptias vocatur, & non potius in lætā? audi Esaiā. Ecce serui mei comedent, &
Es. 65. uos esurietis. Ecce serui mei bibent, uos sitietis. Ecce serui mei lætabūtur, & uos cōfundemini. Ecce serui mei clamabūt prę exultatione cordis, & uos ululabitis præ contritione cordis. Et huius ratio manifesta est, quoniam delectatio procedit ex pceptione cōuenientis. Vnde quo res fuerit cōuenietior, & potentia perfectior, ut percipiat, & obiectum uehemētius unitum potentiæ, eo maior erit delectatio,

A ctatio, ex quo manifeste colligitur, in eo actu quo Deus ab aĩa possidet, summã esse delectationẽ. Ille.n.est conuenientissimus, implens oẽm aĩę capacitatem, infinitus ille est, & ex se ualens infinitã efficere delectationẽ. Potentia uero, qua percipitur, spiritualis est, quæ plus percipit, quàm sensus, qui in exteriorib. sistit intellectus uero, ad q̃ quid est penetrat. Coniunctio uero obiecti cũ potentia uehementior & intimior est, & perfectior & simul pcipit totum Deum, non sicut sensus, qui non simul percipit obiectum suũ, sed successiuę, nũc unam partẽ, dein de aliam. Quod si oĩs cibus simul perciperet, magis delectaret. Deus uero adest

B iusto totus simul. Nec ideo iudicãda est uita iusti tristis, quia aliqua tribulatione tangatur, quia gutta fellis, pelagus dulcedinis amarum reddere non ualet.

Sed quid Dñs faciet, uidẽs eos uenire nolle? Iterũ mittit alios seruos qui dicãt ecce prandium meũ paraui, tauri mei, et altilia mea occisa sunt, & oĩa parata, uenite ad nuptias. Tauri, & altilia occisa, Xp̃m significant pro nobis mortuũ, ille.n. solus uirtutem continet oĩum sacrificiorum, ille est oĩa nobis, & iñ oĩ malo nostro medicamẽ, oĩ infimitati remediũ vniuersis peccatis, & tentationib. Greg. ait. Oĩa parata esse, quia Christo in cru-

Greg. ce immolato pater introitus regni cœlestis q̃ ante clausum fuerat. Vnde Paul.

C Habentes itaq; fratres fiduciã in introitu sanctorũ in sanguine Christi, initia

H. 10. uit nobis uiam nouam, & uiuentem per uelamen, idest carnem suã. In lege ueteri non omnia parata, quia lege aspiciebãt repromissiones, nũc uero ꝑpe sunt.

Deinde cũ dicit, oĩa parata esse, significat in diuino illo conuiuio Deũ ipsum in cibũ dari oĩa.n. alibi quã in ipso, non sũt. Vere oĩa parata nobis sunt, cũ Deus cibus nobis offertur. Merito Ps. ait. Parasti in dulcedine tuà pauperi Deus. Cũ

Ps. 67. uero quid parauerit, nõ dicat, manifestũ est ineffabile illud esse, & ideò Deũ paratum. Felicissimum hunc nunciũ Psa. acceperat, cũ ait. Hæc recordatus sum,

Ps. 41. & effudi in me aĩam meã, q̃m transibo in locũ tabernaculi admirabilis, usq. ad domum Dei, in uoce exultationis, & con A fessionis, sonus epulantis, quasi dicat: Recogitans æterni fontis delitias, effundo aĩam meã, idest, affectui meo habenas laxo, ut quantũ possit currat ad te, q̃a in tabernaculo tuo auditur dulcissimus sonus gaudij, & laudis, quasi sonus, q̃a est in cõuiuio lautissimo, ubi oẽs gaudẽt. Effundat impius cor ad secularia desideria, ego effundã ad cõuiuiũ illud, in quo parata sunt oĩa. Sed quid rñdeat conuiuę tanto nuncio. At illi neglexerũt. Obstupescendũ plane hoc est. Audis o hõ Xp̃m pro te immolatum, parasse tibi oẽm gratiam, oẽ donum, et negligis? Audisti ianuam paradisi apertam, & im- Heb. 2

B mensam gloriam te expectantem, & negligis? Negligere est parui pẽdere. Quõ ergo nos effugiemus, (Paulus loquitur) si tãtã neglexerimus salutẽ? Hinc Deus Heb. 8 homines negligit, & merito, quoniã ipsi non permanserunt in testamẽto meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus. Sed qua de causa illi neglexerunt?

Abierũt, ait, alius in uillã suam, alius uero ad negotiationem suã. Negotiationes seculi huius impedimẽto esse solent Dei uerbo, & uocationi. Hinc Sapiens, difficile exuit negotiator a negligentia. Ecc. 26

Hinc Ezec. In multitudine negotiationis tuę repleta sunt interiora tua iniquitate. Ezec. 28

Hinc Oseas. Circũdedit me ephraim in negociatione sua, & in dolo domus Osc. 11

Israel. vbi nos legimus in Ps. Q̃m nõ cognoui literaturam, introibo in potẽtias

C Dñi. Breuiarium Romanum, & translatio septuaginta legunt. Q̃m non cognoui negotiationẽ, uel negotiationes, quasi Ps. 70. dicat: Quia nõ me immiscui terrenis negotiationib. quæ auocant aĩum a supernis, introibo in potentias Dñi. Verbum Hebræũ, Sephorot, q̃ ibi ponitur, deriuat a verbo, Sephar, q̃ significat numerare. Vñ significat Dauid, quia rationes, & negotia nesciu, introibo in domũ tuã. Chrys. multa in negotiatores dicit, summum eorũ discrimẽ ostẽdit, difficileq; Chrys. inueniri negotiatorem iustum. Et inter ho. 33. causas derelictionis populi sui, vnã Deus dicit esse, iniquitatem negotiatorum. vñ Esa. Negotiatores tui ab adolescentia Esa. 47 sua;

A
Aug. Eccl. 7. suam unusquisque in uia sua errauerūt. Mul ta de hac re Aug. in Ps. 70. Hinc Sapiēs. Inueni, quod fecerit Deus hoīem rectū, et ipse se immiscuerit infinitis quęstionibus. Sed dicet negotiator, necessaria mihi negotiatio est, ut uiuā. Huic dici pōt,
Bona. Hie. 2. ait D. Bona. illud Hier. Quid niteris bonā ostēdere uiam tuam, ad quærendum dilectionem, insuper & malitias tuas docuisti uias tuas, & in alis tuis inuētus est sanguis animarum pauperū, & innocen
Luc. 16 tum. Deridebant Pharisæi Christū, de contemptu diuitiarum differētem, quia erant auari nimia, n. æstimatio tpalium animū auocat ab amore, & estimationē æternorum, cum tū hæc magni ducēda
B
Senec. sint, illa uero nihil. Audi ethnicū Senecā in naturalibus quęstionibus decentem. Centrū est o hoīes, in quo nauigatis, pū ctū est, pro quo litigatis, infinita sūt spatia celi, quæ nō curatis. An non rubore perfunderis fidelis, hęc audiēs ab ethnico? Vt ergo negotiationi quidam incumberet, uenire in nuptiale conuiuium noluit. Dicis negociatori, ora, ad eucharistiā accede. Respondet, nō mihi vacat qa
Chrys. negocia gero. Chrys. ait. Quamuis autē uideatur rationabiles excusationes esse: sed hinc discamus, etiā si necessaria sint, quę detinent, oībus tñ præponere spiritualia oportere. Dic mihi o homo, q d tibi magis necessariū est, uitam ęternā cō
C sequi, an hęc negocia gerere? Si solicitus es, quō ad instans uitas in hoc mundo, quō solicitus nō es, quō in æternum uiuas in celo? Omnia uero, quib. uicturus in celo es, hic acquirere, ac ob ea negotiari oportet. Noli ergo spiritū extinguere, & obruere negotijs: sed sic ea tracta, ut
Simile tēpus aīæ tuæ cōueniēs serues. Si. n. uideres hominem in Indijs cōmorantē, qui in Hispaniam uenire disponit, uniuersā pecuniam dare, ut prædia ī Indijs emat, stultum eum uideres, deberet enim prædia ibi acquisita uēdere ut pecuniā in Hispaniā secū deportaret. Nosti o hō cito tibi ex hāc uita in aliā migrādū: Quid ergo hic uniuersos labores tuos collocas? Quid hic radicari conaris? An nō rectiꝰ faceres, si ea, q̄ hic tibi sunt, colligeres, & tecum deportares, ut in æternū uiueres?

Hucusq; misericordiā Dei, uidimus. A
Sed, & iustitia, in illo est, et idep in rebelles, & homicidas seruorum iratus, perdidit eos missis exercitibus suis. Excitatus Psa. 77
.n. est Dñs tanquam dormiens. Dormiebat prius, dissimulās peccata hoīum, sed surgens tāquā potens crapulatus a uino hostes percutit suos. Et iterum: Iratus est Ps. 105
furore Dñs ī populum suum, & abominatus est hæreditatem suam. Et tāquam Dñs exercituū, exercitus suos mittit, tū contra Ierusalem, tum etiam cōtra omnem peccatorem, præcipue in iudicio, cū pugnabit contra insensatos orbis terrarum. Et ciuitatem Ierusalem, & uniuersum mundum succendet, quia ut Sapiēs ait. Stipula collecta Sinagoga peccantiū B
& consummatio eorum flamma ignis. Ecc. 21
Sed quia Dei ingeniū illud est, ut, cū iratus fueris, mīæ recordaberis. Addit, ite ad exitus uiarum &c. Sic alloquitur Iudæos Paul. Vobis quidem primū oporte Act. 13
bat prædicari uerbum Dei: sed qa indignos uos iudicetis æternę uitę, ecce conuertimur ad gētes. Non fuerunt nuptijs digni, quia ut Aug. ait: peccator, etiā pa Aug.
ne, quo uescitur, indignus est, quāto pius Deo, & uita æterna. Ite ergo serui ī exitꝰ uiarum, & inde cōuiuas colligite. Sed q̄ sunt uiæ istæ certe uiæ hominum mores sunt hominū. Via auari cupiditas est diuitiarū: superbi, cupiditas honorū, & sic in reliqs. Omnes nos, quasi oues, errauimus, unusquisque ī uiā suam declinauit C
ait Esa. Omnes peccatores in uia cordis Esa. 53
sui ambulant, in desiderio aīæ suæ. Extra uiam tuā exire debes, ut ad nuptiale cōuiuium uenire possis. A uia sua Abraham exiuit, cū profectus est de terra sua & de cognatione sua. A uia sua exiuit. Ge. 13.
Loth eductus de Sodomis. Relinque ergo Ge. 19.
uiā tuam ut Dei conuiuio frui possis.
Egressi serui ī uias cōgregauerūt, &c. Hinc propheta. Qui egrediūtur impetu Esa. 27
a Iacob, florebit, & germinabit Israel et implebunt faciem orbis semine. Hoc peregerunt Apostoli, & eorū successores, qui ingrediūtur ad Deum per orationē, & egrediuntur ad salutē proximorū curandā. Et ingredietur, & egredietur, & Ioā. 10
pascua inueniet, ait Christus Dominus.
Non

A Non enim vult Rex ministros suos sem per in cubiculo, & aula cũ eo uersari sed vult eos aliquãdo egredi, ut cõtra Regis hostes pugnet, & cum cõfecto bello re-
Eze. 1. deunt, eis magna beneficia concedit. Sic animalia mystica ibãt, & reuertebãtur, ĩ similitudinẽ fulguris coruscãtis. Sic Hie-
Hie. 1. remiæ dicitur. Quocunque mittam te, ibis, & quę mãdauero tibi, loqueris. Nõ solũ Deus quęrẽdus in oratione est, sed & in proximorum salute curanda. Exierũt ergo, & cõgregauerunt oẽs, quos in uenerũt. Et impleretur illud Ps. 1. Con-
Ps. 49. gregate illi sãctos eius. Et illud. Et de re-
Ps. 106. gionib. congregabit eos. Ad hoc enim
Ioã. 11 Christus Dns uenit, ut filios Dei, q erant
B dispersi, cõgegaret in unũ. Intrauit autem Rex, & uidit hominem non uestitũ ueste nuptiali. Vestis hęc nupitalis Cha-
1. Pe. 4 ritas est. De qua Petrus ait, Operit multitudinẽ peccatorum. Et illa est uestis, for-
2 Re. 1 ma, & uita uirtutum. Hæc est coccinũ illud de quo dicitur. Qui uestiebat uos coccino in delicijs. Coccinũ enim est purpura pretiosa bis tincta in sanguine cõchi-
4. Re. 2 liorum. De quo sæpe in tabernaculi constructione meminit scriptura, dicẽs coc coque bis tincto. Dicitur uero charitas bis tincta, quia Deum respicit, & proximum. Eadem pallium Eliæ est, Eliseo relictum cum duplici eius spiritu. Vnde
Greg. Gregor. ait. Quid uestis nuptialis, nisi charitas, qua uestitus Dominus uenit cũ
C ad nuptias uenit. Sicut ergo hac ueste indutus sponsus est, ita eadem ornari spõ-
Gen. 3. sam vult. Hanc charitatis uestem amisit Adam & Eua cum uiderũt se nudos. Et Dominus ad eum. Quis ostendit tibi, quod nudus esses, nisi quia de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti. Vt hac ueste nos iduamur. Chri-
Pro. 31 stus pellem suam deposuit, & ut eam in tingeret, sanguinẽ fudit. De hac ueste dicitur, Byssus & purpura indumentum eius, & ridebit ĩ die nouissimo. Sed noli expectare tempus nuptiarum, ut hanc uestem facias, & induas, sed prius eam
Ma. 15 indue. Ne tibi contingat, quod uirginibus fatuis, quæ oleum quærunt, cum ad nuptias uocantur. Cum dies uenit, in quo indutus ueste pretiosa apparere debes, tunc ordiri illa uis, & confici? Caue, ne dicas, dum adhuc ordirer, succidit A
me. Beatus, qui custodit uestimenta sua, Es. 38.
ne nudus ambulet. Ioannes ait. Ei enim qui nõ custodit, dicitur illud Naũ. Ostẽ Apo. 16
dam in gentibus nuditatem tuam, & rẽ Nũ. 13
gnis ignominiam tuam.

Hæc uestis charitatis una ẽ, & multiplex. In uestitu deaurato, circundata ua Ps. 44.
rietate spõsa Dei est. Vna est charitas qa una est uirtus. Sed multiplex est, qa sicut multi arboris rami ex una radice p deunt, ita multæ uirtutes ex una charitate generantur. Quia charitas patens est, 1. Cor.
benigna est, & ut Paul. ait. Multiplex et 13.
dicitur, qa pro statuum uarietate diuer- Ro. 12.
sa præstat opera. Vnde Paul. Sicut enim B
in uno corpore multa mẽbra habemus, omnia autem membrã nõ eundem actũ habent. Ita multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem, alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam, secundum rationem fidei siue ministerium in mini strando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortãdo, qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Chrysosto. Chrys.
hic multa dicit de cura hominis in animæ uestibus, potius quam in corporis amictu, ait enim: Non possumus animã, & corpus simul exornare. Si quis domũ C
tuam aureis exornare uellet, te uero sacco, & cilicijs indueret, id ferre nõ posses: Quomodo ergo tu corpus animæ domicilium pretiosis induis & animam nudã relinquis? Memor esto animam tuã ad nuptias uocari, & non quascunque, sed Dei; qualis uero ornatus Dei spõsam deceat, tu uideris. Vide, quo pacto assueri sponsæ parabatur. Sit ergo anima tua sicut regina in uestitu deaurato circũdata uarietate, cuius ornatus pulchritudinẽ si uideres, fulgore perculsus in terrã conc
ideres. Est enim mulier amicta sole, & Apo. 12
luna sub pedib. eius. Sicut ergo Rex expectans sponsam de longe uenientem, eam despiceret si ueste nuptiali careret, & pannosa indueretur: ita Deus animã ueste nuptiali carentem, &c.

DOMI-

A DOMINICA XX. POST Pentecost. Concio Prima.

The. Vade filius tuus viuit, &c. Ioan. 4.

Dion. ad Demoph. & de diui. nominib. INter alia, quę D. Dionysius expendit in diuina gubernatione, qua Deus hominem gubernat, illud præcipuum est, quod Deus conatur homines ad se trahere. Et merito id præcipuum dicimus, quia gubernatio est dilectio gubernatorum in suum finem. Hinc Iob ait. Post se oēm hominem trahit, & ante se innumerabiles, sic.n. homo conseruatur, & perficitur, & amori diuino fit satis, qui vnionem expedit eorum, quæ diligit. Iob 21

Adeo vero Deus desiderat hominem B ad se trahere, vt in omnib. quæ extra se operantur, id intendat & ideo factus homo est, & crucem sustinuit; ut inde homines efficacius ad se duceret. Dicente ipso. Cū exaltatus fuero a terra, oīa traham ad me. Et tunc etiam Deus hoīem ad se trahit, cum eundem separare a se vr̄. Cum flagella, & tribulationes immittit, separare hominē à se vr̄, sed tunc etiam trahit. (Ioā. 12) Sicut cum uenatoria auis Herodius, ardeam alte uolantem inseq contendit, diuersam viam eligit, & q̄ cōtraria vr̄ ei, quam ardea tenet, sed in altum se erigens tandem in ardeam magno impetu descendit, & eā capit. (Simile) Sic se habet Deus cum anima, quę ab eo recessit per superbiam. Alte uolat anima iuxta illud ps. Si ambulaui in magnis, & in C mirabilibus super me. Accedit quidem homo ad cor altū, vt Psaltes ait, sed exaltabitur Deus, ut eum capiat, & qn̄ eum tribulat, & affligit, vr̄ quidem ab homine recedere, sed tunc magis appropiat. (Ps. 130; Ps. 63) Et ita quidem in indignatione eius, sed vita in uolūtate ipsius, ut dr̄ in ps. (Ps. 29) Quia licet indignari videatur, tn̄ vitam a ternam nobis curat præstare. Hinc Sapiēs ait. (Sap. 12) O quam bonus, & suauis est domine spūs tuus in omnib. ideoq; hos, q excerrant, corripis. In omnib. dicit suauem domini spiritum, quia non solum quando bona præstat, sed etiam quando mala, & ultiones adhibet, bonum curat nostrum. Hoc Nabuchodonosori accidisse Daniel testatur, qui a Deo correptus, eum agnouit. (A; Dan. 4) Hoc etiam hodierna die cum Regulo factum, Euangelica testat historia, cui uexatio dedit intellectū, vt ad Xp̄m veniret, & in eum crederet cū tota domo sua. Et id quotidie experientia testat, cum videm plures, qui a Deo recesserant, infirmitate graui eos vrgente ad Deum accedere. Id sibi accidisse testat Dauid dicens: Cōuersus sum in ērūna mea, dum configitur spina. (Ps. 31) Quando ærumna oppressus sum, qn̄ spina cōfigisti me, tūc conuersus sum. Et idipsum pluribus accidisse testatur Oseas: (Osee 6) In tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite, & reuertamur ad Dominum q̄a ipse cepit, & sanabit nos, percutiet, & curabit nos. Et sic qui ad Deū venire noluit B propter ipsum, venit propter sese, vt a Deo iuuetur, & liberet. Sicut noluit venire Ioab ad Absalon ab eo uocatus, & venit, quia comburi fecit agrum ipsius. (2. Reg. 14) Hinc Esa. loquens Dño ait. (Esa. 26) Indulsisti genti Domine, indulsisti genti, nunquid glorificatus es? in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Hoc hodie Regulo accidit, q ad Christum non venerat, donec filij infirmitate ductus est. Fœlix omnino tribulatio, q̄ nos ad Deum uenire compellit.

Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Regulus dr̄ sm̄ Chrys. (Chrys.) quia de semine regio erat, ut nomen Græcum, Basileus, significat. Vel quia potestatem aliquam regiam habebat, sed paruam, iō Regulus dr̄. C Eius filius, licet nobilis, diues, & potens, infirmatur. Quo ostenditur, q̄ modicum, & prope nihil sint omnia bona mundi huius, oīa exiguus puluis sūt, licet aliud appareant. An non meministi statuę illius apud Danielem, (Dan. 2) quæ aurea, argentea, & ærea videbatur? Sed omnia illa puluerē esse ostendit exiguus lapis, qui eā percussit, & in puluerē cōuertit. Hinc persimilis filius reguli erat, qui auro gemmisq; ornabat: sed ecce exiguus aer eū deiecit in lectum, & in mortem. Vere vana, & fragilia sunt oīa mundi bona, quæ hominē iuuare nequeunt in magnis periculis, & neces-

A necessitatib. non dico spiritualibus, sed nec corporalib. Hinc Psaltes ait. Nō saluatur rex per multam uirtutē, & gigas non saluabitur in multitudine uirtutis suæ. Nec uires, nec diuitiæ, nec regna, hominē saluare possunt, non dico a morte æterna, sed nec à temporali. Fallax equ^s. ad salutem, in abūdantia autem virtutis suę non saluabitur. Quisnam hic equus est? Certè caro, fortis, nobilis, diues, princeps: sed quō fallax? quia promissa non implet: sed mentitur, ac decipit nos: promittit enim longam, fœliceṁq; uitam, sed cito deceptio eius manifesta fit. Ecce infirmatur ad mortē, & non proderunt diuitiæ in die vltionis, ut Sapiens ait.

Ps. 32.

Pro. 11.

Sed ais, q̄ mihi remediū erit, ne me decipiat equus iste? Video me iuuenē, fortem, diuitem, nobilē, sanum, en equū validū. Ne fallax tibi sit, accipe consilium qd dñs Iosue dedit, cū pdixisset victoriā quinq; regū, subiungit: Equos eorū subneruabis, & currus igne combures. Quē locum exponēs & expendens Orig. ait: Non pcipit Deus occidi, aut subneruari reliqua iumenta, q̄ onerib. ferendis apta sunt, imo vero illa seruauerūt, ut eo capite dr: Oēm prædam, ac iumenta diuiserūt sibi. Solum pcipit subneruari equos, & currus comburi. Et merito, ait Orig. quia equus aīal est ferum, & arrogans, non hæc manere debent in tabernaculis iustorum, arrogantia. n. deliciæ, & effrenata cupiditas eneruanda sunt. Iumētum, oneri ferendo aptum, maneat, quia caro non occidenda est, sed seruāda, ita tñ ut spiritui subdita, onera ferat ieiuniorum, vigiliarumq;. Subneruat quippe equus, ait Orig. qn ieiuniis, & uigilijs, & abstinentiæ afflictione corpus humiliatur. In neruis uis est animalis, cū subneruatur, vires ab eo tolluntur, vires ergo carnis domandæ sunt, ne spiritui dnetur. Tenebant tunc milites Iosue, equos subneruare. Sed nos, q̄ Xps (cuius figura fuit Iosue) militamus, multo striĉtiori vinculo tenemur carnem subneruare, cum ille de cœlo descēderit, & omnem tpalem fastum, & gloriam paruipenderit, & carnem suā afflixerit, ut nos similiter facere doceret. Sicut pdixerat

B

Iosu 11.

Orige. ho. 15. in Iosu.

C

Zacharias. Ecce rex tuus uenit tibi iustus, & saluator, ipse pauper, ascendens super asinam, & super pullum filiū asinæ, & dispergam quadrigā ex Ephraim & equum de Hierusalem. Currus, & equos dixit dispergēdos, quia sicut Iosue currus combussit, & equos subneruauit, ita Xps dñs pompam, & mundi gloriā, ac diuitias contempsit, & doctrina sua, ac exemplo, relinquenda monstrauit, ut qui utuntur hoc mundo, sint, quasi non vtentes: Quia vere hęc oīa uana sunt, & saluare nos nequaquam possunt, ut nūc videmus in filio Reguli infirmo. Sed interrogat Greg. qua ratione post Xpi copiosam redemptionem, & peccati remissionem, manet infirmitas, & alia corporis incommoda, q̄ effectus peccati sunt: Sublata namq; de medio causa, effectus deberet auferri. Copiosam uero Xpi redemptionem fuisse testatur psal. dicens: Copiosa apud eum redemptio, & ipse redimet Israel, ex oībus iniquitatib. eius.

A Zac. 11

Greg.

B

Ps. 129

Respondet Greg. Primo manere mala ista in remissionem culparum, quas ī hac uita hoīes admittunt. Licet. n. redēptus homo sit, sed plena illius sanitas in futuram uitam seruatur: in hac uero ita debilis est, ut oēm uenialem culpam uitare non possit, & plura ēt mortifera admittit. Septies in die cadit iustus, ait Sapiens. Et non est homo, qui non peccet. Et si dixerimus, ait Ioannes, quod pctm non habemus, ipsi nos seducimus. Vt ergo pœnas pro peccatis debitas, in hac uita persoluamus, manent corporis mala. Et hac d. cā patienter tolerare mala debes, imo & illa exoptare, & a Deo petere, ut debitas pęnas hic exoluas; sicut faciebat Iob cū aiebat. Quis det ut ueniat petitio mea, & qd expecto tribuat mihi. Deus, ut qui cæpit, ipse me conterat, soluat manū suam, & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, quod, affligens me dolore, non parcat. Hinc August. ait. Hic seca, hic ure, donec in æternum parcas. Et Habacuc. Ingrediatur putredo in ossib. meis, & subter me scateat, donec requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum. In remedium ergo culparum pęne

Pro. 24 Eccl. 7. 1. Io. 1.

C

Iob 6.

Aug.

Hab. 6

A ne nobis relictę sunt, donec omnino de letis culpis, absorbeatur inimica mors, omne malum corporis.

Secundo ait Grego. Licet homo redēptus sit, & gratia ei cōcessa, qua corpus possit subdere spiritui, tñ plene in hac vita non subiugatur, sed bellū gerit aduersus spūm, qd' intestinū, & grauissimum est, cum sit perpetuum inter duo cōiūctissima, sibi aduersantia iugiter, vt
Ge. 25 inter Esau, & Iacob, in eodem utero cōsistētes, ubi paruuli collidebant. Oportuit ergo multa mala carnis relinqui, vt debilis sit spūm non superere, sed superetur ab eo. Hinc Paulus. Cum infirmor
2. Cor. 13. tunc potēs sum. Idest. Cū caro infirmatur, spūs potentior efficitur. Sicut. n. in
Simile factionibus accidit, ut cū una preualet,
B altera deijciatur, & in statera, qñ lanx descendit, altera sursum erigitur, sic cū caro deprimitur, spūs eleuatur: Sic sancti plurimas afflictiones corpori dederūt, ut rōni subderet. Hinc Hilarius (re-
Hiero. ferente Hieron. in eius uita) corpori aiebat. Ego te fame conficiā, ut potius cibū cogites, q̃ delectationis. Et Euagrius
Palad. (referente Paladio) dicentibus, ut qd corpus tuū occidis rñdebat, occidit me, occido illud. Et cū maximis afflictionib⁹, & pœnis Abbas Moyses corpus opprimeret suum, eiq; discipuli dicerent quiesce pr̄ paulisper. Aiebat ille quiescāt passiones, & quiescā ego. Recordabant' sancti illius, quod de populo Israel uaticina-
De. 32 tus est Moyses. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. Incrassat⁹, & impinguatus, dilatatus, dereliqt Deū factorē suū,
C & recessit a Deo salutari suo. Quēadmodū ferox equus, qui multa cibaria ī dies recipit, nec tñ exercetur in cursu, ea solet feritate procedere, ut equitem deijciat in terrā idipsum carni in delitijs enutritæ accidere solet, cum non humiliatur afflictionib. Ideo ergo mala corporis relicta
Grego. sunt, ut spiritus saluus sit. Hinc Greg. infirmitas corpus cruciat, sed mentem curat. Hinc spōsa. Nigra sū, sed formosa,
Gen. 1. sicut tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis. Exterius ī corpore nigra, pp corporis afflictiones, interius uero formosa quēadmodū tabernacula Ismaelitarum quæ exterius iniurijs tēporum exposita A nigra sunt, & deformia, interius uero ornata. Quia eorū domus tentoria sunt in quibus uniuersa pretiosa cōduntur. Me-
rito Pau. ait. Gloriabor in infirmitatib. 1. Cor. 12.
meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Recte Bernardus ait, optima īfirmitas, Bern.
quæ Christi uirtute compensatur. Et Sapiens. Eccl. 2
Infirmitas grauis sobriam facit animam. Ideo ergo tibi infirmitas a Deo immittitur, ut in animo cureris.

Sed ais. Multi infirmitate non curantur, & laborib. nihil pficiūt in melius. Ve eis illis. n. loquitur Deus per prophe-
tam. Ego dedi uobis stuporem dentium Amos
in cūctis urbibus uestris, & indigētiam panum in omnibus locis uestris, & non estis reuersi ad me, dicit Dominus. Ego quoque prohibui uobis imbrem, &c. & non redijstis ad me dicit dñs, &c. Sub- B
uerti uos, sicut subuertit dominus Sodomam, & Gomorrhā, & facti estis quasi torris raptus ab incendio, & nō redijstis ad me, dicit Dñs. Quapropter hæc faciam tibi Israel. Postquā autem hęc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israel. Optimis verbis describit prophe ta duritiam hoīum, qui Dei flagellis deteriores fiūnt. Ait enim. Dedi tibi stuporem dentiū, ut uideres te comedisse peccati uuam acerbam nō maturam. Dedi tibi infirmitatem pessimam, quam contraxisti sensualem degēs uitam, & non es reuersus ad me. Dedi tibi alia mala, nec sic reuersus es ad me. Factus es quasi torris erutus a igne, nec sic reuersus es ad me. Hæc faciem tibi. i. nō eris immu- C
nis ab hoc delicto, sed inumera recipies mala. Est illa scripturæ phrasis, hęc faciat mi hi Deus, & hęc addat, i. innumera pstet mala. Præparare in occursum Dei tui, quasi dicat. Ego in campum descendam tecum, ego inter arma sumam contra te, & oīpotens pugnabo in te, ideo arma præpara, qm̄ ego occurram tibi. Sed quō occurres? Occurrā eis quasi leęna, & quasi ursa raptis catulis, ut pro- Os. 13
pheta ait. Vbi Hieron. ait. Summā no- Hiero.
tari ferocitatem, cum. n. catuli rapti sūt, ursa sæuissima est. Sed Domine fieri ne potest, ut uelis cum homine cōtendere?

A cum eo in arenam descendere? Cōtra folium, quod uento rapitur, ostendis potētiam tuam, & stipulam siccam persequeris? A facie iræ tuæ quis sustinebit? Ne ergo hanc experiaris iram, ad Deum nunc conuertere, & a Deo flagellatus peccatū agnosce tuum.

Infirmabatur reguli filius. Et cum audisset qa Iesus adueniret in Galilæam, abijt ad eū, & rogabat eum, ut descenderet, & sanaret filium eius. Vidit Christū uenire in patriam suā, & ideo ausus ab eo misericordiam postulare. Sic etiā hominibus animus adijcitur, ut ad Deum accedant, & ab eo beneficia postulēt postquam Deum in terram nostrā descēdit. B Post hęc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Sicut cum rex venit in aliquam ciuitatē, ut in ea habitet, Baru-3 audet ciues a rege beneficia petere ciuitati suæ, quam sua præsentia nobilitat.

He.15. Intrauit assuerum Hester, & uisa illius maiestate deficit aīo, residebat.n. super solium regni sui indutus vestibus regijs, auroque fulgens, & pretiosis lapidibus, eratq; terribilis aspectu. Sic Deus noster terribilis super omnes, qui in circuitu eius sūt. Sed Assuerus festinus exiliuit de solio, & sustentans Hester in ulnis suis, blandiebatur ei dicens, ego sum frater tuus, noli metuere. Tunc illa aperuit petitionem suam. Descendit Deus de solio maiestatis, uenit in Galilæam, omnes ad eum accedere possumus, & C eum orare. Sed quid orat Regulus.

Vt descenderet, & sanaret filiū eius. Cura filij ipsum vrgebat, curare.n. pater debet salutem filij, præcipuè spiritualē. Tob.1 Sic Tobias a pueritia timere Deū docuit Iob.1 filium suum. Et Iob sanctificabat filios suos, cōsurgensq; diluculo efferebat holocausta per singulos dies. Sic Anna 1.Re.1 Samuelem ducit in tēplum. Qd si filius infirmatur, animo oportet parte id maxime curare, & oratione Deum pulsare, filiū erudire, ac castigare. Orat ergo Regulus, ut descendat, ac sanet filiū. Sed attende Xp̄i Domini benignitatem cum Ps.162 Regulo, quam quotidie nos experiamur quoniā; explicuit regius Psal. cum ait. Sicut miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ip A se cognouit figmentum nostrum, recordatus est, qm̄ puluis sumus, homo sicut fænum, dies eius tanquam flos agri sic afflorebit. Adeo debilis hōest, ut similis sit figmento, & flori, qui facile decidit. Et ideo Deus p sua infinita misericordia, miseretur hominis, & imperfectiones illius tolerat, & cum minimum quid fecerit, quasi multa fecisset, ei plurima concedit dona, quia sicut pater miseretur filij paruuli, & multa tolerat, ac dissimulat, & parua, quæ filius facit, ipse magni ducit, ita Deus noster nobiscum se habet.

Attēde hoc in Regulo impletum, quē quasi tenerū filium Christus tractat, & imperfectiones tolerat; Vide nunc Reguli fidem imperfectam, qua ad Christum B uenit, dicēs: Descēde, priusquam moriatur filius. Nescit, ubiq; Christum esse secundum diuinitatē. Quanto rectius Centurio. Tantū dic, uerbo, & sanabit puer Mat.8. meus. Minimā fide ad eum Regulus accessit, ut ad Prophetam, sed cum increpatus a Xp̄o Dn̄o est, creuit fides eius, cum uerbo Christi credidit sanatum filium. Sed pfecta fuit in eo fides, cū uiso miraculo credidit ipse, & domus eius tota. Sicut in natura est puer, adolescens, & uir ita fides i triplici est statu. Sustinuit, uero Xp̄s impfectionem Reguli, docuit, & corripuit eum, ut pater filium, donec cresceat, & uir fit. Ita ēt nobiscū Deus se hēt: innumeras impfectiones tolerat, ac dissimulat, quasi ei perfecto obsequio inseruiremus. Quemadmodum pictor incipit Simile efformare imaginem, nec eam perdit, C quia imperfecta, & impolita est, sed eam paulatim perficit, ac cōsummat, sic Christus Dominus in peccatorem immittit primum spiritum timoris, qui est non inhabitantis Spiritus sancti, sed disponentis, & quasi aquila prouocat ad uolandum pullos suos, ita prouocat peccatorem eo spiritu, ut a peccato recedat, eūque tolerat, & expectat, & calamum quassatum non confringit, & lignum fumigans non extinguit. Multa peccata homo videt, quæ ei manifesta sunt: sed si etiam occulta uideret & imperfectiones innumeras, quas in operib. optimis

A mis admittit, tunc uero nosset, quam iu ste posset eum Deus repellere a domo, & obsequio suo. Q̄n facti sumus im̄mū
Isa.64. di omnes nos, & omnes iustitiæ nostræ tanquam panus menstruatę Deus uero pro sua infinita bonitate, nos tolerat, & tanquam pueris compatitur.

Increpat vero Regulum tanquam filium dicens: Nisi signa, & ꝓdigia videritis, nō creditis. Innatum fuit Iudæis, et quasi a natura insitum, vt signa peterēt, & sine pluribus signis non crederent.
1.Co.1 Hinc Pau. Iudæi signa petunt, Græci sapientiam quærūt. Abrahā audita a Deo
Ge.15. ꝓmissione terræ illius, ait, Dn̄e Deus vn̄ scire possum, ꝙ possessurus sum eam? Et
B Moyses Deo, ait, non credent mihi filij
Exo.4. Israel. Et ait Dominus. Si nōcrediderit tibi nec audierint vocē signi prioris, credent verbo signis sequētis. Quod si nec duob. signis crediderint, sume aquā fluminis, & uertetur in sanguinem. Sic Gedeon signū petit. Sic Ezechias. Et a Christo domino sæpissime signa petita sunt. Reprehendit vero Christus Dn̄s signa petentes, quia plura præstiterat, & ex eis & scripturis adeo manifestum erat, ipsū esse Messiam, ut insignis proteruia iam esset, illud nō credidisse. Vn̄ ad quosdā signū petentes ait. Facto uesperi dicitis
Ma.16 serenum erit, rubicundum.n. est cęlum & mane, hodie tempestas rutilat.n.triste cęlū. Facie ergo cęli diiudicare nostis signa autem temporum non potestis scire; Quasi dicat. Ex datis iam signis me
C nosse debueratis, non noua signa q̄rere. Et cū plurima signa uidissent, plura expetebāt. Recte valētis est, uno hausto potu sitim se dare, infirmi vero est, mille po
Simile tib. non satiari, & huiusmodi hi erant.

Licet increpatus fuerit Regulus, a petitione nō destitit, sed ait. Descēde, prius quam moriatur filius meus. Et Christus Dominus ait. vade, filius tuus uiuit. Attende Christi Domini benignitatē. Per
Simile similis nunc ille est patri, ad quem filius amātissimus dicit, opus est mihi veste, hęc.n.rupta & vetus est, at pater eū carpit, & increpat, quia plurima vestimēta atterit, & nihilominus petitioni illius acquiescens nouam vestem ei confici ꝓ-

cipit: ita Christus Dominus increpat re- A
gulum, sed ei cōcedit quod petit. Et licet importunus sit, eum sustinet, & exaudit. Homines dicimus nō posse nos sustinere importunos. Deus uero non solū nos sustinet, cum importuni sumus, sed vult Ma.1
ac ꝓcipit esse importunos. Sic exaudiuit Chananeam importunā, Regulum importunū. Et nos oēs monet, ut importuni simus ei, adhibitis ad hoc exēplis amici, qui nocte importunus ab amico petit tres panes, & viduæ importune petentis Lu.11.
vindictā a iudice iniusto. Hoc vero maximū Dei arguit amorē, q cupit, ut sem p ei assistamus, semper eū oremus. Opor- Lu.18.
tet semper orare, & nunquā deficere. Et unū ex his quæ oratio habere debet, ut impetret, est perseuerantia, quæ impor- B
tunitas est. Diuersum ingenium Dei nr̄i ab ingenio aliorum Deorum, qui Dii di- Dan.2
cuntur, & non sunt. De eis enim Sapientes pronunciant apud Danielē exceptis Diis, quorum non est cum hominib. cōuersatio. At Dei nostri delicię sunt, esse cū filijs hoīum. Vult nobiscū semper cōuersari. Vult nos ipsi importunos esse.

Credidit Regulus, & domum reuersus filium incolumen reperit.

Vt vero Reguli huius historiā nobis accommodemus, sciendum, vnumquemque hominem Regulum esse. Homo cōditus a Deo, Rex est, sed post peccatum Regulus est, regnū hoīs explicuit Deus Gen.1.
dicēs. Faciamus hoīem ad imaginem, et similitudinem nr̄am, ut præsit uolatilib. cęli, et bestiis terrę, &c. Et Sapiēs ait. De- Ecc.17.
dit homini ptātem eorum, quæ sunt sup C
terram, posuit timorem illius sup oēm carnem, dominatus est bestii, & uolatilibus. Sed peccato imminutum est regnū eius, bestię.n.q̄ ad nutū ei parebāt, nunc non parent. Et in seipsum, & appetitū sum licet principetur, sed non absoluto Dominio, ut prius. Rebellat.n.caro contra spiritum, & sæpius eum superat merito non Rex, sed Regulus dr̄. Iuxta illud Abdiæ: Ecce paruulum in gentib. dedi- Abd.1.
te cōtemptibili tu es valde. Merito uero omnis creatura contra hominē rebellauit, qa ipse Deo obedire noluit. Fortitudo naturæ lapsę minima est. Hinc Esa. Esa.1.

A Erit fortitudo vestra quasi fauilla stupæ In natura integra potens homo erat ad omnē virtutem, at in lapsa infirmus, & impotens. En regulum. Sed, quomodo eius filius se habeat, uideamus. Te interrogo ò hō, habes filium? Olim maledicti in lege putabantur, qui filios non habebant.
Ose. 9. Nunc vero maledictus est, q in spiritu filium non habet. De eis vuluam sine liberis, & vbera arentia lacte, ait, propheta. Sed quis, in quis, filius meus est? Res quædam interior, q̄ ab anima nascitur tanq̄ a matre, & a Deo ut patre. Sed quid hoc est? Certe non scientia, nō nobilitas. Quid ergo? Fides, quæ per charitatem operatur, hic est filius, quem si non habueris, maledictioni subiacebis
B æternæ. Hic fructus est, quem producere debes, ut non excidaris, & in ignem mitaris. Et qui huc fructum profert, dat fructum multum.

Si hunc filium habes, serua illum, &
Simile conserua, propter illum enim vita tibi concedetur ęterna. Aliquādo pater, vel mater propter filium possidet maioricatum, vel principatum, quem statim amitit, si filius moriatur, ideo præcipua cura filium seruat. Serua ergo tu filium hūc: propter illum enim regno ęterno potioris, & si illum amittis, regnum amisisti.

Sed nunc attēde, an infirmatus sit filius tuus. Sicut infirmatur corpus, cū calore extraneo inflammatur, cū uires deficiunt, cū cibum non sumit. Ita cū non
C esuris iustitiam, cum fastidis orationem sacrā, & piam lectionem, & reliqua bona opera, infirmatur filius tuus. Anteq̄ domus decidat, minatur ruinam, & aliquæ minimæ partes ruunt. Cum vides te non sustinere verbū asperum, cū non operaris opera Dei facile, cum viriliter tentationi non resistis, sed quasi dubitas an facias peccatum, vel non, pedes tui commouentur, pene moti sunt, infirmatur hic filius tuus. Accede ad Christum,
Eph. 6. priusquam moriatur. Et illud fac, quod hodie Paul. in epistola monet. Accipite armaturam Dei, ut possitis stare in die malo, id est, in die laborioso tentationis. Sed ais, ego laborem non sentio, cum tē tor. Ita est. Sed nec impudica mulier affligitur, cum in malum sollicitatur, casta uero & uirgo affligitur. An non affligetur aīa, cum uidet indubio esse an Deum amittat? ô vita, in qua hoc discrimen est quis te diligit? in dubium reuocatur, an Deus amittendus sit, quid laboris non sentiat, qui nouit quantum bonum sit Deus? Accede ad Christum, prius quā filius moriatur, si crescit tētatio, crescat Ps. 75.
oratio. Proijce te ad eius pedes, & dic, de Es. 38.
scende, priusquā moriatur filius meus. Dic cum Psalmista. Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorū meorū, & ipsum nō est mecū. Domine uim patior, responde pro me, & sanabit Christus filium tuum, & liberabit te a die malo.

Sed forsan ais. Assensum præbuit tentationi, mortuus est filius meus superest B
ne remediū? Hic. n. Reguli filius incipiebat mori, mortuus tamen non erat. Superest quidem, quia licet peccaueris, incipis mori. Duplex est mors, sicut & uita, mors peccati, & mors secunda, q̄ est infernus. peccare est incipere mori in inferno, sicut viuere uitagratię, est incipere uiuere in cęlo. Incipis ergo mori, si peccasti, ē enim peccatum principium inferni, vermib. n. rodentib. peccator scater. Nihil tristius peccatore, qui aliquādo Deū gustauit, licet exterius rideat, sed interius plorat, pedem unum in inferno iam posuit. Sed audi remedium. Venit Iesus a Iudea in Galilæam, a terra laudis ad terram mutationis, a cęlo interram. Traxit uero eum clamor sanctorum orantiū. Descēde priusquam moriatur genus hu C
manum. Hoc petebat Dauid, Domine inclina cęlos tuos, & descende. Et Esai. Vtinam disrumperes cælos, & descende Ps. 17.
res. Et ille ait. Vidi afflictionem populi Esa. 64
mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, & sciens dolorem eius, descendi, ut liberem eum. Sicut ergo clamor eum traxit in terram, ita clamor trahet eum ad te. Clama, necesses, eiula, plora, & uiuet filius tuus, &c.

A IN EADEM DOMINICA XX. post Pentec. Concio Secunda.

The. Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum, &c. Ioan. 4.

PRoprium est Babylonici calicis pleni abominatione, vt somnu cõciliet bibentib. & insomnia plura efficiat. Et
Simile quemadmodum qui somniat, plura bona se putat habere, quæ tamen non hẽt, & aliquando mala, in quæ non incidit: Ita peccator putat se diuitem, cum non sit, & sanum cum infirmus sit. Sicut sõ-
Ge. 40. niat pincerna potum se Pharaoni dare, & cum euigilat, uidet se carceri manci-
B patum: ita nunc putas, o homo liberum te esse, ac sanum, cum infirmus sis, & captiuus, putas te diuitem, nullius egentẽ, cum sis pauper, miser, & miserabilis. Vt nostram agnoscamus infirmitatẽ, lumẽ cœleste petamus nobis concedi, precatu Mariæ æterni luminis parentis optimę.

Proponitur nobis in Euangelio modus quærẽdi remedium omnium malorum. Fides excitat, ut quæratur. In X῀po illud quęrendũ est. Oratione obtinetur: Et verbo Christi omnia mala pellũtur. Infirmatur Reguli filius, nec medici eũ curare potuerũt. Commouentur patris viscera. Sed si quis ad eum accederet, & in aurẽ diceret rei euẽtum, certè leuaret eum cũ oblatione, cum audiret, infirmitas hęc nõ est ad mortẽ, uiuet filius tuus, & tu cum tota domo viues uita fidei. Fęlix malum, quod tãti boni causa est. Nõ
Ge. 44. tribulat, & affligit Deus ut affligat, sed
C vt plurima bona pstet. Si nosset hõ bona, quæ Deus pro parua tribulatione ei parat, non deficeret in tribulatione, sed gauderet, sed exultaret, sed gloriaretur. Non audisti iocũ Ioseph cũ Beniamino dilecto: Dat scyphũ in saccum eius, mittit iudicem qui qrat, capitur Beniamin, sed iocus ille fuit amoris, & dulcedinis plenus, & mutua agnitione terminat⁹. Infirmo vero filio remediũ quærit, Regulus, non à Pythonib. nec in medicorũ arte confisus, sed in X῀po. Increpatur a bo eo, sed increpationi Dei proxima est eius misericordia. Statim ait, Vade, filius tuus viuit. Hęc de litera Euangelij. A

Aug. Aug. ait, sicut perspicilia quæ oculis anteponuntur, non iõ facta sunt, ut uideant, sed ut illorum interpositu reliqua videamus, ita infirmitates corporis non propterea immittunt, vt in illis sistam⁹, sed vt per illas animi morbos uideam⁹. Cum enim corporalis infirmitas effectus peccati sit, illud nobis manifestat.

Sed qualis hodie pponitur nobis infirmitas? Febris certe, ut per eã agnoscamus animæ febrim. Sed quid febris est? Inordinatus calor circa cor accensus, q inde procedens, totum occupat corpus, sed impulsus inordinato motu pręcipue agnoscitur. Principium febris solet esse frigus nimium, & terminus, eius calor nimius a frigore niuis ad calorẽ nimiũ. B
Ita principiũ omnis mali frigiditas spiritus est. Hinc X῀ps dñs. Q̃m abũdabit Ma. 24
iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Et quemadmodum correptus frigore, nihil ualet operari, ita cum videris vacantem te à bonis operibus, agnosce appropinquare febrim mortiferam. Cum .n. bona opera relinquis facile, similis es infirmo, cuius opa ut talia cessã, cui mortẽ appropinquare dicis: cessatio enim ab operibus corrumpit habitum uirtutis.

Huic frigori proxime succedit excessus caloris, q febris est, qa incipit hõ mori. Ordinatus .n. calor viuificus est, & vitam conseruat; inordinatus uero febris est. Amor ordinatus charitas est, qua diligitur primo loco Deus, secũdo anima propria, tertio anima proximi, quarto corpus propriũ, deinde corpus proximi. Inordinatio huius amoris febris est. Vis C
videre febricitantem? Audi ps Regium Ps. 79.
Incensa igne, & suffossa, ab increpatione vultus tui pibunt. Incensa est Babylonica clibanus, æstuat continuo cor de siderijs prauis. An non sic Amon lãguebat p desiderio Thamar? Aman pre desi- 2. Reg.
derio honoris? Nabuchodonosor p desi- 13.
derio imperij? Et quemadmodũ febricitans cogitat fontes, riuos, flumina: ita tu cogitas regna, diuitias: honores, uoluptates, dicisq; in corde tuo, si essem Dux vel Rex, si diues, hæc, & hęc agerẽ. Vere febricitas, cogitãs inania, ardes iordinata

A cupiditate, incipiens ardere igne inferni. Et ipsius tuus similis fit pueris illis, q immolabantur idolo Moloch, q in eius manibus ponebantur, cum ille succensus igne erat, & sic cremabantur.

4. Reg. 23. 3. Reg. 11. Leu. 11

Agnoscitur febris ista in veloci pulsus motu. Amor. n. inordinatus diuitiarum, honorum, ac uoluptatum, facile deprehenditur, in solicitudine nimia temporalium, in laboribus plurimis, ut honores, aut uoluptates acquiras. Et quemadmodum febricitans nullibi quiescit, iam in hoc, iam in illud latus uertitur, & causam tam concitati & turbati motus in lectum reijcit, cum tamē non lectus, sed febris id efficiat; ita nullibi quiescit peccator, quia affectū non collocat in Deo, qui eius finis uerus est, ubicunque collocauerit, non satiatur, non quiescit. Non est pax impijs dicit dominus. Solus em Deus satiare, ac implere potest hominis cor. Hinc illud efficitur, quod Horatius ait initio sermonum, ut nemo sua sorte sit contentus, sed mercator laudat militis sortem, & contra. Et si commutes officia, minus erunt cōtenti, non enim officium in causa est, sed febris. Febris ēt gustum mutare solet, ac inficere, vt fastidiat febricitans optimos cibos, & salutares: esuriat uero noxios: ita peccator fastidit manna, verbum Dei, orationē: porros uero, & cepas, Aegypti esurit, ludos, comessationes, inania uerba.

Simile. Esa. 48. B. Horat.

Sed cuius conditionis est hic febricitans? & quo loco in febrim incidit? Certè iuuenis est, filius Reguli, principis uiri, & in Capharnaum febricitat; quod interpretatur uilla pulcherrima, uel villa consolationis, ut Hieron. ait. Non ergo mirum, quod febricitet, imo mirum esset ualde, quod non febricitaret. Iuuenis, diues, & in Capharnaum, in delicijs, quomodo non febricitet? An non Sapiens ait. Prosperitas stultorum interficiet illos? Difficile profecto hominē reperies, qui in prosperis se contineat in officio, & qui febri non corripiatur. Beatus diues, qui inuentus est sine macula, qui post aurum non abijt, &c. Quis est hic, & laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua. Nouit quidē uir perfectus in prosperitate modum tenere, et ut nautæ uento nimio flante, sciunt uela complicare, sic ille sese constringere, vt fortis Vlysses, ne cantu sirenarū ducatur. Id quidem Paulus nouit, qui ait. Scio & humiliari, scio & abundare, vbique & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriā pati. Sed quis est hic? & laudabimus eū. Quam sit hoc difficile, ostendit exemplum, non dico multorum, sed pene innumerabilium, qui prosperitate, ac rerū abundantia perierunt, & pereunt. Hinc enim difficillimum Christus dixit, diuitem intrare in regnum cœlorum. Quid enim fecit, ut Pincerna obliuisceretur Ioseph in carcere manentis, & interpretationis somnij, nisi prosperitas? Hinc dicitur. Rebus autem succedentib. prospere oblitus est interpretis sui. Quid Oziam perdidit, nisi prosperitas? Cœperat ille regnare magna iustitia, sequutus in omnibus consilium Ioiadæ, qui fuit propheta Zacharias, sed qui bene cœperat, male consummauit. Et huius rationem scriptura reddens ait. Cum roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit dominum Deum suum. Quid Nabuchodonosorē Assyriorum regem superbire fecit, nisi victoria obtenta contra Arphazat regē Medorum? Vnde dicitur: Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor nimis, & cor eius eleuatū est, adeo, vt omnes Deos terræ deleri præceperit, ut solus ipse haberetur Deus. Quid inclytū Salomonem deiecit, & in idololatriam traxit, ut daret maculam in gloria suam & dubium nobis exitum ut suæ salutis reliquerit, nisi prosperitas nimia, & deliciæ mulierum? Et quod magis mirandum est, quid regem Dauid in superbiam impulit, ut numerari populū præceperit, quo in Deum grauiter peccauit, nisi prosperitas? Victoria inimicorum? & multæ congregatæ diuitiæ? Est. n. hic effectus prosperitatis mundanæ, hominem dormientē, & inertem facere, Dei, & suimet oblitum. Quapropter Deus populū admonet suū, ut cum ingressus fuerit terram optimam, Deum non obliuiscatur

C. Hieron. Prou. 1. Ecc. 16. A. Phil. 4. Mat. 19. B. Gen. 2. Par. 26. C. 2. Reg. vlt. Deut. 6. 8.

A uisca tur. Cumq; introduxerit te Dñs in terrã, pro qua iurauit patribus tuis, & dederit tibi ciuitates magnas, & optimas, & quas nõ ędificasti, domos plenas multarum opũ, quas nõ extruxisti, cisternas quas nõ fudisti, uineta, & oliueta quę nõ plãtasti, & comederis, & saturat⁹ fueris caue diligẽter, nec obliuiscaris Dñi Dei tui, q eduxit te de terra Aegypti. Merito ait, caue diligẽter, quia difficile est, in prosperitate habere in præcordijs Deũ. Et licet nõ semel de hac re fuerint admoniti, cito obliti sunt admonitionis, & in prosperitate Deum obliti sunt, qd præuidens Moyses, eis prædixit dicens. Cõstituit eum super excelsam terrã, ut comederet fructus agrorum, ut sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit in crassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum. Sed nũ in dilecto obliuio tãta esse potest? Est certe quia Manasses, & Ephraim fratres sunt significant uero abundãtiam & obliuionem. Hinc Oseas, Vitis frondosa Israel fructus adequatus est ei. Secũdum multitudinẽ fructus sui multiplicauit altaria, iuxta ubertatem terræ suæ exuberauit simulachris.

B

Oseę.6

In Capharnaũ ergo infirmatur Reguli filius, quia i prosperitate homo perire solet. Inter eas ciuitates, quibus Vę diuinum interminatum est, una est Capharnaum. Vnde dicitur, Vę tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, quia si i Tyro, & Sidone, &c. Et tu Capharnaum vsq; ad cęlos exaltaberis, ueruntamen usq; ad infernũ descẽdes. Quia si in Sodomis &c. Quib. verbis ostẽditur malũ aliud prosperitatis, qd surdos facit homines ad uerba diuina audienda. O misera, & deplorãda Capharnaum, miserãdaq; mũdi prosperitas, in uobis homo infirmatur, & medicinæ fores occluditis dum uerbum diuinũ non auditis. Capharnaum fuit ciuitas in qua plura miracula Christus fecit, adeo ut ei dicerẽt Nazareni, Quãta audiuimus, facta in Capharnaum fac, & hic i patria tua. Et nihilominus Christus Dñs ait ci. ues illius parũ pfecisse miraculis, & uerbis suis. Grãde malũ est infirmari in Capharnaum, sed grauissimum Dei uerbis nõ commoueri. Induratur hominis cor prosperitate, ut Deum non audiat.

C

Ma. 11

Luc. 4.

Sicut uero prosperitas a Deo separat, ita tribulatio ad Deũ trahit, sicut Regulum traxit ad Christum Dominũ. Prosperitas efficit, ut homo Deum, & seipsum nõ agnoscat, tribulatio facit ut se, et Deũ cognoscat. Sic flagellatus Nabuchodonosor Deum agnouit, & ait: Oculos meos ad cęlũ leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi: Et nũc ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico Regem cęli, quia oĩa opera eius uera, & omnes uię eius iudicia, & gradiẽtes in superbia potest humiliare. Id ipsũ Antiocho accidit, qui non se agnouit, donec a Deo percussus est. Hinc igitur cœpit ex graui sup̃bia deduct⁹, ad sui agnitionem uenire diuina admonitus plaga, Et ait, Iustum est, hominem subditum esse Deo. Quando rectius se habuit Dauid, quando eum Saul persequebatur, quando, a ciuitate fugit Absalonem, quã do a Semei maledicebatur, quã cũ delicijs deditus, & otio uacãs, uidit Bersabee se lauantem, & populũ numerari pręcepit. Hinc ipse ait. Bonũ mihi, quia humiliasti me, ut discã iustificationes tuas. Et iterum: Lætati sumus pro dieb. in quib. nos humiliasti, annis, quibus uidimus mala. Hinc sancti non prosperitatẽ, sed tribulationem maximum duxerunt Dei beneficiũ. Beatus homo, qui corripitur a Deo: increpationẽ ergo homini ne reprobes, quia ipse vulnerat, et medetur, percutit, & manus eius sanabunt, ut Iob ait.

Dan. 4

2. Machab. 9

B

Ps. 118

C

Iob. 5.

Quod diximus de prosperitate tẽporali, aliqñ accidere solet i spirituali prosperitate, quæ aliqñ hominẽ perdere solet. Prosperitatem hãc dico cõsolationes, & reuelationes, in quibus ẽt uerum habet, qd superius diximus, prosperitas stultorum perdet illos. Vis uidere hoĩem perditum hac prosperitate? Audi Dauid dicẽtem, Ego dixi, in abũdãtia mea, nõ mouebor in ęternũ. Elatus superbiã est, ait Basilius, & ideo permissus est cadere in adulteriũ, & homicidiũ. Et ita accidit, q̃ ille subiungit. Auertisti faciem tuã a me & factus sum cõturbatus. Et ideo utilis est

Psa. 29

Basil.

A est tẽtatio, ne hac prosperitate pereat homo. Audi prosperum hominem. Si gloriari oportet, nõ expedit quidem, ueniã autem ad uisiones & reuelationes Dñi. Sed ne eis extollar, ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Augustinus ait, fuisse hanc carnis tentationem.

2. Cor. 12.

Augu.

Infirmus est Reguli filius, uenit ad Iesum. Et rogabat eũ, ut descenderet, & sanaret filiũ eius. Putabat, non nisi præsentia Christi suum posse sanari filium. Ita Sunamitis ait. Viuit Dominus, & uiuit, anima tua, non dimittam te. Et Naaman. Putabam quod egrederetur ad me B & stans inuocaret nomẽ Dei sui, & manu sua tangeret locum lepræ, & sanaret me. Infirma fides Reguli est, & ideo a Christo increpatur, e contra magna Cẽturionis fides, & ideo laudatur. Regulus petit, ut in domũ eius ueniat, & noluit. Ad Centurionis uero domũ properat, nõ uocatus. Sed cur Domine nõ eo proficisceris quo uocatis, pergis uero eo quo nõ uocatis? Respondetur, huius diuersitatis hanc esse causam, quod mundus honorat eum, qui diuitijs, & nobilitate magnus appare. At Christus eum, qui fide maior est. Non ne pauperes elegit in hoc mũdo, diuites ĩ fide, hæredes regni? In mũdi oculis honorabilior erat Regulus Cẽturione; at uero in Christi oculis C aliter se res habet. Quia ut Esaias ait. Nõ sec ũdum uisionẽ oculorũ iudicabit. Si ergo coram hominibus minimus fis, noli cur. re, uirtutem amplectere, & magnus eris in oculis Domini, & qui ĩ Dei oculis magnus est, ille uere est magnus. Recte Christus tãquam Deus homines uirtute prædi tos, magnos dicit homines magnos uirtu te, q[uia] ille magnitudo uera est, & homini intrinseca: ea uero magnitudo quã mũdu s suscipit, quæ a muneribus diuitijs, domo, nobilitateque est, non uera, & intrinseca m agnitudo est: sed illi p similis, de qua glo[ri]ari pygmæus posset, qui in loco edito pos itus, diceret his qui inferius sunt, ego ma ior sum, quam uos omnes, quoniam altio r sum, non uere id pronũciaret, quia æquu s super quem est,

4. Re. 4

4. Re. 5

Mat. 8.

Iaco. 2

Esa. 9.

aut suggestum, nõ est unũ cum illo, sed A duo diuersa sunt, & unum nõ cõstituũt, ideoque illum uere magnum non efficiunt. Sed ille uere magnus, qui in se, & per seipsum magnus est. Qui domũ amplam, & magnam, qui diuitias, qui officium habet magnum, non ideo magnus est, in loco quidem superiore est, sed non ideo magnus, quia illa quæ habet, non idẽ cum ipso sunt, sed diuersa. At uirtus uerum hominis bonum est & intrinsece homini inhæret, ideo hominem magnũ facit, & recte homines magni uirtute dicuntur apud sapientem. Ideo in Christi oculis Centurio cõmẽdabilior est Regulo, & eum plus honorat.

Ecc. 44

Attende etiam infirmã fidẽ, & imperfectam Reguli orationem. Descende, ait B vt filium sanes. Nõ solum salutem petit sed modum præscribit, dum petit, ut descendat, Petenda a Deo salus est, sed nõ ei modus præscribẽdus, quo salutem donet. Hinc Iudith ait. Non est iste sermo, qui misericordiam Dei prouocet, sed potius iram. Posuistis uos tẽpus miserationis Domini, & in arbitrium uestrũ diẽ constituistis ei. Fides credit, & sperat a Deo remedium, modum non præscribit sed Deo relinquit. Sic exijt Abrahã, nesciẽs, quo iret, credit filij posteritatẽ, cũ eum duceret in mortem. Moyses educit populũ Israel ex Aegypto nesciens, quo C pacto eũ liberare posset a Pharaone. Et iuxta mare positus nescit qua uia liberãdus sit, tamen populum admonet, dicẽs. Vos tacebitis, dominus autem pugnabit pro nobis. Et Susanę cor erat cõfides in domino, cũ nesciret, qua uia liberari posset. Sic & Ionas in uentre ceti cõfidit. & ait. Rursus uidebo tẽplum Domini, cũ nesciret, quo ordine illud perfici posset. Hęc fides magna Deum detinet ut magna conferat beneficia. Qui n. uidet artẽ ac uiã liberationis, non ita soli Deo fidit ac ille, qui nesciẽs eã soli Deo innititur. Tu ergo si uis magna esse fide, reuela domino uiã tuam, spera in eo, & ipse faciet. Et cum uideris nullum tibi humanum superesse remedium, tunc magis illud a Deo spera, & expectes mirabilia, quæ Deus fidei tuæ conferet beneficia.

Iud. 8.

Da. 13.

Ionæ. 4

Sed

A Sed quâ hora sanitati restituit infirmus? Hora septima reliquit eũ febris.
4.Re.4 Sacrũ aliquod mysterium in hoc septenario abscõditum est. Nam filius Sunamitis uitæ restitutus septies oscitasse dr̃.
4.Re.5 Et Naaman leproso dicitur. Lauate septies in Iordane. Et psaltes ait. Septies in die laudem dixi tibi. Sacramentum huius horæ septima est, ait Hugo Cardinalis.
Hugo in hunc locum. Hora septima est hora media iter sextam, & nonã. Hora sexta crucifixus est Xp̃s dominus, & hora nona expirauit, hora ergo septima fuit in cruce. Erat ergo humanum genus ęgrotum, & si de cælo medicus nõ descenderet, non erat homo, aut angelus, qui eum sanare posset. Descendit Christus à Iudęa in Galileam, a cęlo in terram, & hora septima,
B qua in cruce fuit hominẽ sanitati restituit. Vere aspera medicina illa fuit. Sed magnus de cælo uenit medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus, & dura admodũ purgatio illa fuit, amaraq; potio, quia amarum erat hominis crimen. Summa uero fuit Xp̃s in nos mĩa, cum ibi dolores sustinuit, quos nos tolerare debuissemus. Sicut cũ infirmatur infans, nec potionem amarã sumere ualet præ teneritudine sumit eam nutrix, ut in lacte suaui aliqua fit medicinę qualitas, & virtus, qua infans saluti restituatur, ita nõ poterat homo pro pc̃tõ satisfacere, stomachus ei nõ erat ut potionem biberet, qua peccatũ deleretur, sumit eam Chri-
C stus dominus, tãquam nutrix, & postea in lacte suaui facilis pænitentiæ, peruenit ad nos uirtus potionis, & calicis Xp̃i & applicatur nobis meritum, & satisfactio Christi, & ita nos sanamur.

Sed quis dicendo cõsequi ualeat amaritudinem potionis illius, quam Xp̃s dominus ebibit, usque ad fœces? Bibit eam in horto, & factus est in agonia, & sudor sanguineus profluit in terram. Et adeo eo difficilis apparuit, ut diceret. Pater transfer calicem hunc à me. Et quẽadmodum infirmus uidens amaratam potionem turbulẽtam, ac fœdam, eam horret, & declinat dicens; tolle, tolle eã ab oculis meis, sed tandem uitæ amor eum cõpellit, ut eam ebibat, ita Christus cum calice passionis se habuit. Agonia uero illa
A effectus fuit cõtentionis, & pugnæ inter amorem Xp̃i domini in nos, & naturalem mortis timorem: timor enim mortę recusabat, amor eam optabat, pugnabãt inter sese, & campus pugnæ cor Xp̃i erat, sed tandem amor superauit timo- 1.Io.4
rẽ, quia perfecta charitas foras mittit timorẽ, eiecit eum a loco pugnæ, & cum exiret prodijt sanguine madefactus. Et Lu.22.
tunc factus est sudor eius sicut guttæ sãguinis decurrentis in terram. Mirus profecto, & inauditus sudor, magna hominis infirmitas. Sed ab hoc sudor declinare cępit hominum languor, sicut sudoribus infirmi leuari solent. Amarissima profecto B
potio illa, & quam nullus hominũ bibere posset, nisi homo Deus, cum et ipsum in tanto discrimine cõstituerit. Sed attẽde iam, quomodo uirtus huius amarissimæ potionis nobis datur in dulci lacte, q̃d enim facilius esse potest Christianæ pænitẽtia? At illa participamus Christi passionem, & merita. Simile
Vis suauitatẽ, ac facilitatem eius uidere? Dic obsecro, si cuilibet infirmo in corpore nunc diceret, ut sanitatem consequaris, tãtũ opus est, ut doleas de infirmitate tua, & eã medico dicas, hõ inedias, non purgationes, nõ philebotomias, à te exigno. An non illa facilis iudicaretur medicina? Quis Heb.2
uel ad horam ægrotaret. Cur igitur non facilis iudicabitur, ut aĩæ salutem consequaris, & febrem pestiferam peccati cures pænitẽtia, in qua illud solum a te exi- C
gitur, ut doleas de peccato, & illud confessario manifestes? Recte Paulus. Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem, oblata nobis facili ac suaui medicina.

Sed audi effectum miraculi Christi. Bed.
Credidit ipse, & domus eius tota. Beda notat triplicẽ statũ fidei in Regulo, incipientem, cum ueniant ad Xp̃m cuius præsentia, & non aliter existimauit suũ posse sanari filium. Proficientem, cum Ioã.17
credidit uerbo Xp̃i, & sic credidit, quod absens sanare posset. Perfectam uero, & uiuam cum credidis ipse, & domus eius tota. Hæc fides uiua hominẽ saluat. Iõ nobis oraculum est cum Apostolis, Domine

A mine adauge nobis fidem. De hac perfe
Ioan.3 cta fide dicitur. Vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat. Et qui credit in filiū Dei, habet uitam æternam. Hac.n. fide primum assentimur reuelatis a Deo, ipso Deo interius inspirante qua non credimus ut dæmones, qui credunt, & contremiscunt, illi.n. ea fide agnoscunt Deū hostem, sed fides uiua agnoscit Deum, vt patrem, & superiorem, et ei se subdit. Sicut cum homo nesciens, quis sit pater eius, & tandem illum agnoscit, simul agnoscit, & se illi subijcit. Ita credit, qui
Iaco.2.
Ps. 115 ait. Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Nimis dicit se humiliatum excelso Deo, & parenti optimo. Et hinc vlterius procedit fides hæc, vt Deo obediat, & mādata
Titū 3 eius obseruet. Hinc. Pau. De his uolo te
B confirmare, ut discant bonis operibus præesse, qui credunt Deo. Deinde hæc fides viua confidit, ac sperat in hoc patre, & saluatore, quod ab eo recipiet bona cuncta gratiæ, & gloriæ. Et hinc prouenit exultatio illa, de qua Petrus ait. Cre
1.Pe. 1 dentes autem exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata reportantes finē ueſtræ salutem animarum ueſtrarum. Qui uero tantorum bonorum spem concipit, abstinet se ab his, quę impedimento esse possunt consecutioni tantorum
1.Io.3. bonorum. Hinc Ioannes. Omnes, qui habent hanc spem, sanctificat se, sicut
1.Co.7 & ipse sanctus est. Et Paulus: Habentes igitur has promissiones emundemus nosmetipsos ab omni inquinamento
C carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Et hanc spem
Ro. 5. uocat Paulus anchorā, quę non in imis, sed in supernis tanta figitur certitudine, ut nullus procellis dimoueri possit. Hac fide perfecta, atque formata credidit Regulus, & domus eius tota, quę fidem domini est imitata domus vero nostra tota credit, cum uniuersa, quæ in nobis sunt huic fidei seruiunt, ac ministrant, &c.

DOMINICA XXI. A
Post Pentecosten.

Thema. Sic & pater meus cœlestis faciet, uobis, si non remiseritis unusquisq. fratri suo de cordib. ueſtris, &c. Mat. 18

IN hoc Euangelio ostenditur, existēti in ecclesia per fidem, necessariam esse charitatē, quæ usq; ad inimicos extendatur, sine qua Deo placere nō possumus. Dī uero initio Euangelij, Ecclesia regnum cęlorū, quia illa cœlestis est, & de cælo eius leges, & ordo uenerūt. Et si ecclesiæ politia, atq. gubernatio regnis alijs cōferat tanto ea superat interuallo, quāto cœlestia terrenis antecellunt. Merito ergo regnum cœlorū nuncupatur. Ideo Canticorum 1. dicitur, ò pulcherrima mulierum. Alia.n. regna, & imperia B
ex hoc mundo traxerunt originē: Ecclesiæ uero monarchia cęlestis est. Hic Ioānes ait. Vidi ciuitatem sanctā Hierusalem descendentem de cælo, à Deo paratam, tanquā sponsam. Vere Christus dilexit ecclesiā, & eam sibi gloriosam exhibuit, qa spōsam eam sibi uoluit esse. Et Ap.21
quemadmodum si in potestate tua esset vt spōsam tuam ditares omni bono, id sine dubio pręstares. Ita Christus exhibuit sibi gloriosam Ecclesiam. De ueteri qdē synagoga, quæ ecclesia fuit, multa Moyses eius Paranymphus ait. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deu.4
Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationib. nostris. Quæ est. n. alia gens sic inclyta, ut habeat ceremonias, iustaque iudicia, & C
vniuersam legem, q̃ ego proponam hodie ante oculos ueſtros? Et de eadem ps. ait: Beata gens, cuius est dominus Deus Ps. 32.
eius, populus quem elegit in hæreditatē sibi. Et iterum. Gloriosa dicta sūt de te, ciuitas Dei. Cumque ad illam ecclesiam Ps. 86.
maledicendum cōductus esset Balaam Nu.24
multis muneribus, ondit ei Deus illius pulchritudinem, & nō potuit non eam benedicere, dixitque. Quam pulchra tabernacula tua Iacob, tētoria tua Israel, ut ualles nemorosæ, ut horti iuxta fluuios irrigui, ut tabernaculi, quę fixit dn̄s quasi

A quasi cedri prope aquas. Sed de Christi ecclesia multo potiora dicta sunt, longo interuallo Synagogam superat. Quod
Ps. 86. manifestis verbis Psaltes ostendit dicēs: Diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Quasi dicat: Præstātiora sunt infima quæq; populi Christiani, quam summa culmina ueteris Synagogę. Sicut dici solet: pręstat huius domus ianua, uniuersæ domui illæ. Ita portæ ecclesiæ præstantiores dicuntur uniuersa Synagoga. Ecclesia ergo Chri regnum est cælorum, Ierusalē descendens de cęlo, monarchia è cœli descendens,
B quia a Deo ipso ordinata, & constituta est, & in ea diuina est iurisdictio. Fuerūt & sunt nationes aliquæ adeo elatæ in cogitationibus suis, & supbæ, ut reliquas omnes barbaras appellarent. Ita Græci olim & Romani loquebātur, apud ipsos putabāt uitam esse politicam duntaxat, in reliquis barbariem. Sic etiam nunc angeli loquuntur, cumque inclytum alterius nationis hominem audiunt, cum eum laudāt, dicunt, hæc, & hæc bona in eo sunt: sed angelus non est, quasi barbarus sit, si angelus nō est. Mira nominum iactātia, & incredibilis animi elatio. Sed hoc, quod in alijs nationibus superbia est, in Ecclesia duntaxat est ipsa rei ueritas. Potest enim ecclesia eos, qui extra il
C lam uersantur barbaros nuncupare, &
Sap. 9. nihili ducere. Ita Sapiens ait. Si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapiētia tua, in nihilum computabitur. Merito ergo fidelis de quolibet infidelium pronūciare potest, hęc, & illa bona habet, sed de ecclesia non est, ab eo abest diuina sapientia: in nihilum computandus est.

Hęc ergo ecclesia, quę quia Deo similis est regnum cælorum dicitur Deo in misericordia, ut assimiletur, oportet. Parcere, & misereri maxime Dei proprium Ecclesia ait, in hoc ergo ipsi nos similes præstemus. Hoc intendit hodierna parabola hominis Regis, qui debitum decem millium talentorum dimisit, & iratus est in seruum, qui alteri non dimisit.

Peccatum debitū est. Hinc oramus: Dimitte nobis debita nostra. Nec solum A debitum est, sed talēti debitum, idest, maximum debitum, & debitum decem millium talētorum, quod summū est, quia est sex mille milliarium. Hoc summum hominis debitum, cum peccata ad supremum peruenerunt, hoc ostendit Dominus Zachariæ, ad quem ait Angelus. Le Zac. 5. ua oculos tuos, & uide quid est hoc, qđ egreditur, & dixi, quidnā est? & ait. Hæc est amphora egrediens, & dixit, hęc est oculus eorum in uniuersa terra. Et ecce talētum plumbi portabatur, & ecce mulier una sedens in medio amphorę, & dixit. Hæc est impietas, & proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plū beam in os eius. Amphora mensura B est, per quam significatur certus peccatorum numerus, quem Deus in sua præscientia statuit, ut cum impletus fuerit, peccatorem puniat. De qua mensura Ge. 15. ait. Nec dum enim completæ sunt iniquitates Amorrhęorum usque ad præsens tempus, & ideo eos nunc non delebo. Manifestius de hac mēsura loquit Ma. 23. Christus Dominus. Implete mēsurā patrum uestrorum. Amphora ergo illa Zacharię, est mensura peccatorum, qua cō pleta, Dominus peccatorem punit. Addit uero propheta. Hæc est oculus eorū in uniuersa terra, idest. Vbicunque sint peccatores in hanc mensuram oculos coniiciunt, idest, tam effrenate peccant, C vt ad nihil aliud aspicere uideantur, quā ut hanc mensuram expleant. Addit præterea. Et ecce talentum plumbi portabatur. Talentum nomen est ponderi sexaginta minarum, siue sex mille dragmarum: hoc uero talētum uocat postea massam plūbi, ut Hieronymus ait. Quid ue Hiero. ro hoc talētum sit, statim indicabimus. Et ecce in medio amphorę illius mulier sedebat, quæ est iniquitas, ut significet mensuram illam nihil aliud continere, quā iniquitatem. Hęc uero describitur Cyril. habitu mulieris, ut Cyrillus ait, quia typus uoluptatis est mulier, & infirmitatis. Hęc uero mulier prius erat ī amphora sed nō tota pars. n. eius foris erat. Sed proiecit eā postea in medio amphorę, ut amphora omnino impleretur. Hoc Iudæi

fi e-

A fecerunt cum Christum occiderunt. Et iō ad eos Xp̄s ait. Itaq; testimonio estis vobismetipsis,q̄a filij estis corū,qui pro
Ma.23 phetas occiderunt. Et vos implete mēsuram patrum vestrorū. Quib. verbis ad hunc Zachariæ locum spectare vř Dn̄s. Quasi dicat implete mensuram peccatorum,quam patres vestri olim implere cęperunt,ut est apud Zachariā. Cæteri uero pc̄tores id faciunt, cū ingentia iam facinora admittunt,quib mensurā suā expleant. Et tandē propheta ait. Misit massam plūbeam in os eius. Si in os,amphorę intelligas,significat, diu mansurā impietatem in eis,ut q̄ clausa est massā plūbi. Si uero ad os mulieris referas, significat debitum maximum ex iniquitate cō
B tractum,ꝙ in ore eius est,qui illud negare nō pōt. Et iō oīs iniquitas oppillabit
Ps.106 os suum, vt Ps. ait. Ecce peccatoris ingēs debitum,talentum scilicet, quod maximum est pondus,& decem millia talēta quib. innumera peccata significantur.

His uero verbis significatur debitum hoc infinitum esse,& tātum,ut si omnis creatura illud persoluere tentaret,nequaquam posset. Quia per peccatum efficiť hō debitor, non sui tantū, quem a Deo abstulit,sed ēt diuinitatis ipsius,infinitū plane debitū dēs o peccator Deo, & debes ei diuinitatem, quis tātum debitū,p soluere poterit? Si uniuersa dederis creaturas,nihil dedisti,plus multo debes q̄a Deū debes. Sed qūo,ais, Deū debeo, q̄n
C ego diuinitatem illius surripui? Rn̄deo.
Simile Quemadmodum si nūc Hispaniarū rex corona regni insigniretur, & tu coronā a capite eius tolleres,& illā seruo imponeres, quātum in te fuit regnum abstulisti a rege,& seruo dedisti, regnū regi surripuisti,regnū ei dēs. Cū mortaliter peccas hoc cū Deo tuo efficis. Ille finis vltimus est, ille rex,ille super oīa diligēdus, & habendus. Tu vero,hāc regni coronā hūc ultimo fini debitum honorē, & dilectionem a Deo tuo aufers, & creaturę tribus propter quam Deū derelinquis. Diuinum ergo honorem a Deo auferēs ei diuinitatē surripuisti, & debes. Et sic oē pc̄m mortale participatio idololatriæ est, & idololatriā cōmittit, q̄ quidē spūalis: qua illud efficis, quod Paul. ait. A
Mutauerūt gloriā incorruptibilis Dei, in gloriā corruptibilis hoīs, quia gloriā Ro. 1.
Deo tribuenda m,creaturæ tribuis.

Hinc uero illud effectū est, oportuerit Christū hoīem fieri,& pati, ut plane huic debito fieret satis:ille.n.eDus cum esset, patri se ,p nobis obtulit, & si Deū abstulimus,Deus redditus est, & sic iustitię Dei satisfactū. Et disruptū est chirographū debiti nostri, & damnationis nr̄ę Xp̄o in cruce oblato, dicēte Paulo.
Delēs ꝙ aduersū nos erat chirographū Col. 2.
decreti,ꝙ erat cōtrariū nobis, & ipsum tulit de medio affigēs illud cruci. Si dū peccas attenderes chirographū, ꝙ manu tua subscriptum das,quo te deuincis
vt æternas pœnas sustineas,& infinitū B
contrahis debitū non tam facile peccares. Aliq̄n in necessitate cōstitutus, mer-
ces q̄tis,quas caro emisti pretio, & illas Simile
diuēdis tanq̄ vltroneas uilli, vn̄ debitū contrahis. Sed si cordatus vir es,attēdēs debitū, simul attēdis,q̄n,vel vnde illud soluere possis. Nūc peccans attende, solis creatis virib. impossibile esset psolui debitum,quod cōtrahis,ideoq; similis efficeris homini,qui debitis onerari mini mū ducit,nec attēdit,se nō esse soluendo. Et hinc,& inde pecuniā exigit a creditorib. postea in carcerē truditur, nec unquā inde exire pōt. Simile quid peccatori accidit,q plura hic,& ibi pc̄tā com-
mittit,& debitis oneratus in infernū tru C
detur. Vbi talēto plumbi operitur ōs laci,ut inde nūquam emergere possit. Au
di dicentē. Amen dico tibi,non exies in- Eph.5.
de,donec reddas nouissimum quadrātē.

Sed iam attēde infinitā Dei mīam erga peccatorē,qui coram eo humiliatur. Nā cum oblatus ei esset seruus debēs decem millia talēta,& ille procidens diceret,patientiā habe in me,& oīa reddam tibi,misertus Dn̄s serui illius dimisit eū & debitum dimisit ei. Quibus uerbis ostenditur,ueritas illius,quod Paul. ait:
Qui potens est superbūdāter facere quā Mat.5.
petim⁹,aut intelligimus. Petebat iste debitor dūtaxat tp̄s ut solueret,et cōdonat ei uniuersum debitū. Infirmitate grauaris,ores Deū, concede mihi uitā,ut pc̄tā

pœni-

A pęnitendo deleam,& delet Deus statim peccata,& omne remittit tibi debitū,& insuper uitā concedit. Optime cum debitore ageres,si cum ille ait,cōcede mihi tps,& ego omne debitum reddam, tu diceres,remitto tibi omne quod debes.

Sed dubitas,quō tantum debitū adeo facile remittitur? Sūme hoc facto Deus miam suam commēdat,ac dilectionem, cum ingentia crimina tā facile remittit, & hoiem in gfam admittit suā,quasi nihil curet honorē suum,& quasi leue qd cōmisisset hō.Nō considerasti hanc diuinam bonitatē,& in te largitatē. Leue quid in hominem admisisti,et in fratrē, vel in patrem,& difficilime ueniā impe-
B trare potes.Et in Deū ingentia facinora
ppetrasti,& una fusa lachrymula i mo-
2.Reg. 12. mēto ueniam cōsequeris. Vix adulter,et homicida Dauid ait:peccaui Dño,cū audit,Dominus quoq; transtulit peccatum tuum,nō morieris.Et quia hoc Domini
Ionæ 4 ingenium nouerat Ionas,noluit ire i Niniuen,nouit.n.facili pœnitentia adhibita,Deum mutaturum cōsilium.Hinc cū pepercisset Dominus Niniue,dr. Orauit Dominū,& dixit:Obsecro Domine,nūquid non hoc est uerbum meum,cū adhuc essem in terra mea.Propter hoc pręoccupaui,ut fugerem in Tharsis:scio.n. quia tu Deus clemēs,& misericors es patiēs,multæ miserationis,& ignoscens su-
C per malitia.De hac ueniæ facilitate multa diximus Primo Tomo concionū nrarū,concióne Secūda in Feriā Quintam post Dominicā quintā Quadragesimę.

In hac uero ueniæ facilitate duo Deus intendit:Primū,nobis benefacere. Secundum exemplar,regulamq; nobis proponere,ut cum fratrib,nostris misericordes simus,eisq; ignoscamus. Indiges o homo magna Dei mia,eā quotidie recipis,disce ergo a Deo tuo misereri. Estote misericordes!sicut et pater uester cęlestis misericors est. Hinc Sapiēs.Ne sit porrecta manus tua ad recipiēdū,& ad dādū
Eccl.2. collecta. Multa bona recipis a Deo,& pauca pauperibus tribuis, indulgētiam recipis plurium pctōrum, & parcere nescis ei,qui leuiter in te peccauit. Pondus,
Pro.20 & pondus mensura,& mensura abominatio est apud Dñm. Si mēsurā uis tibi magnam,ut recipias,& paruā,ut dones abominabilis eris Deo tuo. Et illud tibi certum sit,qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Et iudicium sine misericordia ei,qui nō facit misericordiam. De qua te mirabiliter Sapiēs ait:Qui uindicari vult,a Domino inuenietuindictā & peccata illi seruās,seruabit. Relinque proximo tuo nocenti tibi, & tūc deprecāti tibi peccata soluentur. Homo homini seruat iram, & a Deo quęrit medelā? In hominē similem sibi non hēt miam; & de peccatis suis deprecatur ipse, dum caro sit,reseruat iram, & propitiationē petit a Deo?Quis exorabit p delictis illius.Memēto nouissimorum, & desine inimicari. Sicut a publica potestate solēt aliqñ mēsurę visitari,ut uideat,an rectæ sint,& iustæ,& accepta optima, & iusta mensura,eaq; adhibita alijs mēsuris, iudicat eas,& quę minores apparent in patibulo suspenduntur in exemplum. Ita Deus aliqñ nobiscum faciet:mensura iusta,& optima,qua nobis ille contulit debitorum donationē. Christus Dñs est, cui conformari hac in re tenemur,ne in iustæ mensuræ uideamur. Hinc Pau. Induite uos ergo sicut electi Dei sancti,uiscera misericordiæ,benignitatē humilitatē,modestiā,& patientiam, supportātes inuicem,& donantes uobis metipsis si quis aduersus aliquē hēt querelā,sicut Deus donabit nobis Christus. Ecce mēsuram,cuius comparatione iudicādi sumus. Vę eis,qui fratribus non condonāt: nōn.n. huic mēsuræ similes apparebūt, & iō damnationem ęternam incurrent. Et uide ne forte de hac,et de illa mēsura loquatur Esa.dicens. In mensura cōtra mensuram,cū abiecta fuerit iudicabis eam. Meditata est in spiritu suo duro p diem ęstus. Quasi dicat. Nunc exaltatur homo,& uane effertur i cogitatione sua cum se uidet diuitem,& mundi bonis affluentem. Sed aliqñ abiectus erit,cum.s. supplex,& tremens ad iudiciū deueniet. Tunc iudicadus erit in mensura Christi cōtra mensuram eius, dum ostensa Christi misericordia in peccatores homines crudelitas apparebit,q mi usus nō est.

Marginalia (right column): A; Luc.6.; Iaco.2; Ecc.28; B; Simile; Colo.3; C; Esa.27

Vnde

A Vnde de misericordiæ operibus iudiciũ futurum ipse Christus testatus est. Attẽde mensuram rectam Christũ in cruce orãtem pro inimicis crudelissimis, ante quam spiritum in patris manus commẽdet, ut ostẽdat, prius recõciliandos nos fratrib. esse, quam spiritum Deo offeramus. Attẽde, quoties tibi peccata dimisit vt ide discas misereri, & parcere. Notat Prosper Aquitanicus libro de promissio-
Prosp. Aquit. nib capit. 26. Patres antiquos, qui Christi gessere figuram, excelluisse in amore inimicorum, & beneficentia in eos. Ita Moyse, Ioseph, David. Sed Christi in cruce exemplum præcipuum est, cũ pro inimicis orat, & sanguinem fundit, & pro eis uitam donat, qui eam auferũt. O im-
B mensa caritas, misericordia infinita. O ignis magis mirãdus, quam qui rubo apparuit Moysi. In spinosa cruce Christus erat, saturatus opprobrijs, plagis innumeris acceptis, ibi charitatẽ immensam ostẽdit, ibi flammas immittit, & ibi nos docet, ut e chatedra, nos illuminat igne suo, & inflammat, & immittit ignẽ, quẽ uenit mittere in terram. Et impletur illud Hieremiæ. De excelso misit ignẽ in ossibus meis, & erudiuit me. De excelso
Thr. 1. ait, q̃a de uertice crucis, ubi Christus est, misit hunc ignem, ut nos erudiat.

Sed iam crudelitatem eius, qui nõ noluit dimittere, attẽdamus mire in Euangelio expositã. Postquã Dei misericordiã expertus fuerat, qui ei decẽ millia talẽta dimisit. Egressus seruus ille inuenit unũ de cõseruis suis, q debebat ei centũ denarios, & tenẽs, suffocabat eũ dicẽs; redde
C q debes. Primũ attẽdẽ rerum mira hominis uicissitudo, & quã alter est a se ipso breui tẽpis interuallo. Tãta rerũ uicissitudo est, ut dixerit quidã philosophus, non eũdẽ esse equũ, qui ingreditur, & egreditur fluuiũ. Sed hoc in homine potissimũ locũ habet, qui nunquã in eodẽ statu permanet. Attẽde seruũ istũ, qui paulo ante humilis, & procidens erat, nunc egressus adeo superbus est, ut suffocare uelit nõ seruũ, sic uidebis hominẽ corã altari adeo humilem & deuotũ, ut eum cęlestẽ dicere possis, & inter sidera cõmorantẽ: sed inde egressus, & minima lacessitus iniuria, lucifero persimilis est.

A Ideo ait Ioannes. Licet multi crederẽt in eũ, ipse tamẽ nõ se credebat eis, quia ipse sciebat, quid esset in homine. Idest. Nouerat humani cordis mutationes: est enim Chamaleõ qui in tot colores mutatur. Ecce Iudã nũc Apostolũ, miracula patrantẽ, cum Christo manducãtem, & statim proditor factus est. Et Petrus multa promittens, statim negat. Prauũ ẽ cor hominis, & inscrutabile. Vere iã ascẽdit usque ad coelos, iam descendit usque ad abyssos. Iã deuota oratione in cęlis conuersaris, iã uero appropinquat aĩa tua inferno inferiori. Caue mutationes tãtas & in bono perseuerare stude. Ioan. 7

Huic debebant centũ denarij, ille debebat decem millia talẽta. Multũ prosecto interest inter hæc debita, & hoc ipsũ interest inter culpã in Deũ cõmissam, & iniuriam homini irrogatam. Offensa. n. creaturæ, si Dei offensæ cõferatur, nihil ẽ rõne diuinæ excellentiæ, cui collata oĩs creatura nihil est cẽsenda, & ideo offensa creaturæ nihil est, si diuinæ cõferatur. Hinc Psalmista, qui peccato suo læserat Vriã, & uxore eius, ait. Tibi soli peccaui quasi in aliũ nõ peccasset. Hac uero ĩ re apparet diuina lõganimitas, et misericordia, q̃ cũ agnoscat diuinã suã excellentiã & immensam culpã, quę in eã admittit, & uidẽs mundum sibi innumeris beneficijs obstrictũ, & summa erga ipsũ ingratitudine uti, innumerisq; peccatis pollui quasi nihil videret, sic se hẽt. Nullus hominũ fuisset uel oĩum mitissimus, q mũdũ nõ millies euertisset. Vere Dei misericordia infinita ẽ. Ex Dei oĩpotẽtia colligimus diuina attributa infinita esse, & ex ea ẽt colligimus diuinã misericordiã infinitã. Sic Sapiens colligit dicẽs. Misereris oĩum, q̃a oĩa potes, dissimulans peccata hoium pp pænitentiam, & parcens illis. Et ex infinita eius misericordia colligi etiam potest illius oĩpotentia. Attende diuinam maiestatem infinitam, et hominum in peccatis effrænatam licentiã, quasi Deus esset cæcus, aut impotens, & uidebis admirãdam Dei patientiam, & thesauros misericordię infinitos ex q̃b. colliges illius omnipotentiam, plusquã ex vni- B Ps. 50. C Sap. 11

A ex uniuersi creatione. Vnde Ecclesia, Deus, qui omnipotentiã tuam in parcẽdo maxime, & miserãdo manifestas. Mirabilis plane Dei potẽtia ostẽditur, dum unico uerbo hanc mũdialem machinã condidit, uocans ea quæ non sunt, tãquã ea, quę sũt. Sed mirabilior apparet, si immensa eius patiẽtia, & misericordia attẽdatur, qua animum continet, ne in ultionẽ facile procedat. Homo irascitur facile, præcipue si se contemni uiderit, & exprobari: Deus uero omnipotentia sua sustinere potest uasa iræ apta ĩ interitũ, & innumera hominum peccata, stomachũ habet hæc omnia capientẽ. Ideo Ex. 34. uocat eũ Moyses. Harec appain, idest, lõ-

B gas habẽs nares, qa nõ cito irascitur, nõ facile fumus ascendit in eius nares, quia omnipotens cũ sit, facile mala plura tolerat. Pessima profecto culpa ẽ, qua De9 omnipotens offenditur, quod summum ma. ũ est. Sed optime nobiscũ actum est dum Deus omnipotẽs est, in quem peccamus: si. n. in hominẽ, vel Angelũ peccaremus, parũ nos sustineret, & cito irã effunderet, sed Deus tanquã omnipotẽs plura sustinet, diu expectat, multũ tole-

Ose. 11 rat. Hinc per Oseam loquitur, non faciã furorem iræ meę, non conuertar, ut dispdam Ephraim, qm Deus, ego, & nõ hõ, in medio tui Sanctus, & nõ ingrediar ci-

C uitatem. Sed & hac ratione cauere debemus, & peccatum uitare, maxime, qa sicut sustinet plurimum, quia omnipotẽs, ita cum ulciscitur, tanquã omnipotẽs ulciscetur. Nullus. n. alius infinito tẽpore puniret nisi omnipotẽs Deus. Quasi omnipotens miseretur, & decẽ millia talẽta cõdonat: Quasi oĩpotens punit, tradens tortorib. donec reddat uniuersũ debitũ.

Attendendum præterea est, uerbũ illud, suffocabat. Conseruus erat, & tamẽ suffocabat eum. Sũma crudelitas inter fideles, inter conseruos inter fratres esse solet, & tanta, ut dici possit, a Turca, & barbaro tantam non inferẽdam, cauẽda maxime ira, quę id efficit. Quis hostium cum Ioseph faceret, quod fratres fecerunt? Duo fratres in utero ipso colliduntur. Quo propinquior frater tuus est, eo ira plus nocere, ac ferire solet. Hoc uerbũ suffocabat, & uniuersum hoc Euãgeliũ, respicit pręcipue dñs & prĩcipes mundi. Et ne quispiam, qui plura recepérit a Deo, plura debeat, quã princeps, Est ne aliquis cui plus condonatur? ... Plus hi delinquunt in Deũ, & illis ignoscit. Et tamẽ ipsi crudeles sũt alijs, suffocant sibi subditos, & reliquos omnes conculcant. Hinc Iacobus. Nõne diui- Iaco. 2

tes per potentiam opprimunt vos: & ipsi trahũt uos ad iudicia? Hoc ergo eorum iudicium durissimum efficiet, quod cũ ipsi maxime indigeant diuina misericordia, & eam petant, nolint ea uti. Ex his q̃ passus est, didicit Christus misericordiam, tu eandem disce ex ea, quæ tibi cõfertur, & noli destruere pótẽ misericordię, quem transiuisti. B

Sed nũc Christi Dñi rõnem attẽde efficacissimam: Debes tu decẽ millia talẽta, debet tibi conseruus tuus centum denarios, Si uolueris remittere, qđ tibi debetur, remittetur tibi immẽsum debitũ quod debes: si non dimiseris, non dimittetur tibi: quid ergo tibi agendum est? Nunquid non dimitteres centum denarios, ut tibi dimittantur decem millia talenta? Hoc ipsum nũc tibi accidit, lacessitus iniuria es, dẽt tibi inimicus tuus substantiam, honorem, uitam. Quanta hæc sunt? an nõ temporalia sunt? centũ ergo denarij sunt ut plurimũ. Tu in Deũ pec- C casti, quantũ te debere credis? Dum dẽs, infinito debito oneratus es, æternas pœnas debes in inferno subeundas. Ait tibi Deus tuus, remitte tẽporale, quod tibi debetur: remittam ego æternũ, quod mihi debes: quod si nõ remiseris nõ remittã. Quis nisi amens paruum debitũ nõ remittat, ut ab infinito, & æterno liber sit?

Sed aliquid maius in hoc Euãgelio dici uidetur. Nõ enim so ũ peccata nõ dimittũt ei q dimittere nõ uult. Sed & peccata dimissa redire uidẽt: cũ. n. rex dimisisset decẽ millia talẽta, postea ait. Iratus Dñs ei9 tradidit eũ tortorib. quoad usq; redderet uniuersum debitum sic & pater meus cęlestis faciet uobis, si nõ remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Quoniam pacto semel dimissũ debitum reperitur ab eo, qui non utitur

A misericordia? nonne sine pęnitētia sunt dona Dei? ut Paulus ait: donū uero Deo fuit remissio peccatorū, quomodo ergo peccata illa redire possunt? Respondent Doctores, & sācti. Primū peccata remissa redire dñr in eo, qui nunc peccat, quia nūc est in peccatore auersio similis ei, q̄ fuerat prius, & nūc est peccator sicut antea, atq; adeo i pristinū statū rediisse dr.

Secundo, redire peccata dicūtur priora, pp ingratitudinē, quā cōmittit peccās nunc, post remissionē peccatorū pceden tium ex qua fit ut quodāmodo illa peccata redeant, dū ex illis dimissis aggrauat culpa delicti pręsentis, In capite, Episcopus 12. quæst. 2. habetur: Si fuerit seruus ab Ecclesia manumissus, & postea accusauerit Ecclesiā, pot illa ipsum resumere in seruum pp ingratitudinē. Et ratione ingratitudinis multæ donationes rescindi possunt ſm iura. Licet ergo nō redeat grauitas eadem peccatorum præcedentium quia tamē ingratitudo sumitur per respectum ad ipsa, ipsa redire dicuntur, quia sunt in uirtute huius actus.

c. Episc. B

Tertio, tandem singulariter per odiū fratris dicunt peccata priora redire, qa nō solum est ingratus peccator Deo qui illi peccata remisit, sed specialiter facit cōtra formā remissionis, qua petēti ipsi remissio donata est a Deo: ipse uero, a quo remissio petitur, nō uult eam donare. Unde hęc peccata directius opponuntur beneficio remissionis, atq; adeo magis ingratum reddunt hominē. Et ideo magis in his peccatis pcedentia existunt in uirtute, ut magis pp hæc homo puniatur. Tm̄ denique, & ta graue peccatū est odij fraterni, ut pp hoc peccatum ita homo puniatur, ac si uniuersa peccata admisisset: summe ergo illud cauendū nobis est. Hoc uero peccatum, quantū sit, Dominus ostendit, qui nulla iniuria lacessiuit seruum sibi oblatum, debentem sibi decē millia talēta: cū uero iniurius fuit cōseruo, duriter eum obiurgans ait. Serue nequā, omne debitū dimisi tibi, &c. Quibus uerbis ostendit Dñs, quāti plu ris facere, iniurias nobis illatas, qua sibi ipsi. Eiusdē sceleris graue piaculum ostēdit, quod Christus Dñs ait. Vidētes aūt

C

conserui eius, quæ fiebāt, cōtristati sunt ualde, & uenerunt, & narrauerunt Domino suo. Quib. uerbis ostēdit facinus hoc, nō Deo solum ingratum esse, sed & omni creaturæ, q̄ ideo te accusat apud Deū. Quia cum omnis creatura cōmunicet aliis, quæ a Deo recipit, indignum ei uidetur, ut qui recipit misericordiam, eam non præstet.

A

Ait uero, tradidit eū tortorib. In hac uita, & in futura, quia ut Dñs ait. Eadē mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis. Hinc cū Achab, & Iezabel impijs, & crudelib. factum est, ut ipsi crudeliter necarentur, & in loco, in quo linxerunt canes sanguinē Nabot, linxerūt & sanguinē Achab. Et fratres Ioseph in Aegypto oppressi sunt, qa fratrē ibi oppresserant. Vnde aiunt. Merito hęc patimur, quia peccauimus in fratrē nostrū, & nō audiuimus uocē eius, dū deprecaretur nos. Et qa Pharao, & sui, aquis suffocabāt pueros Israel, ipsi aquis suffocati sūt. Et Adonibezech ait. Septuaginta reges amputatis manum, & pedū sūmitatibus, colligebant sub mēsa mea ciborū reliquias, sicut feci, ita reddidit mihi Dñs. En tortores quib. Dñs in uita tradit immisericordes, ut in poculo quo ꝓpinauerūt, propinetur illis. In alio uero sæculo tortores dæmones sunt, quib. tradēdi sunt peccatores, donec reddant uniuersum debitū, qd cū reddere nō ualeāt, in æternum æterna erit eorū cruciatio.

Luc. 6. 3. Reg. 22.

B Ge. 44.

Ex. 14.

Iud. 1.

C

Ex quibus omnibus demum colligit, in nostra esse pt state, Deum nobis misericordem, aut uindicem, & crudelē, si ita loqui licet, facere. Vis Deū tibi misericordē? esto misericors. Et beati misericordes, quoniam ipsi misericordiā cōsequentur. Quis non uelit Deum sibi propitium, & misericordē. Si uero crudelis extiteris, crudelem tibi futurum Deum crede. De eo enim Psal. ait. Cum sancto sanctus eris, cum uiro innocēte, innocēs eris, & cum electo, electus eris, cū peruerso peruerteris: quia tu populum humilē saluum facies, & oculos superborum humiliabis. Peruersum Deum futurū peruersis, ait, quia similis Deus speculo est, & illud refert, quod ei obijcitur, si blanda facies

Mat. 5.

Ps. 17.

A cies est, blandã refert, si irata, iratã. Peruersus ergo Deus dicitur, idest, iratus, indignationis plenus, in eos, qui misereri noluerunt, &c.

IN DOMINICA VIGESIMA Prima post Pentecost. Concio Secunda.

Non ne oportuit, et te misereri conserui tui, sicut et ego tui misertus sum. Matth. 18.

B CVm plenitudo legis dilectio sit, & q dilexit proximũ, legẽ impleuit, mirandum non est, si hac de re sæpius tractetur. Hanc uero legem sancti pręcipui maxime implent, & quo Deo aliquis est propinquior, eo magis proximorum efficitur seruus. In cœlesti curia nõ usu uenit, q in terrana, in qua reb. succedẽrib. Gen. 4 prospere, obliuiscitur homo interpreris sui in carcere cõstituti, ut Pincerna. Imo quo altius quis ascendit, eo maiorem nostri curã gerit. Hinc supremus Seraphin summe nos diligit, & nostra curat. Maria tm̃ ascendit, ut amplius ascẽdere nõ potuerit. Ideò super omnes nostri curã gerit, & quæ altior est nobis, humilior, & humanior existit, & quę Deo grarior nostri amãtissima Audit hodie seruus iste, discere deberes a misericordia mea C in te, aliorum misereri, a misericordiis sibi collatis discit Maria nobis misericordiã cõferre. Summas illa misericordias suscepit, summas etiam pręstat. Fiducialiter ergo ad eam accedamus.

Berna. Optime Bern. ait Qui se ipsum discutiẽs, plures defectus nõ inuenit, nõ recte se discussit, in multis. n. offendimus oẽs. Ita nũc dicere possũ. Qui pfecto aliquo Euangelio non inuenerit grauissimas, ac diuinas sentẽtias, ac rõnes, nõ recte p Rom. 1 tegit. Sine dubio namq. Euãgelio ille sũt qđ uirtus Dei est omni credẽti, ut Paulus ait, & Christo persimile. Vnde sicut ille excelsior cælis, maximus, optimusq; est & admirabilis, ita eius uerba diuina Ioan. 6 sunt, verba uitæ æternæ hẽs. Petrus air. Maxime mirabilia, & efficacissima sũt. 2 Duo hodie expendamus mirabilia in Euangelio, quę sibi aduersari uidentur, A cõueniũt uero maxime. Primũ est, proponit Christus Dominus nobis misericordiã suã in exemplar mĩæ nostræ cum ait. Nonne oportuit, & te misereri conserui tui sicut et ego tui misertus sum? Sicut alibi ait. Estote misericordes, sicut et Pater uester cælestis misericors est. Secũdum est, quod misericordiam nostram dicit ille mensuram esse misericordiæ, qua in nos usurus est: Hoc ille expressit, dũ ait: Sic Pater meus cælestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq. fratri suo, Mirũ profecto, ac diuinum ostenditur artificium, in duab. illis particulis, sicut, & sic. In priori ostẽditur nobis exẽ Luc. 6. B plar miserendi In posteriori mẽsura misericordiæ, quam nobis Deus præstabit. Opera sua regulam facit operũ nostrorũ, & operã nostra mensurã efficit bonorum, quę in nos effundet: Qua in re suprema hominis celsitudo appi ret, dum cũ sibi Deus cõnectit, ut tribuẽs ei mĩam suam in exẽplar, hominem obliget, ac deuinciat, ut plurima præstet. Dum uero mĩam nostram mensuram suæ efficit, seipsum nobis deuincit, ut quã uoluerimus misericordiam, nobis ille donec. Vtrumq. expendamus, mirabilia enim ubiq. inueniemus. Reuela oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua. Primum, misericordiam suam nobis exem Ps. 118 plar proponit, quo nos deuinxit, maxime, ut misericordia magna ac perfecta C præditi simus. Socratẽ dixisse fertur. Si Socra. Deus est optimus rerũ omniũ, post Deũ nihil excellentius esse potest, quam Deo assimilari. Sicut ergo Deus perfectissimus est, & omnia opera illius per fecta, ita uoluit nos pfectos esse pro statu, & mẽsura nostra, & hac leges nos in amicitiam suã admittit, ut quisq. perfici curet. Hinc ad Abrahã ait. Ego Dominus omnipotens, ambula corã me, & esto per- Gen. 17 fectus, ponamq. fœdus meum inter me, & te. Quasi dicat. Amicitiam te cum cõponam, sed hac lege ut perfectus sis. Et Gen. 6. de Noe dicitur, Noe uir iustus atque per Deu. 8. fectus corã Deo ambulauit. Et Moyses loquens populo uniuerso ait: Perfectus esis, & absque macula cũ Domino Deo

tuo. Quod si in lege naturę, et scripta voluit Deus homines esse perfectos, quomodo in Euangelica lege id à nobis nō exiget. Lex .n. vetus nihil ad perfectum adduxit, ut Paulus ait. Euangelica vero est verbum consummans, id est, perficiens. Vnde nobis dicitur. Estote ergo perfecti, sicut & pater uester cęlestis perfectus est.

Ro. 9. Heb. 7 Mat. 5

Nec vero mirandū est exigit, à nobis perfectionem in his, quę ad animā pertinent, cum eam maxima cura quęramus in his quæ ad corpus spectant, anima vero multo est pretiosior, & primo loco à nobis habenda. Et cum omnis res naturalis perfecta in se fit, & secundū vltimum patientiæ operetur, quid mirum, id ab homine exigatur, qui omnium est princeps.

B

Hęc vero perfectio, & diuina assimilatio in charitate, & mīa esse debet. Hæc enim summa est Christianæ legis, & propter hanc Christus ait. Estote & vos perfecti, sicut pater vr̄ cœlestis. Et ideo qui in hac dilectione, & mīa excelluerūt præcipui habiti sunt. Et ideo Ioseph fratribus præfertur in benedictione, & hæreditate, quia benefecit inimicis. Hinc Ambrosius lib. de Ioseph ait. Quid autē esset, quod me reretur Ioseph præferri cęteris, si aut lædentes læsisset, aut diligentes dilexisset? hoc .n. plerique faciūt. Sed illud mirabile, si diligas inimicum tuū. Iure ergo mirandus, qui hoc fecit ante Euangelium, vt læsus parceret, appetitus ignosceret, uenditus non referret iniuriam, sed gratiam pro contumelia solueret. Sed quia diuina mīa nobis proponitur in exēplar, videamus, inspiciamus que eius modum, ordinem, & (vt ita loquar) conditiones, vt eas nos imitemur. Et licet multæ hæ sint, duas tamen expēdamus, quas in Euāgelio nobis Christus proponit, dum ait. Omne debitū dimisi tibi quoniam rogasti me. Prior est, quæ ostēditur illo verbo omnedebitum. Omne enim peccatorum genus ignoscit, & omne eorum numerum etiam si decem millia talenta sint. Nullum .n. in hac vita peccatum est impossibile, licet peccata grauissima sint, licet circūstantijs aucta, licet numero multa, licet iterato patrata. Si fuerint peccata tua ut coccinū, quasi nix dealbabuntur. Licet peccaueris super numerum arenæ maris, tibi te medium est. Sanabiles fecit nationes or bis terrarum, & non est in illis medicamentum exterminij. Ciuitates refugij olim signatę fuerunt, sed non omnibus securæ erant. Locus sacer nūc delinquētibus auxiliatur, sed nō omnibus. At diuina misericordia oēs protegit. Diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis, qui crediderit in illum, non cōfundetur, & consummatus factus est omnibus obtēperantibus sibi causa salutis æternę. Aliqui sunt, qui seipsos a diuina misericordia alienant, & excludūt, quia eorū peccata ipsis grauissima apparent, sed Deus nullum excludit. Oē debitū dimisi tibi. Et sicut Pau. ait. Nunquid incredulitas eorū fidem Dei euacuabit? absit. Quasi dicat. Potuerunt ne efficere pc̄tis suis, vt verax non esset, & promissa impleret? nequaquam. Sic nunc dicendum nunquid peccata eorum mīam Dei euacuauerunt? Absit. Accede ut supplex ad Deum, & dic, & patientiam habeo me, & oīa reddam tibi, & dimittentur vniuersa peccata tua. Maior est Dei mīa debitis tuis, pete eius misericordiam magnam, procide ad pedes eius, qui sunt eius humanitas, propone ei misericordiam infinitam, qua homo factus est, & pro te cruci affixus, propone infinita illius merita, & satisfactionem. En domine ad pedes tuos est inimicus tuus, quid ei facies. Petis ò homo tempus, ut mihi persoluas, ego condono tibi debita vniuersa. O infinita Dei bonitas, & misericordia. Vendiderunt Iosephum fratres sui, postea ante eum proni iacent, & ipse ait, ego sum Ioseph, quem uendidistis, tremunt illi ac pauēt, at ille. Accedite ad me, nolite pauere, nec durum uobis videatur, quod uendidistis me. Osculatur eos, & amplexatur. Domine quomodo, aut qua fronte accedet ad te, qui te vēdidit pro delectatione uili? Accede ad me ut Christus, non hoc mirum est, quoniam puluis, & es figmentum, quid mirum quod deliqueris, ipse excusat peccata

Ambr. C A Sap. 1. Iof. 21 Heb. 5 B Ro. 3. C Ge. 45.

A cata nra. Aduocatũ habemus,& patronũ apud patrẽ,q nos defendit, & excuset. Tu nolite excusare,ut Adã, sed accusare,ille excusabit,ille cõdonabit. Sed si iustus aduocatus est, quõ tuetur iniustã meã causam. Ille iustitiã tibi donabit,& causam tuã iustã reddet, ipse.n.persoluit debita tua,& dicit patri. Ego persoluit debita huius,venis ei cõdonetur,qa ego merita mea ei condono. Vñ putas, dicere hunc seruũ. Oĩa reddam tibi? Vñ habes o homo substantiam, vt tñ reddas debitũ? Cũ homo est in peccato & a Xpo segregatus, nihil habet quod reddat. Sed accepta Christi Domini gratia & eius meritis participatis, iã habet vñ omnia reddat: imo plus redere potest,

B quam debet. Pot.n. pro inobediẽtia sua Christi Domini inobedientiã dare, pro

Ro. 6. sui peccatis merita Christi. Et præterea oĩa reddere dr̃, quia illud Pauli implet. Sicut exibuistis mẽbra vestrã seruire iniquitati ad iniquitatẽ, ita exhibete nunc seruire iustitiæ in sanctificationem. Qui vniuersa,quæ habet,dat,recte dicit, omnia reddam tibi,quia omnia,quæ possum,facio,id significat Ps.cũ ait. Cinerem tan-

Ps.101. q̃ panẽ manducabã,ait.Psa. Quæ uerba

Greg. ennarans Gregorius hom.19. in. Ezec. ait significare Psalmistã,opera pœnitẽtię ita ipsi familiaria esse, & prę manibus

Ps.118 versari,ut panis quotidianus. Et ideo dicere potest. Fecit iudicium,& iustitiam, non tradas me calumniantibus me.

Sed peccatori hac in re cauẽdũ est, ne illi accidat,q̃ Aegyptijs,qui putauerunt

Exo.14 posse ingredi p mare rubrum sicco uesti

C gio,nec tñ potueiũt,qa clausa eis uia est & descẽderũt in pfundũ,quasi lapis, ita multi putant,postea sibi pœnitentiã agẽdã,& cõfitendum in morte,& morte puenti, id nõ præstiterũt,& cũ dicerẽt, fugiam⁹ Israelẽ.nõ.valuerũt,qa clausa fuit ianua,nec inducię quas petierũt,eis con cessę,sunt,nec tps longũ q̃ exoptarunt.

Sed uere pœnitẽtib. misericordia Dei tanta est,ut dicat. Omne debitũ dimisi tibi nihil enim illis non remittitur. Qua in re mirabilis pfecto Dei misericordia apparet,qui nihil non remittit,nullũ miserendi terminũ præscribit, nullũ peccatũ irremissibile voluit esse,cũ in oĩb. humanis iudicijs oppositũ videamus. Quã

A mirũ est valde, si attendamus grauitatẽ culpæ,quæ in Deũ committit̃, ingratitudinẽ peccatoris,& cõtemptum Dei,& quã facile,& sine dispẽdio vlcisci posset De⁹ peccatores. En exemplar nobis ppositũ miserẽdi,q̃ imitari debes. Misericordia vteris uniuersali in omnes, q̃ te læserũt siue in corpore,siue in substantia,siue in honore. Quidã facile remittunt acceptas in substãtia iniurias,uel etiam in corpore,sed non in honore. Si uero Deũ imitari uis,omnem remitte iniuriam,sicut ille omne peccatum.

Sed multa objicis mihi. Primum obiicies,uile abiectumq; esse iniuriam cõdonare. Imo uero gloria, & honor in oẽm

B aĩam hominis operãtis bonũ. Nimis ho

Ro. 2. noratis sũt amici tui De⁹ De hac re mul

Ge.26. ta diximus in 1.tomo cõcionũ nostrarũ feria sexta,post cineres. Nuc illud tantũ dicamus. Num in glorium tibi erit, qd Deo gloriosissimũ est. Sed ad homines

Ge.33. descendamus. Nũ ingloriũ fuit Dauidi quod Semei pepercerit? Nũ fortis nõ extitit Iacob,cui dr̃, si contra Deum fortis fuisti,quãto magis contra homines præualebis,q uctatus cum Angelo eum superauit,& tñ videns iratum fratrẽ,exulauit a patris domo,& ei munera offert? Num uilis, & abiectus Ioseph,q fratribus ignoscit, & benefecit? Sed sactos relinquamus,& Ethnicos cõsideremus An fortis Iulius Cęsar,da quo memorię prodiderunt scriptores, quod solas obliuisceretur iniurias,& offensas, & ppterea magnanimi nomen est consecutus?

